

colorchecker classic


C. JULII CÆSARIS  
COMMENTARII  
DE BELLO GALLICO, ET CIVILI,  
EJUSQUE FRAGMENTA,  
ET ALIA QUÆCUMQUE EXSTANT.

ACCEDIT AD COMMENTARIOS DE BELLO GALLICO  
A. HIRTI CONTINUATIO, ITEMQUE EJUSDEM BEL-  
LUM ALEXANDRINUM, AFRICANUM,  
ET HISPANIENSE.

*Omnia ex veteri Seminarii Patavini editione, cui adje-  
ctæ sunt Christophori Cellarii adnotationes.*

EDITIO NOVISSIMA MATRITENSIS

AUCTA, LONGEQUE CORRECTA A D. PETRO DEL CAMPO,  
ET LAGO PHILOSOPH., AC SACR. THEOLOG. EX-PROFESS.  
NUNG HUMANIOR. LITERAR. MODERAT., NEONON REG.  
LATIN. MATRIT. ACAD. SOCIO.



Reg 1252

IN TYPOGRAPHIA BENEDICTI CANO.  
ANNO MDCCCV.  
*Sumptibus Regiae Societatis Typographorum, et Bibliopolarum.*

MCD 2022-L5

C. JULII CAES.  
COMMENTAI.


2360

MCD 2022-L5

MCD 2022-L5

2360

MCD 2022-L5



MCD 2022-L5

MCD 2022-L5

C. JULII CÆSARIS  
COMMENTARII  
DE BELLO GALLICO, ET CIVILI,  
E JUSQUE FRAGMENTA,  
ET ALIA QUÆCUMQUE EXSTANT.

ACCEDIT AD COMMENTARIOS DE BELLO GALLICO  
A. HIRTHI CONTINUATIO, ITEMQUE EJUSDEM BEL-  
LUM ALEXANDRINUM, AFRICANUM,  
ET HISPANIENSE.

*Omnia ex veteri Seminarii Patavini editione, cui adje-  
ctæ sunt Christophori Cellarii adnotationes.*

EDITIO NOVISSIMA MATRITENSIS

AUCTA, LONGEQUE CORRECTA A D. PETRO DEL CAMPO,  
ET LAGO PHILOSOPH., AC SACR. THEOLOG. EV-PROFESS.  
NUNC HUMANIOR. LITERAR. MODERAT., NEONON REG.  
LATIN. MATRIT. ACAD. SOCIO.



Ref 1252

IN TYPOGRAPHIA BENEDICTI CANO.

ANNO MDCCCVI.

*Sumptibus Regiae Societatis Typographorum, et Bibliopolarum.*



# DE GALLIÆ DIVISIONE ALDI MANUTII

P. F. A. N. COMMENTARIUS

## AD FRANCISCUM MORANDUM SIRENAM.

**S**æpe legendo incurrimus in hæc Galliæ cognomina, Togatae, Comatae, Brachatae; nec tamen omnes, quæ sit earum differentia, novere: quod ostendere, brevi definitione proposito, veterum testimonio conabimur. Definitor Gallia vel a regione, vel ab hominum cultu. A regione sic: Gallia vel Transalpina est, quæ Ulterior etiam dicitur, vel Cisalpina, quæ Citerior. Utraque dividitur in duas, Transalpina in Narbonensem, et Comatam: Cisalpina in Transpadanam, et Cispadanam. Rursus a cultu definitur hoc modo: Gallia vel Comata est, vel Brachata, vel Togata. Comata est omnis Transalpina, præter Narbonensem: Brachata, quæ postea Narbonensem dicta; Togata Cisalpina omnis. De Comata probat Plinius libr. IV. cap. xvii. Gallia, inquit, omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur; omnibus maxime distincta, a Scinde ad Sequanam Belgica, ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunensis, inde ad Pyrenæi montis excusum, Aquitania, Aremorica ante dicta. Apparet Narbonensem omitti, de qua separatim libr. III. cap. iv. iam locutus erat. Opinor autem, antiquitus Galliam omnem Transalpinam Comatam fuisse; postea vero Narbonensem, in qua fuere Allobroges, provinciam a Romanis factam, Romanorum hominum consuetudine atere comas desiisse. Intonsas enim gentes vocat Plinius, Alpinas quoque gentes, quarum nonnullas Narbonensis opinor Galliæ partem fuisse libr. XI. cap. xxxvii. Nomina, inquit, ex eo capillatis Alpium incolis, Galliæ Comatae. Et, quamquam reliqua quoque Gallia a C. Cæsare in provinciæ formam est redacta: quia tamen Narbonensis prius provincia facta fuerat, ideo Provincia nomine, quod hodie quoque retinet, semper appellata; reliqua vero Gallia vetus Comatae cognomen retinuit: propterea nec Agrippa, cum Galliam longe, lateque metiretur, Narbonensis rationem habuit, quasi provinciæ separatae: scripsit enim hæc Plinius eodem loco: Agrippa universarum Galliarum inter Rhenum, et Pyrenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam, et Juram, quibus Narboneusem Galliam excludit, longitudinem CDXXXM. passuum, latitudinem CCXIII. computavit, et Catullus Comatam appellavit Galliam a Cæsare perdomitam:

*Quis hoc potest videre, quis potest pati?*

*Plamurram babere, quod Comata Gallia*

*Habebat omnis, ultima et Britannus?*

Quis porro dubitet, quin Transalpina Gallia, non Cisalpina, significetur in iis Antonii verbis, quæ recitat Cicero Philippica II. Galliam Togatam remitto: Comatam postulo? Fuit enim hoc Antonii consilium, ut Cisalpinam Galliam D. Bruto jam eam obtinenti relinquoret; Transalpinam autem, a L. Plancio tunc administratam, quæ longe erat firmior, sibi assumeret; quo posset deinde, superatis alpibus, in Brutii Provinciam, quæ Togata Gallia a Romano vestitu vocabatur, impetum facere; Brutoque ejecto urbe ipsam, exemplo Cæsarlis, occupare, quod Ciceronei non iugit; subiectit enim in eō loco: Otiosus videlicet esse invult. Et Philippi-

**c. v.** Est, inquit, opinio decreturum aliquem Antonio illam ultimam Galliam, quam Plancus obtinet. Comata igitur omnis Transalpina, præter Narbonensem; Togata vero Cisalpina, quam ab Italia amnes duo, Rubico a supero mari, Arnus ab infero dirinebant. Quod autem ait Plinius, ab Ancone Gallica ora incipit, Togatæ Galliæ cognomine: in eo terminos jurisdictionis non spectavit; nam ita Anconem Italæ adjudicasset: sed Gallorum veterum incolarum rationem habuit: quis autem Anconem cis Rubiconem esse nescit? Mela quoque Togatam nominat Galliam, et ait: Carni, et Veneti colunt togatam Galliam. Placer autem Dionis verba recitare ex libro **xlvi**, quæ Galliarum distinctionem ostendant, adjuncta nominis causa et Togatae, et Comatae.

Δεπτίδω την Γβριταν πάσαν, καὶ την Γαλαταν τὴν Ναρβωνιολαν. Αγνωτώ δὲ τὴν λοιπὴν Γαλαταν τὴντε εντός τῶν ἀλπέν, καὶ τὸν ύπερ αὐτῶν οὐσαν ἀρχειν δεδήναι. Εκαλεῖτο δὲ ἐκεῖ μὲν Τσγατα, θύτε εξανικοτέρα παρὰ τὰς ἄλλας ἔσοκε εἶναι καὶ θύτε καὶ τῷ ἐσθῆτι τῷ Ρωμαικῷ τῇ ἀσυκῇ ἔχρωντο ἀδηατή καὶ δῆ Κήματα, θύτε ταλαται οἱ ταῦτην ἐς κόμην τῷ πλεῖστον τῶν τρίχας ἀνιέντες, ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλοτ, ἥσκην.

Brachata restat: hæc transalpinæ pars fuit, quæ postea Narbonensis nominata. Plinius libr. III. cap. 4. Narbonensis provincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Brachata ante dicta, amne Varro ab Italia discreta, alpiumque saluberrimis Romano imperio jugis; a reliqua vero Gallia latere septentrionali, montibus Gebeuna, et Jura. Et Mela libr. II. cap. III. Pars Galliæ nostro mari apposita, fuit aliquando Brachata, nunc Narbonensis. Cicero etiam in oratione ad Pisonem, Brachata illum cognitionis dedecus appellat, quod avus ejus maternus trans alpes natus erat. Et in oratione pro Fontejo, Sagatos, Brachatosque vocat Gallos, qui Fontejum accusabant: cum Narbonensi Galliæ, quod ipsa declarat oratio, Fontejus præfuisse. Quod patet, licet ea Galliæ pars non mutuaverit, Narbonensis dicta, quæ Brachata fuerat, ipsas tamen brachas non esse depositas. Brachæ autem quasi tunica fuit omnis Galliæ Transalpinæ, cun sagum imponebatur; Comata tamen potius, quam a brachis dicta, quæ capillatior fuit. Quod si quis roget, cur brachas tunicam fuisse Galliam putem, recitabo illud Suetonii, quod in C. Cæsar's vita scriptum est. Idem in curia Gallia brachas deposuerunt, latum clavum sumpserunt. Latus enim clavus tunica Senatorum Romæ fuit, quem Galli, brachis depositis, sumpserunt.

---

### S E R I E S O P E R I S .

**C.** Julii Cæsaris de bello, a se in Gallia gesto, libri septem.

Belli a Cæsare in Gallia gesti continuatio: seu Commentariorum de Bello Gallico liber octavus, scriptore Hirtio.

**C.** Julii Cæsaris de bello, a se contra Pompejum, et ipsius legatos gesto libri tres.

**D**e Bellis Alexandrino, Africano, et Hispaniensi libri singulares, quos Hirtio quidam, alii Oppio tribuunt: forte duos Hirtius, unum Oppius scripsiterit, aut contra.

Librorum Cæsaris, qui non extant, Fragmenta.

Accedit Index tum Rerum, tum Latinitatis.

C. JULII CÆSARIS  
COMMENTARIORUM  
*DE BELLO GALLICO*  
LIBER PRIMUS.

C A P U T I.

*Galliae divisio, Gallorum mores, et termini.*

**G**allia est omnis divisa in partes tres: <sup>1</sup> quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. <sup>2</sup> Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis <sup>3</sup> Matrona, et Sequana dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgæ: propterea quod a cultu, atque humanitate provinciæ longissime absunt, minimeque ad eos mercatores sæpe commeant, atque ea, quæ ad effeminandos animos

A D N O T A T I O N E S.

*COMMENTARIORUM.)* Summo viro Gerard. Joann. Vossio, de Philologia, pag. 71. videtur Cæsar abusus *commentariorum* nomine, qui proprie sint similes picturæ inchoatae, et materiam tantummodo historiæ delineant. Cæsar autem, ut Hirtilius proemio, lib. vii. censem, non præbuit facultatem scriptoribus, sed præripuit. Adeo limati, et elegantes sunt illius *Commentarii*. Adde Cicer. de Clar. Orat. cap. 75.

*I Gallia divisa in partes tres.)* Gallia tum barbara, di-

stincta a provincia Romana, quæ Augusti nova, et quadripartita divisione pars prima est, Narbonensis appellata.

*2 Gallos ab Aquitanis.)* Gallos non universos, sed proprie dictos, sive *Celtas*, quos Augustus Lugdunensi parte conclusit. Vide mox sect. 5. et 6. hujus libris.

*3 Matrona, et Sequana.)* Flumina Galliæ. Sidonius Panegyr. Majorani, vers. 208.

*Rhenus, Arar, Rhodanus, Mosa,*  
*Matrona, Sequana, Ledor.*

A

pertinent, important. Proximi sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt: qua de causa<sup>4</sup> Helvetii quoque reliquos Gallos virtute præcedunt; quod fere quotidianis præliis cum Germanis contendunt, cum aut suis finibus eos prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. Eorum una pars, quam Gallos obtinere dictum est, initium capit a flumine Rhodano; continetur Garumna flumine, Oceano, finibus Belgarum; <sup>5</sup> attingit etiam a Sequanis, et Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad Septentriones. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur; pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni; spectant in Septentriones, et orientem solem. Aquitania a Garumna flumine ad Pyrenæos montes, et eam partem Oceanî, quæ ad Hispaniam pertinet, spectat inter occasum solis, et Septentrionis.

<sup>4</sup> *Helvetii reliquos Gallos.*) Helveti et ipsi Galli erant, quia intra Rhenum contenti: olim Celticæ, ab Augusto Belgicæ adscripti.

<sup>5</sup> *Attingit a Sequanis flumen*

*Rhemum.*) Sequani a Vesontione, quæ ipsorum urbs maxima fuit, infra cap. 38. longo tractu ad Rhenum pertinuerunt, quorum angusta tarsus ad annem possessione a Triboccis fuit occupata.

## C A P U T II.

*Helvetiorum motus, duce Orgetorige; apparatus bellicus.*

<sup>2</sup> **A**pad Helvetios longe nobilissimus, et ditissimus fuit Orgetorix. Is M. Messalla, et M. Pisone Coss. regni cupiditate inductus, conjurationem nobilitatis fecit, et <sup>6</sup> civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: perfacile esse, cum virtute omnibus præstarent, totius Galliæ imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit, quod undique loci natura Helvetii continentur; una ex parte, flumine Rheno latissimo, atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit; altera ex parte, mon-

<sup>6</sup> *Civitati persuasit.*) Semel notasse sufficiat, Civitatem Cæsari non oppidum, sed populum, et nationem esse, sicut Helvetii

boc loco unam constituant civitatem: vide Scalig. in Euseb. p. 147.

te Jura altissimo , qui est inter Sequanos , et Helvetios; <sup>7</sup> tertia , lacu Lemano , et flumine Rhodano , qui provinciam nostram ab Helvetiis dividit . His rebus fiebat , ut et minus late vagarentur , et minus facile finitimi bellum inferre posset : qua de causa homines bellandi cupidi magno dolore afficiebantur . Pro multitudine autem hominum , et pro gloria belli , atque fortitudinis angustos se fines habere arbitrabantur , qui in longitudinem <sup>8</sup> millia passuum ccxl . in latitudinem clxxx . patebant . His rebus adducti , et auctoritate Orgetori- <sup>3</sup> gis permoti , constituerunt ea , quæ ad proficiscendum pertinerent , comparare , jumentorum , et carrorum quam maximum numerum coemere , sementes quam maximas facere , ut in itinere copia frumenti suppeteret ; cum proximis civitatibus pacem , et amicitiam confirmare . Ad eas res conficiendas biennium sibi satis esse duxerunt , in tertium annum profectionem <sup>9</sup> lege confirmant . Ad eas res conficiendas Orgetorix deligitur : is sibi legationem ad civitates suscepit . In eo itinere persuadet Castico , Catamantalensis filio , Sequano , cuius pater regnum in Sequanis multos annos obtinuerat , et a S . P . Q . R . <sup>10</sup> amicus appellatus erat , ut regnum in civitate sua occuparet , quod pater ante habuerat : itemque Dumnonrigi Æduo , fratri Divitiaci , qui eo tempore principatum in civitate sua obtinebat , ac maxime plebi acceptus erat , ut idem conaretur , persuadet : eique filiam suam in matrimonium dat . Perfacile factu esse illis probat , conata perficere : propterea quod ipse sue civitatis imperium obtenturus esset , non esse du-

<sup>7</sup> Lacu Lemano . ) Qui ab urbe adiacente Geneva nunc nomen ducit .

<sup>8</sup> Millia passum ccxl . in latit . clxxx . ) Nimius uterque numerus Cluverlo in Germ . Antiq . lib . 11 . cap . iv . videtur , cui pro longitudine satis sunt clxxx . pro latitudine lxxx . circiter abjecto centenario . Approbat Hadr . Valesius Notit . Gall . p . 243 . Cesaris autem , an librarii

error sit , incertum est . Metaphrastes vulgarem lectionem , millariis in stadia conversis , se- cutus est .

<sup>9</sup> Lege confirmant . ) Pactio- ne , fœdere conjuratorum . Hotm .

<sup>10</sup> Amicus appellatus est . ) Magna regum dignitas , amicos ab senatu Rom . appellari . Vi- de infra cap . 21 . sect . 43 . et Civ . 1 . 4 . sect . 2 . adde Livium . XXXL , II .

bium, quin totius Galliae plurimum Helvetii possent: se suis copiis, suoque exercitu, illis regna conciliatorum, confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem, et iusjurandum dant, et regno occupato,<sup>11</sup> per tres potentissimos, ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant.

*11 Per tres potentissimos ipsos Helvetios.  
populos, ) Sequanos, Aeduos, et*

### C A P U T III.

*Dies dicta Orgetorigi, ejusdem mors, Helvetiorum profectio.*

**E**a res ut est Helvetiis per indicium enuntiata, moribus suis Orgetorigem ex vinculis causam dicere coegerunt. Daminatum poenam sequi oportebat,<sup>12</sup> ut igni cremaretur. Die constituta cause dictionis, Orgetorix ad judicium omnem suam familiam, ad hominum millia x. undique coegit, et omnes clientes, obseratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit: per eos, ne causam diceret, se eripuit. Cum civitas, ob eam rem incitata, armis ius suum exequi conaretur, multitudinemque hominum ex agris magistratus cogerent; Orgetorix mortuus est, neque abest suspicio, ut Helveti arbitrantur, quin ipse sibi mortem conciverit. Post ejus mortem<sup>13</sup> nihilominus Helvetii id, quod constituerant, facere conantur, ut e finibus suis exeant. Ubi jam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia numero ad xii., vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt, frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt,<sup>14</sup> ut, domum

<sup>12</sup> Ut igni cremaretur.) Tamquam hostis reipublicæ, aut proditor. Usitatum Gallis supplicium, vide extremo hoc libro, c. 24. sect. 43. Julius Celsus vita Cæs. p. 10. Orgetorige primus ducet mox ubi ille affectatæ tyrannidis suspectus in carcere diem obiit, &c.

<sup>13</sup> Nihilominus Helvetii id) Celsus ibidem; capto nihilominus insidentes, per se ipsos nullo ance.

<sup>14</sup> Domum reditionis) hoc est, in domum, ad domum. Suprimitur præpositio, quia dicimus, redire domum, sine illa.

reditionis spe sublata, paratiores ad omnia pericula subeunda essent: trium mensium <sup>15</sup> molita frumenta sibi quemque domo efferre jubent. Persuadent <sup>16</sup> Rauracis, et Tulingis, et Latobrigis finitimis, ut eodem usi consilio, oppidis suis, vicisque exustis, una cum iis proficiscantur: Bojosque, qui trans Rheum incoluerant, et <sup>17</sup> in agrum Noricorum transierant, <sup>18</sup> Norejamque oppugnabant, receptos ad se socios sibi adsciscunt. Erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possent: unum per Sequanos angustum, et difficile, inter montem Juram, et flumen Rhodanum; quo vix singuli carri ducerentur; mons autem altissimus impendebat; ut facile perpauci prohibere possent: alterum per provinciam nostram, multo facilius, atque expeditius: propterea quod inter fines Helvetiorum, et <sup>19</sup> Allobrogum, <sup>20</sup> qui nuper populo Romano pacati erant, Rhodanus fluit, isque nonnullis locis vado transitur. Extremum oppidum Allobrogum est, proximumque Helvetiorum finibus Geneva: ex eo oppido pons ad Helvetios pertinet, Allobrogibus sese vel persuasurus, quod nondum bono animo in populum Rom. viderentur, existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos ire patarentur. Omnibus rebus ad profectionem comparatis, diem dicunt, qua die ad ripam Rhodani omnes convenient: is dies erat ad v. Kalend. April., L. Pisone, A. Gabinio Coss.

<sup>15</sup> Molita frumenta) Fari-nam, polentam, seu præparata frumenta, ut facile inde cibus conficiatur. Vide F. Luisini Par-berg. lib. I. cap. IO.

<sup>16</sup> Rauracis, Tulingis, Latobrigis) Exstant Auguste Rauracorum rudera in parvo vico August. prope Basiléam, unde de situ Rauracorum judicatur. Latobrigas Cluverius in Valle-siae pago Erige querit. Tulingis, cis Rhenum fuerint, an trans illum, ignoratur.

<sup>17</sup> In agrum Noricum) Qui ab Ieno ad Pannoniam inter Danubium, et Alpes est.

<sup>18</sup> Norejamque oppugnabant) Sic veteres libri, et Metaphra-stes Nōrīar. Peutingeriana Ta-bula in Norico Norejam habet: in Strabo IV. et Plinius III. 19. in Carinis id nominis urbem posuerunt. Vide Notit. Orbis Antiq. utroque loco.

<sup>19</sup> Allobrogum) Qui nunc Sabaudi, inter Lemanum lacum, et Rhodanum.

<sup>20</sup> Qui nuper pacati erant) C. Pontinio duce, qui prætor. Cicerone consule, fuerat, rebelles Allobroges in ordinem redacti, Cicer. de Provinc. cons. cap. IO. epit. Liv. c. III.

## CAPUT IV.

*Profectio Cæsaris in ulteriorem Galliam: Helvetiorum legati ad Cæsarem missi, qui peterent, ut Cæsar sineret eos per provinciam transire: Cæsar denegat.*

**7** Cæsari cum id nuntiatum esset, eos per provinciam nostram iter facere conari, maturat ab urbe proficisci, et quam maximis itineribus potest, in Galliam ulteriore contendit, et ad Geneva pervenit: provinciæ toti, quam maximum potest, militum numerum imperat. Erat omnino in Gallia ulteriore legio una. Pontem, qui erat ad Geneva, jubet rescindi. Ubi de ejus adventu Helvetii certiores facti sunt, legatos ad eum mittunt nobilissimos civitatis, cuius legationis Numejus, et Veroductius principem locum obtinebant, qui dicerent, "sibi esse in animo, sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod aliud iter haberent nullum: rogare, ut ejus voluntate id sibi facere liceat." Cæsar, quod memoria tenebat, <sup>21</sup> L. Cassium consulem occisum, exercitumque ejus ab Helvetiis pulsum, et sub jugum missum, concedendum non putabat: neque homines inimico animo, data facultate per provinciam itineris facundi, temperaturos ab injuria, et maleficio existimabant: tamen ut spatium intercedere posset, dum milites, quos imperaverat, convenirent, legatis respondit, diem "se ad deliberandum sumprurum; si quid vellent, ad idus **8** Apr. reverterentur." Interea ea legatione, quam secum habebat, militibusque, qui ex provincia convenerant, a lacu Lemano, qui in flumen Rhodanum influit, ad montem Juram, qui fines Sequanorum ab Helvetiis dividit, <sup>22</sup>

<sup>21</sup> *L. Cassium consulem occisum.*) Vide Epit. Livii LXXV. et Oros. v. 17. et addé infra cap. 12. sect. 5. et 6. hujus libri.

<sup>22</sup> *Millia passuum decem novem, murum.*) Situs loci evincit x., aut ix. iegendum esse, quod variantes numeros conjunxit forte librarius imperi-

tus: quod etiam Cluverius Germ. A. lib. IIII. 4. observavit. Murum autem non trans Rhodanum, ubi plures locant; sed cis flumen, in ripa tamen, a Geneva ad Juram, quem dividit Rhodanus, deductum fuisse, Dionysius Vossius præclare demonstravit.

millia passuum decem novem , murum in altitudinem pedum XVI. , fossamque perducit , eo opere perfecto , praesidia disponit , castella communis ; quo facilius , si se invito transire conarentur , prohiberi possent . Ubi ea dies , quam constituerat cum legatis , venit , et legati ad eum reverterunt , negat " se more , et exemplo pop. Rom. posse iter ulli per provinciam dare ; et si vim facere conentur , prohibitum ostendit . "

## CAPUT V.

*Legati ad Dumnorigem , ut facilius imperetur iter per Sequanos : ex ultraque parte obsides dati.*

**H**elvetii ea spe dejecti , navibus junctis , ratibus que compluribus factis , alii vadis Rhodani , qua minima altitudo fluminis erat , nonnunquam interdiu , saepius noctu ,<sup>23</sup> si perrumpere possent , conati , operis munitione , et militum concursu , et telis repulsi , hoc conatu destiterunt . Relinquebatur una per Sequanos via , qua , Sequanis invitatis , propter angustias ire non poterant . Iis cum sua sponte persuadere non possent , legatos ad Dumnorigem Aedum mittunt , ut , eo deprecatore , a Sequanis hoc impetrarent . Dumnorix gratia , et largitione apud Sequanos plurimum poterat , et Helvetiis erat amicus , quod ex ea civitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat , et cupiditate regni adductus novis rebus studebat , et quam plurimas civitates suo sibi beneficio habere obstrictas volebat . Itaque rem suscipit , et a Sequanis impetrat , ut per fines suos Helvetios ire patientur ; obsidesque uti inter sese dent , perficit ; Sequani , ne itinere Helvetios prohibeant , Helvetii , ut sine maleficio , et injuria transeant .

<sup>23</sup> Si perrumpere . ) Si est An , Graeco more , Rēctio .

## CAPUT VI.

*Cæsar præficit T. Labienum legatum munitioni; inde in Italiam contendit, porro in Galliam ulteriore, cuius exercitus itinere probibetur.*

10 **C**æsari renuntiatur, Helvetiis esse in animo per agrum Sequanorum, et Æduorum iter <sup>24</sup> in Santonum fines facere, qui non longe a Tolosatium finibus absunt: quæ civitas est in provincia: id si fieret, intelligebat magno cum provinciæ periculo futurum, ut homines bellicosos, pop. Rom. inimicos, locis patentibus, maximeque frumentariis finitos haberet. Ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum præfecit. Ipse in Italiam magnis itineribus contendit; duasque ibi legiones conscribit; et tres, quæ circum Aquilejam hiemabant, ex hibernis educit, et, quæ proximum erat iter, per Alpes in ulteriore Galliam cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi <sup>25</sup> Centrones, et Garoceli, et Caturiges, locis superioribus occupatis, itinere exercitum prohibere conantur. Compluribus his præliis pulsis, <sup>26</sup> ab Ocelo, quod est citerioris provinciæ extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciæ die septimo pervenit: inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusianos exercitum ducit: hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.

<sup>24</sup> In Santonum fines.) Santones ad Oceanum inter Garunnam, et Ligerim.

<sup>25</sup> Centrones, Garoceli, Caturiges.) Alpinæ gentes, Centrones circa Darantasiam. Caturiges circa Eburodunum (nunc Embrum) fuisse, indicis proba-

tur. Vide Not. Orb. Antiqui. Garoceli incertiores, quod quidam in valle Maurienensi querunt.

<sup>26</sup> Ab Ocelo.) Strabo iv. p. 124. Ocelum finem terræ Cotti dixit: et finis Cisalpinæ Galliæ in Alpibus fuit: vicus, an opidum, non liquet.

## CAPUT VII.

*Æduorum ager ab Helvetiis depopulatur; Æduorum legati auxilium petunt a Cæsare, ad quem Allobroges confugiunt.*

11 **H**elvetii jam per angustias, et fines Sequanorum

suas copias transduxerant, et in Æduorum fines pervernerant, eorumque agros populabantur. Ædui cum se, suaque ab his defendere non possent, legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut pene in conspectu exercitus nostri, agri vastari, liberi eorum in servitutem abduci, oppida expugnari non debuerint. Eodem tempore, quo Ædui,<sup>27</sup> Ambarri quoque necessarii, et consanguinei Æduorum, Cæsarem certiorem faciunt, sese, depopulatis agris, non facile ab oppidis vim hostium prohibere: item Allebroges, qui trans Rhodanum vicos, possessionesque habebant, fuga se ad Cæsarem recipiunt, et demonstrant, sibi præter agri solum, nihil esse, reliqui.

<sup>27</sup> Ambarri.) Ignoti Ambar- Ararim, et Ligerim colebant ri. Æduis tamen, qui inter vicini.

## CAPUT VIII.

Describitur fluvius Arar: Cæsar eos aggreditur, qui nondum flumen transierant; ex quibus alios occidit, alii fugiunt. Helvetiæ divisio in quatuor pagos.

**Q**uibus rebus adductus Cæsar, non exspectandum sibi <sup>28</sup> statuit, dum, omnibus fortunis sociorum consumptis, in Santones Helvetiæ pervenirent. Flumen est <sup>28</sup> Arar, quod per fines Æduorum, et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem fluat, judicari non possit: id Helvetiæ ratibus, ac lintribus junctis transibant. Ubi per exploratores Cæsar certior factus est, tres jam copiarum partes Helvetios id flumen transduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse; de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervenit, quæ nondum flumen transierat. Eos impeditos, et inopinantes aggressus, magnam partem eorum concidit: reliqui sese fugæ mandarunt, atque in proximas silvas abdiderunt. Is pagus

<sup>28</sup> Arar incredibili lenitate) cunctabundus amnis ab Emenio, Arar, nunc la Saone, tardissimo lapsus, ideoque segnis, et panegyrico Constantini cap. 18. dicitur.

appellat ur Tigurinus: nam omnis civitas Helvetia <sup>29</sup> in quatuor pagos divisa est. Hic pagus unus, cum domo exisset, patrum nostrorum memoria, <sup>30</sup> L. Cassium consulem interfecerat, et ejus exercitum sub jugum miserat. Ita sive casu, sive consilio deorum immortalium, quæ pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem popul. Rom. intulerat, ea <sup>31</sup> princeps pœnas persolvit: qua in re Cæsar non solum publicas, sed etiam privatas injurias ultus est, quod ejus socii L. Pisonis avum, L. Pisonem Legatum Tigurini eodem prælio, quo Cassium, interfecerant.

<sup>29</sup> In quatuor pagos.) In tot præfecturas: hodie Cantons. Sic infra hoc libro, cap. 18. sect. 37. pagi centum Suevorum: et lib. iv. cap. 12. sect. 22. pagi Morinorum dicuntur, qui vero non videntur amplitudinem Helvetiorum pagorum adæquasse, utpote quibus præ-

cipua, et singularis hujus vocis notio vindicatur.

<sup>30</sup> L. Cassium consulem.) Supra cap. 4. sect. 7.

<sup>31</sup> Princeps pœnas persolvit.) Prima persolvit pœnam ea pars, antequam alios pagos, flumen jam transgressos, Cæsar aggrederetur.

## C A P U T I X.

*Pons in Arare jussu Cæsaris fit, ad quem legati Helvetiorum missi: Cæsar's responsio ad legatos: Helvetiorum mos circa obsides.*

<sup>33</sup> **H**oc prælio facto, reliquas copias Helvetiorum ut consequi posset, pontem in Arare faciendum curat, atque ita exercitum transducit. Helvetii repentina ejus adventu commoti, cum id quod, ipsi diebus xx. ægerimne conficerant, ut flumen transirent, illum uno die fecisse intelligerent, legatos ad eum mittunt, cujus legationis Divico princeps fuit, qui <sup>32</sup> bello Cassiano dux Helvetiorum fuerat. Is ira cum Cæsare egit: “Si pacem populus Romanus cum Helvetiis faceret, in eam partem iturus, atque ibi futuros Helvetios, ubi eos Cæsar constituisset, atque esse voluisse: sin bello persequi perseveraret, reminisceretur et veteris incommodi populi Romani, et pristinæ

<sup>32</sup> Bello Cassiano dux fuit.) Bello, quo L. Cassius iuretiit. Oportet autem grandævum

hunc Diviconem fuisse, qui cum avo socii Cæsar's quondam bellum gesserat.

virtutis Helvetiorum, quod improviso unum pagum adortus esset, cum ii, qui flumen transissent, suis auxilium ferre non possent, ne ob eam rem aut suæ magnopere virtuti tribueret, aut ipsos despiceret; se ita a patribus, majoribusque suis didicisse, ut magis virtute, quam dolo contendenter, aut insidiis niterentur, quare ne committeret, ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate pop. Rom. et internecione exercitus nomen caperet, aut <sup>33</sup> memoriam proderet. "His Cæsar ita respondit: „ Eo sibi minus dubitationis dari, quod eas <sup>14</sup> res, quas legati Helvetii commemorassent, memoria teneret, atque eo gravius ferre, quo minus merito populi Romani accidissent: qui, si alicujus injuriæ sibi conscius fuisset, non fuisset difficile cavere: sed eo deceptum, quod neque commissum a se intelligeret, quare timeret, neque sine causa timendum putaret. Quod si veteris contumelie oblivisci vellet, num etiam recentium injuriarum, quod, eo invito, iter per provinciam per vim tentassent, quod Æduos, quod Ambarros, quod Allobroges vexassent, memoriam deponere posset? quod sua victoria tam insolenter gloriarentur, quodque se tam impune tulisse injurias admirarentur, eodem pertinere. <sup>34</sup> Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, et diuturniorem impunitatem concedere. Cum ea ita sint, tamen si obsides ab iis sibi dentur, uti ea, quæ polliceantur, facturos intelligat, et si Æduis de injuriis, quas ipsis, sociisque eorum intulerint, item si Allobrogibus satisfaciant, sese cum iis pacem esse facturum. "Divico respondit. „ Ita Helvetios a majoribus suis institutos esse, uti obsides accipere, non dare consueverint: ejus rei pop. Rom. esse testem. "Hoc responso dato, discessit. „

<sup>33</sup> Memoriam proderet. } Frustra quidam lectionem sollicitant. Sic et Gellius I. 10. In antiquis annalibus memoria super libris Sybillinis hæc prodita est.

<sup>34</sup> Consuesse Deos immortales. } Idem est, quod Valerius Max. I. c. I. dixit: Lento gradu ad vindictam sui divinam iram procedere.

## CAPUT X.

*Utrinque castra moventur: prælium cum Helvetiis committitur.*

Postero die castra ex eo loco moventur: idem Cæsar facit, equitatumque omnem ad numerum iv. millium, quem ex omni provincia, et Aeduis, atque eorum sociis coactum habebat, præmittit, qui videant, quas in partes hostes iter faciant: qui cupidius novissimum agmen insecuri, <sup>35</sup> alieno loco cum equitatu Helvetiorum prælium committunt: et pauci de nostris cadunt, quo prælio sublati Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere, nonnunquam ex novissimo agmine, prælio nostros lacescere cœperunt. Cæsar suos a prælio continebat, ac satis habebat in præsentia hostem <sup>36</sup> rapinis, populationibusque prohibere. Ita dies circiter xv. iter fecerunt, ut inter novissimum hostium agmen, et nostrum primum non amplius quinis, aut senis millibus passuum interesset.

<sup>35</sup> *Alieno loco.) Iniquo, non que.) Sic veteres libri. Scaliger,*  
opportuno. *et sequaces populationibus interserunt.*

<sup>36</sup> *Rapinis, populationibus-*

## CAPUT XI.

Cæsar frumentum sibi promissum ab Aeduis poscit, bide dare differunt. Cæsar Aeduorum principes incusat: Liscus Cæsari aperit, quod diu tacuerat: Cæsar, dimisso consilio, Liscum retinet; accusatur Dumnorix.

Interim quotidie Cæsar Aeduos frumentum, quod essent publice polliciti, flagitare; nam propter frigora, quod Gallia sub Septemtrionibus, ut ante dictum est, posita est, non modo frumenta in agris matura non erant, sed ne pabuli quidem satis magna copia suppeditebat: eo autem frumento, quod flumine Arare navibus subvexerat, propterea minus uti poterat, quod iter ab Arare Helvetii averterant, a quibus discedere solebat. Diem

ex die ducere *Ædui*, conferri, comportari, adesse dicere. <sup>37</sup> Ubi se diutius duci intellexit Cæsar, et diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret; convocatis eorum principibus, quorum magnam copiam in castris habebat, in his Divitiaco, et Lisco, qui <sup>38</sup> summo magistratu præerant (quem Vergobretum appellant *Ædui*, qui creatur annus, et vitæ, necisque in suos habet potestatem) graviter eos accusat, quod, cum neque emi, neque ex agris sumi posset, tam necesario tempore, tam propriaquis hostibus, ab iis non sublevetur, præsertim cum magna ex parte, eorum precibus adductus, bellum suscepit: multo etiam gravius, quod sit destitutus, queritur. Tum deinde Liscus oratione Cæsaris adductus, <sup>17</sup> quod antea tacuerat, proponit: "esse nonnullos, quorum auctoritas apud plebem plurimum valeat, qui privatim plus possint, quam ipsi magistratus: hos seditiona, atque improba oratione multitudinem deterrere, ne frumentum conferant: quod præstare dicant, si jam principatum Galliæ obtinere non possent, Gallorum, quam Romanorum imperia perferre: neque dubitare debeant, quin, si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua Galia *Æduis* libertatem sint erepturi: ab iisdem nostra consilia, quæque in castris gerantur, hostibus enuntiari: hos a se coerceri non posse: quin etiam, quod necessariam rem coactus Cæsari enuntiarit, intelligere sese quanto id cum periculo fecerit, et ob eam causam, quamdiu potuerit, tacuisse.",

*e XVIII* Cæsar hac oratione Lisci Dumnorigem, Divitiaci fratrem, designari sentiebat: sed quod pluribus præsentibus eas res jactari solebat, celeriter concilium dimittit; Liscum retinet; querit ex solo ea, quæ in conventu dixerat: dicit liberius, atque audacius; eadem secreto ab aliis querit: reperit esse vera: "ipsum esse Dumnorigem summa audacia, magna apud plebem propter liberalitatem gratia, cupidum novarum rerum, complures annos

<sup>37</sup> Ubi se diutius duci.) Procrastinari, vanis promissis trahi, et differri.

<sup>38</sup> Summo magistratu præerant.) Dandi casu, sine ac-

cessione vocalis tertiae, quod solenne Cæsari fuisse, ex Anzologicis, et aliis ejus libri Gellius iv. 16. demonstravit.

portoria, reliquaque omnia *Aed*uorum vectigalia parvo pretio redempta habere: propterea quod, illo licente, contra licere audeat nemo. His rebus et suam rem familiarem auxisse, et facultates ad largiendum magnas comparasse, magnum numerum equitatus suo sumptu semper alere, et circum se habere: neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse: atque hujus potentiae causa matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo, ac potentissimo collocasse; ipsum ex Helvetiis uxorem habere: sororem ex matre, et propinquas suas nuptum in alias civitates collocasset: favere, et cupere Helvetiis propter eam affinitatem: odisse etiam suo nomine Cæsarem, et Romanos, quod eorum adventu potentia ejus imminuta, et Divitiacus frater in antiquum locum gratiæ, atque honoris sit restitus: <sup>39</sup> si quid accidat Romanis, summam in spem regni per Helvetios obtinendi venire; imperio populi Romani non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare. „ Reperiebat etiam Cæsar, inquirendo, “quod initium fugæ prælia equestris adversi paucis ante diebus a Dumnorige, atque ejus equitibus factum esset: (<sup>40</sup> nam equitatu, quem auxilio Cæsari *Aed*ui miserant, Dumnorix præerat) eorumque fuga reliquum esse equitatum perterritum. „

<sup>39</sup> Si quid accidat Romanis. <sup>40</sup> Nam equitatu. ) Tertio Si vincantur Romani, ενθητικα casu, ut solitus Cæsar. Vide paulo ante ad c. XI. sect. 16. dica.

## CAPUT XII.

Cæsar animadversionem in Dumnorigem curat; ad se ejus fratrem Divitiacum vocat, cuius precibus injurias ab ipsius fratre Reipubl. illatas condonat: custoditur Dumnorix.

<sup>19</sup> **Q**uibus rebus cognitis, cum ad has suspiciones certissimæ res accederent, quod per fines Sequanorum Helverios transduxisset; quod obsides inter eos dandos curasset; quod ea omnia non modo injussu suo, et civitatis, sed etiam inscientibus ipsis, fecisset: quod a Magistratu *Aed*uorum accusaretur, satis esse causæ arbitrabatur, qua-

re in eum aut ipse animadverteret, aut civitatem animadvertere juberet. His omnibus rebus unum repugnabat, quod Divitiaci fratri summam in populum Romanum studium, summam in se voluntatem, egregiam fidem, justitiam, temperantiam cognoverat; nam, ne ejus supplicio Divitiaci animum offenderet, verebatur.<sup>7</sup> Itaque prius quam quidquam conaretur, Divitiacum ad se vocari jubet: et quotidianis interpretibus remotis, per C. Valerium Proculum, principem Galliæ provinciæ, familiarem suum, cui summam rerum omnium fidem habebat, cum eo colloquitur: simul commonefacit, quæ ipso præsente in concilio Gallorum de Dumnorige sunt dicta, et ostendit, quæ separatis quisque de eo apud se dixerit: petit, atque hortatur, ut sine ejus offensione animi vel ipse de eo, causa cognita, statuat, vel civitatem statuere jubeat.)

Divitiacus multis cum lacrymis Cæsarem complexus obsecrare cœpit, “ne quid gravius in fratrem statueret: scire se, illa esse vera: nec quemquam ex eo plus, quam se doloris capere: propterea quod,<sup>41</sup> cum ipse gratia plurimum domi, atque in reliqua Gallia,<sup>42</sup> ille minimum propter adolescentiam posset,<sup>43</sup> per se crevisset: quibus opibus, ac nervis non solum ad minuendam gratiam, sed pene ad perniciem suam uteretur, sese tamen et amore fraterno, et existimatione vulgi commoveri, quod si quid ei a Cæsare gravius accidisset, cum ipse eum locum amicitiae apud eum teneret, neminem existimaturum non sua voluntate factum, qua ex re futurum, uti totius Galliæ animi a se averterentur.” Hæc cum pluribus verbis flens a Cæsare peteret, Cæsar ejus dextram prehendit: consolatus, rogat, finem orandi faciat: tanti ejus apud se gratiam esse ostendit, ut et reip. injuriā, et suū dolorem ejus voluntati, ac precibus condonet. Dumnorigem ad se vocat; fratrem adhibet; quæ in eo reprehendat, ostendit; quæ ipse intelligat, quæ civitas queratur, proponit: moneret,

<sup>41</sup> Cum ipse gratia.) Ipse Divitiacus, major fratum. Metaphrastes: ἐμοὶ μὲν πλεῖστον ἐν τῇ ἡμήχωρᾳ καὶ παρατῇ ἀλλοι πάσις Γαλατίσθεν τῷ πρόθεν χρόνῳ ἰσχύειν τοτε.

<sup>42</sup> Ille minimum.) Ille Dumnorix, frater junior. <sup>43</sup> Per se crevisset.) Idem interpres Græcus: δι' ἑαυτου ποτε.

non familiarem - familiarē

ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; præterita se Divitiaco fratri condonare dicit. Dumnorigi custodes ponit, ut, quæ agat, quibuscum loquatur scire possit.

## CAPUT XIII.

*T. Labienus legatus montem, sub quem hostes considerant, jussus ascendere; quo inde Cæsar contendit.*

**E**odem die ab exploratoribus certior factus, hostes sub montem consedisse, millia pasuum ab ipsius castris viii.: qualis esset natura montis, et qualis in circuitu adscensus, qui cognoscerent, misit. Renuntiatum est, facilem esse. De tertia vigilia T. Labienum <sup>44</sup> legatum pro prætore cum duabus legionibus, et iisdem ducibus, qui iter cognoverant, summum jugum montis ascendere jubet: quid sui consilii sit, ostendit, ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit, equitatumque omnem ante mitit P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur, et in exercitu L. Sillæ, et postea in M. Crassi fuerat, cum exploratoribus præmititur.

<sup>44</sup> Legatum proprie<sup>t</sup>ore. ) Ursinus habet in Famil. R. p. 152.) in quorum aversa est P. CRASSUS JUNI. PRO. PR. Addit alios vir illust. Ezech. Spanhemius de Usu numism. 560. ubi distinctionem, quam diximus, dignitatis hujus pro diversis reipublicæ temporibus exposuit. Hic primus legatorum legionum est, in quem proconsul Cæsar præcipuam curarum partem transtulit.

## CAPUT XIV.

*Considius perterritus Cæsari nuntiat montem ab hostibus teneri: Cæsar aciem instruit: Labienus Cæsarem exspectat: interim hostes castra movent.*

**P**rima luce, cum summus mons a T. Labieno tenere- 22 tur, ipse ab hostium castris non longius mille, et quingentis passibus abesset; neque, ut postea ex captivis comperit, aut ipsius adventus, aut Labieni cognitus esset; Considius, equo admisso, ad eum accurrit; dicit, montem, quem a Labieno occupari voluerit, ab hostibus teneri; id se a Gallicis armis, atque insignibus cognovisse. Cæsar suas copias in proximum collem subducit; aciem instruit. Labienus, ut erat ei pæceptum a Cæsare, ne prælrium committeret, nisi ipsius copiæ prope hostium castra visæ essent, ut undique uno tempore in hostes impetus fieret, monte occupato, nostros exspectabat, prælioque abstinebat. Multo denique die per exploratores cognovit, et montem a suis teneri, et Helvetios castra movisse, et Considium timore perterritum, quod non vidiisse, pro viso sibi renuntiasse.

## CAPUT XV.

*Cæsar hostes sequitur: postridie causa rei frumentarie Bibracte contendit, quo cognito hostes Cæsarem inse- quuntur, qui acie instructa prælrium committit. Hostes perfracta phalange se in vicinum montem recipiunt, qui inde Boorum, et Tulingorum auxilio prælrium redinte- grant: iterum pedem referunt: tandem Cæsar castris potitur.*

**E**o die, quo consuerat, intervallo hostes sequitur, 23 et millia passuum tria ab eorum castris castra ponit. Postridie ejus diei, quod omnino biduum supererat, cum exercitui frumentum metiri oporteret; et quod a Bibracte, oppido Aeduorum longe maximo, ac copiosissimo, non amplius millibus passuum xviii. ab-

erat, rei frumentariæ prospiciendum existimavit, et iter ab Helvetiis avertit, ac Bibracte ire contendit. Ea res per fugitivos L. Æmilii,<sup>45</sup> decurionis equitum Gallorum, hostibus nuntiatur.

Helvetii, seu quod timore perterritos Romanos descendere a se existimarent, eo magis, quod pridie, superioribus locis ocupatis, prælium non commisissent, sive eo quod re frumentaria intercludi posse considerent, commutato consilio, atque itinere converso, nostros a novissimo agmine insequi, ac lassessere cœperunt. Postquam id animadvertisit, copias suas Cæsar in proximum collem subducit, equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum, ita ut supra se in summo jugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime conscriperat, et omnia auxilia collocaret, ac totum montem hominibus compleret. Interea sarcinas in unum locum conferri, et eum ab iis, qui in superiore acie constiterant, muniri jussit. Helvetii, cum omnibus suis carris secuti, impedimenta in unum locum contulerunt; ipse confertissima acie, rejecto nostro equitatu,<sup>46</sup> phalange facta sub primam nostram aciem successerunt. Cæsar primum suo, deinde omnium<sup>47</sup> e conspectu<sup>48</sup> remotis equis, ut æquato omnium periculo, spem fugæ tolleret; cohortatus suos, prælium commisit. Milites, e loco superiore pilis missis, facile hostium phalangem perfregerunt: ea disiecta, gladis districtis in eos imperum fecerunt. Gallis magno ad pugnam erat impedimento, quod<sup>49</sup> pluribus eorum scutis uno ictu pilorum transfixis,

*45 Decurionis equitum.) In turma, quæ terdenos equites habebat primi singularum decuriarum, decuriones dicti, Varro L. L. lib. 4, sect. 16.*

*46 Phalange facta.) Orosius vi. 7. harum gentium phalangem ita descripsit: Pugna maxime gravis ex phalange Germanorum fuit, quam coacto in unum agmine, scutisque supra capita contextis, ad irrumpendum Romanorum aciem fusi undique praestituerunt.*

*47 E conspectu.) Dubitant de his viri docti, et unciniis, tanquam suspecta, includunt. Anonymus tamen ex Juli Celsi Vita Cæsaris verba eadem expressit.*

*48 Remotis equis.) De hac consuetudine Cæsaris sueton. cap. 60.*

*49 Pluribus eorum scutis.) In phalange, seu testudine connectis ita, ut alio aliud ex parte tegeretur.*

et colligatis, cum ferrum se inflexisset, neque evellere, neque, sinistra impedita, satis commode pugnare poterant, multi ut, diu jactato brachio, præoptarent scutum manu emittere, et nudo corpore pugnare. Tandem vulneribus defessi, et pedem referre, et, quod mons suberat circiter mille passuum, eo se recipere cœperunt. Capto monte, et succedentibus nostris, Boii, et Tulingi, qui hominum milibus circiter xv. agmen hostium claudebant, et novissimis præsidio erant, ex itinere nostros latere aperto aggressi, circumvenire, et id conspicati Helvetii, qui in montem sese receperant, rursus instare, et prælium redintegrare cœperunt. Romani conversa signa <sup>50</sup> bipartito intulerunt: prima, ac secunda acies, ut victis, ac submotis resisteret: tertia, ut venientes sustineretur, ita, anticipiti prælio, diu, atque acriter pugnatum est. Diutius cum nostrorum impetum sustinere non possent, alteri se, ut cœperant, in montem receperunt, alteri ad impedimenta, et carros suos se contulerunt: nam hoc toto prælio, cum ab hora septima ad vesperam pugnatum sit, aversum hostem videre nemo potuit: ad multam noctem etiam ad impedimenta pugnatum est: propterea quod pro vallo carros objecerant, et e loco superiore in nostros venientes tela conjiciebant, et nonnulli inter carros, rotasque <sup>51</sup> mataras, ac tragulas subjeciebant, nostrosque vulnerabant. Diu cum esset pugnatum, impedimentis, castrisque nostri potiti sunt. Ibi Orgetorigis filia, atque unus e filiis captus est. Ex eo prælio circiter millia hominum cxxx. superfuerunt; eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermisso, in fines Lingonum die iv. pervenerunt: cum et propter vulnera militum, et propter sepulturam occisorum, nostri triduum morati, eos sequi non potuissent.

<sup>50</sup> Bipartito.) Quidam legunt tripartito. Sed etiam interpres διχῶν.

<sup>51</sup> Mataras, ac tragulas.) Matara, et Mataris: item Matera, et Materis, telum Gallicum. Nonius ex Sisenno: Gallia materibus configit. Livius lib. vii. 24. in Gallico bello: lœvo numero materi prope trajecto. Et

Strabo lib. iv. p. 136. de Gallo-  
rum armis μέρις παλτοῦ τι  
εἴδος, prave: paulo melius Epi-  
tome μάταρις, scribe μάταρις.  
Tragulam autem Varro iv. 24.  
de LL. à trajiciendo duxit: Fe-  
stus à trahendo, quod infixa scu-  
to trahat, quasi fuerit ha-  
mata.

## CAPUT XVI.

Cæsar literæ ad Lingones, ne Helvetios juvent: Helvetiorum legati ad Cæsarem acturi de deditione: multorum fuga ex castris, eorumque reductio: Helvetii, et alii revertuntur, unde erant profecti: Boii in partem juris Aeduorum adsciscuntur: Tabulæ in castris repertæ, indicantes numerum hostium, qui domo exierant.

**C**æsar ad Lingones literas, nuntiosque misit, ne eos frumento, neve alia re juvarent: qui si juvissent, se eodem loco illos, quo Helvetios, habiturum. Ipse triduo intermissò, cum omnibus copiis eos sequi cœpit. Helvetii, omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miserunt: qui cum eum in itinere convenissent, seque ad pedes projecissent, suppliciterque locuti, flentes pacem petissent, atque eos in loco, quo tum essent, suum adventum spectare jussisset, paruerunt. Eo postquam Cæsar pervenit, obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit. Dum ea conquiruntur, et conferuntur nocte interimissa, circiter hominum millia sex ejus<sup>52</sup> pagi, qui Urbigenus appellatur, sive timore perterriti, ne, armis traditis, suppicio afficerentur, sive spe salutis inducti, quod in tanta multitudine deditiorum, suam fugam aut occultari, aut omnino ignorari posse existimarent, vigilia prima noctis, ex castris Helvetiorum egressi, ad Rhenum, finesque Germanorum contenerunt. Quod ubi Cæsar rescivit, quorum per fines ierant, his, uti conquirerent, et reducerent, si sibi purgati esse vellet, imperavit; reductos in hostium numero habuit; reliquos omnes, obsidibus, armis, perfugis traditis, in ditionem accepit: Helvetios, Tulingos, Latobrigos in fines suos, unde erant profecti, reverti jussit, et quod, omnibus frugibus amissis, domi nihil erat, quo famem tolerarent, Allo-

<sup>52</sup> Pagî, qui Urbigenus.) Libri Verbigenus.) Etiam Metaphrastes Οὐρβίγενος θύλη. Quod vero Antonini Itinerarium in occidentali Helvetia Urbem op-

pidum designat, quod hodieque Orbe vocatur; etiam in Cæsare Urbigenus pagos legendum cum Cluverio censemus.

brogibus imperavit, ut his frumenti copiam facerent; ipsos oppida, vicosque, quos incenderant, restituere jussit. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, unde Helvetii discesserant, vacare; ne propter bonitatem agrorum Germani, qui trans Rhenum incolunt, e suis finibus in Helvetiorum fines transirent, et finitimi Galliae provinciae, Allobrogibusque essent. Bojos, petentibus Æduis, quod egregia virtute erant cogoiti, ut in finibus suis collocarent, concessit: quibus illi agros dederunt, eosque postea in parem juris, libertatisque conditionem, atque ipsi erant, acceperunt. In castris Helvetiorum 53 tabulae repertæ sunt, 29 literis Græcis confectæ, et ad Cæsarem perlatæ, quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat, qui numerus domo exissent eorum, qui arma ferre possent; et item separatum pueri, senes, mulieresque. Quarum omnium rerum summa erat, capitum Helvetiorum millia ccxxxiii. Tulingorum millia xxxvi. Latobrigorum xiv. Rauracorum xxii. Bojorum xxxii. ex his, qui arma ferre possent, ad millia xcii. summa omnium fuerat ad millia ccclxviii. eorum, qui domum redierunt, censu habito, ut Cæsar imperaverat, repertus est numerus millium c. et x.

53. *Tabulae literis Græcis.*) Characteribus Græcis, sed lingua, sed verbis Helvetiis. Gallos enim barbaros ignaros sermonis Græci fuisse, ex lib. v. sect. 48. manifestum est, ubi ideo epistolam Græce Cæsar scripsit, ne intercepta intelligeretur. Literarum autem figuram (qua-

rum antiquitus videntur usum ignorasse) sine dubio a Massiliensibus Græcis acceperunt. Adi supra lib. i. 10. ubi Cæsar cum Æduis, cultissimis Gallorum extra provinciam, per interpretem loquitur: quod non opus fuisset apud gnaros sermonis Græci.

## C A P U T XVIII.

*Galliae legati Cæsari gratulantur, eorumque petitiones: Oratio Divitiaci Ædui; Promissio Cæsaris ad Gallos, et ejusdem legati ad Ariovistum: hujus responsio.*

- 30 **B**ello Helvetiorum confecto, totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Cæsarem gratulatum conves-  
nent: intelligere sese, tametsi pro veteribus Helvetiorum injuriis, populus Rom. ab iis poenas bello repetisset, tamen eam rem non minus ex usu terræ Galliae, quam pop. Rom. accidisse: propterea quod eo consilio, florentissimis rebus, doinos suas Helvetii reliquissent, ut toti Galliae bellum inferrent, imperioque potirentur, locumque domicilio ex magna copia deligerent, quem ex omni Gallia opportunissimum, ac fructuosissimum judicassent, reliquasque civitates stipendiarias haberent. Petierunt, ut sibi concilium totius Galliae in diem certam indicere, idque Cæsaris voluntate facere liceret: sese habere quasdam res, quas è communī consensu ab eo petere vellent. Ea re permissa, diem concilio constituerunt, et jurejuran-  
do, ne quis enuntiaret, nisi quibus communī consiliō mandatum esset, inter se sanxerunt. Eo concilio dimisso, iidem principes civitatum, qui ante fuerant, ad Cæsarem reverterunt, petieruntque, uti sibi secreto de sua, omniumque salute cum eo agere liceret. Ea re impetrata, sese omnes flentes Cæsaris ad pedes projecerunt: “non minus se id contendere, et laborare, ne ea, quæ dixissent, enuntiarentur, quam uti ea, quæ vellent, im-  
petrarent; propterea quod, si enuntiatum esset, summum se in cruciatum venturos viderent.” Locutus est pro his Divitiacus Æduus: “Galliae totius factiones esse duas, ha-  
rum alterius principatum tenere Ædnos, alterius Arver-  
nos. Hi cum tantopere <sup>54</sup> de potentatu inter se multos

<sup>54</sup> De potentatu.) Principa-  
tu, imperio, Græc. metaphor.  
ἀρχή. Cave vero, insolens vo-  
cabulum existimes, quo etiam  
Livius xxv. 38. usus est, amulo

potentatus inimicus: et plura-  
tivo numero Lactantius lib. vi.  
c. 17. 10. opes istas, et bono-  
res, et potentatus, et regna i-  
psa contemnet.

annos contenderent, factum esse, uti ab Arvernis, Sequanisque Germani mercede arcesserentur: horum primo circiter millia xv. Rhenum transisse: postea quam agros, et cultum, et copias Gallorum homines feri, ac barbari adamassent, transductos plures: nunc esse in Gallia ad c. et xx. millium numerum: cum his Aeduos, eorumque clientes semel, atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse: quibus praetuliis, calamitatibusque fractos, qui et sua virtute, et pop. Rom. hospitio, atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis, et jurejurando civitatem obstringere, sese neque obsides reperituros, neque auxilium a pop. Rom. imploraturos, neque recusaturos, quominus perpetuo sub illorum ditione, atque imperio essent: unum se esse ex omni civitate Aeduorum, qui adduci non potuerit, ut juraret, aut suos liberos obsides daret: ob eam rem se ex civitate profugisse, et Romam ad senatum venisse auxilium postulatum, quod solus neque jurejurando, neque obsidibus teneretur; sed pejus victoribus Sequanis, quam Aeduis victis accidisse, propterea quod <sup>55</sup> Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset, tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset, et nunc de altera parte tertia Seuanos decadere juberet, propterea quod, paucis mensibus ante, <sup>56</sup> Harudum millia hominum xxiv. ad eum venissent, quibus locus, ac sedes pararentur: futurum esse paucis annis, uti omnes e Galliae finibus pellerentur, atque o-

<sup>55</sup> *Ariovistus, Rex Germanorum.*) Eorum videlicet, quorum militantes in exercitu suo infra cap. 24. sect. 51. habuisse dicitur, qui erant *Harudes, Marcomanni, Triboci, Vangiones, Nemeses, Sedusii, Suevi:* neque hi omnes subjecti, sed ex iis etiam auxiliares, quod de Suevia, sive Cattis certum est. Vide post paulo cap. 18. sect. 37. Inde colligitur populis ad Rhenum superiorem imperasse,

sive qui inter Rhenum, Nicri confluentem, et Danubii fontes, et paullo ultra coluerunt, antequam Marcomanni a Marobudo in Bojohemum transducentur.

<sup>56</sup> *Harudum millia hominum xxiv.*) Vicini Harudes Marcomanni inter Rhenum, et Danubium a fontibus novum: qui an cum Marcomannis in Bojohemum postea transierint, incertum est.

mnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro, neque hauc consuetudinem victus cum illa comparandam. Arioivistum autem, ut semel Gallorum copias prælio vicerit, quod prælium factum sit<sup>57</sup> Amagetobriæ, superbe, et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cujusque liberos poscere, et in eos omnia exempla cruciatus edere, si qua res non ad nutum, aut ad voluntatem ejus facta sit: hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse ejus imperia diutius sustineri: nisi quid in Cæsare, populoque R. sit auxili, omnibus Gallis idem esse facendum, quod Helvetii fecerunt, ut domo emigrent: aliud domicilium, alias sedes, remotas a Germanis, petant, fortunamque, quæcumque accidat, experiantur: hæc si enuntiata Arioivisto sint, non dubitare, quin de omnibus obsidibus, qui apud eum sint, gravissimum supplicium sumat: Cæsarem vel auctoritate sua, atque exercitus, vel recenti victoria, vel nomine populi R. deterrere posse, ne major multitudo Germanorum Rhenum transducatur, Galliamque omnem ab Arioivisti injuria posse defendere.

<sup>32</sup> "Hac oratione a Divitiaco habita, omnes, qui aderant, magno fletu auxilium a Cæsare petere cœperunt. Animadvertisit Cæsar, unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere, quas cœteri facerent, sed tristes, capite demisso, terram intueri, ejus rei quæ causa esset, miratus ex ipsis quæsivit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Cum ab iis sæpius quæreret, neque ullam omnino vocem exprimere posset; idem Divitiacus Æduus respondit:,, hoc esse miseriorem, et graviorem fortunam Sevanorum, quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri, nec auxilium implorare anderent, absentisque Arioivisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent; propterea quod reliquis tantum fuge facultas daretur; Sevanis vero, qui intra fines suos Arioivistum receperissent, quorum oppida omnia in potestate ejus essent, omnes cruciatus essent perferen-

<sup>57</sup> *Amagetobriæ.* ) Sic et ratus. Videtur autem circa Metaphrastes scripsit. Ignotus Æduos, aut Sequanos suis locis a nemine prius memoria.

di. "His rebus cognitis, Cæsar Gallorum animos verbis confirmavit; pollicitusque est, sibi eam rem curæ futuram: magnam se habere spem, et beneficio suo, et auctoritate adductum Ariovistum, fidem injuriis facturum. Hac oratione habita, consilium dñmisit, et secundum ea multæ res eum hortabantur, quare sibi eam rem cogitandam, et suscipiendam putaret: in primis, quod <sup>58</sup> Æduos fratres, consanguineosque <sup>59</sup> sæpenumero ab senatu appellatos, in servitute, atque in ditione videbat Germanorum teneri, eorumque obsides esse apud Ariovistum, ac Sequanos intelligebat: quod in tanto imperio populi Rom. turpissimum sibi, et reip. esse arbitrabatur. Paulatim autem Germanos consuescere Rhenum transire, et in Galliam magnam eorum multitudinem venire, populi Rom. periculosum videbat: neque sibi homines ferros, ac barbaros temperaturos existimabat, quin, cum omnem Galliam occupassent, ut ante <sup>60</sup> Cimbri, Teutonique fecissent, in provinciam exirent, atque inde in Italiā contendarent; præsertim cunr <sup>61</sup> Sequanos a provincia nostra Rhodanus divideret, quibus rebus quam maturrime occurrentum putabat. Ipse autem Ariovistus <sup>62</sup> tantos sibi spiritus, tantam arrogantiam sumpserat, ut ferendus non videretur. Quamobrem placuit ei, <sup>34</sup> ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent, ut aliquem locum medium utriusque colloquio diligenter: velle sese de reipubl. et summis utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus respondit, "si quid ipsi a Cæsare opus esset, sese ad eum venturum

<sup>58</sup> Æduos fratres. ) Ædui fratres Romanorum dicti propter antiquissimum fedus. Vide Tacit. I. 25.

<sup>59</sup> Sæpenumero ab Senatu. ) Ad hæc senatus consulta provocat Eumenius Paneg. Flavien-sium nomine cap. 2.

<sup>60</sup> Cimbri, Teutonique. ) De his Vellejus II. 12. Florus III. 3. et Eutropius V. 1.

<sup>61</sup> Sequanos a Provincia, ) Circa Genavam, postquam ex lacu exit, Rhodanus Sequanos

accedit proprius, Genevam autem extreum oppidum erat Allobrogum, qui gravibus bellis domini provincie contributi sunt, *supra cap. 3. sect. 6.*

<sup>62</sup> Tantus spiritus sumperat. ) Plurali spiritus ferociam sonant, et superbiam: ut lib. II. hujus belli, cap. 2. sect. 4. Et Nepos Dione, cap. 5. regios spiritus repressit. Cicero pro lege Manil. cap. 22. extr. enimus, ac spiritus hac notione conjunxit.

fuisse; si quid ille a se velit, illum ad se vénire oportere: præterea se neque sine exercitu in eas partes Galliæ venire audere, quas Cæsar possideret, neque exercitum sine magno commeatu, atque<sup>63</sup> molimento in unum locum contrahere posse: sibi autem mirum videri, quid in sua Galliæ, quam bello vicisset, aut Cæsari, aut omnino populo Rom. negotii esset.,,

<sup>63</sup> Molimento. ) Ita Gabr. Færni manuscriptus codex, Fulvio Ursino teste: plures aliquot emolumento, quod Perrus Victorius Var. Lect. xxii. 10. ex gemina vocabuli significazione tuerit, quæ hoc loco non quæstus sit, sed studii, et laboris; quod ex Varronis R. R. III, 14. putat confirmari. Dionysius Vossius desperat de Varroni loco, quo operæ pretium, non difficultas indicetur. Ipse aliud

exemplum subdit ex Gellii xi. 13. quæ vis, quodve emolumen- tum ejus sententia foret. Sed quod neque hoc satis clare no- tionem alteram emolumenti, quæ non a mola, vel molere, sed ab emoliri sit, evincit, dum clarius exemplum proferatur. Færno, Ciacconio, Hotmano subseribimus, qui molimentum substituunt. Saltem emolumen- tum legere malim, formam simplicis presse imitatus.

## CAPUT XVIII.

*Iterum ad Ariovistum Cæsar is legati cum mandatis: ejus responsio. Cæsar ad Ariovistum contendit. Nuntiatur Ariovisti profectio ad occupandum Vesontionem, quo celerrime Cæsar pervenit, ibique præsidium collocat.*

**H**is responsis ad Cæsarem relatis, iterum ad eum Cæsar legatos cum his mandatis mittit: "Quoniam tanto suo, populiisque Rom. beneficio affectus, cum in consula- tu suo Rex, atque amicus a senatu appellatus esset, hanc sibi, populoque Rom. gratiam referret, ut in colloquium venire invitatus gravaretur, neque de communi re dicendum sibi, et cognoscendum putaret: hæc esse, quæ ab eo postularet; primum, ne quam multitudinem hominum amplius trans Rhenum in Galliam transduceret; deinde obsides, quos haberet ab Æduis, redderet; Sequanisque permitteret, ut quos illi haberent, voluntate ejus red-

dere illis liceret; neve Æduos injuria lacesseret, neve his, sociisque eorum bellum inferret: si id ita fecisset, sibi, populoque Rom. perpetuam gratiam, atque amicitiam cum eo futuram; si non impetraret (quoniam<sup>64</sup> M. Messalla, M. Pisone Coss. senatus censuisset, uti, quicumque Galliam provinciam obtineret, quod commodo reip. facere posset, Æduos, cæterosque amicos pop. Rom. defendenter) se Æduorum injurias non neglecturum.,, Ad hæc Arioistus respondit: "Jus esse belli, ut, qui vicisset, iis, quos vicissent, quemadmodum vellent, imperarent: item populum Rom. victis non ad alterius præscriptum, sed ad suum arbitrium imperare consuesse: si ipse populo Rom. non præscriberet, quemadmodum suo jure uteretur, non oportere se a populo Röm. in suo jure impediri: Æduos sibi, quoniam belli fortunam tentassent, et armis congressi, ac superati essent, stipendiarios esse factos; magnam Cæsarem injuriam facere, qui sub adventu vetigalia sibi deteriora faceret. Æduis se obsides redditum non esse: neque iis, neque eorum sociis injuria bellum illaturum, si in eo manerent,<sup>65</sup> quod convenisset, stipendumque quotannis penderent: si id non fecisset, longe iis fraternum nomen populi Rom. abfuturum. Quod sibi Cæsar denuntiaret, se Æduorum injurias non neglecturum, neminem secum sine sua pernicie contendisse: cum vellet, congrederetur: intellecturum, quid invicti Germani, exercitatissimi in armis, qui intra annos xiv. tecum non subissent, virtute possent.,, Hæc eodem tempore Cæsari mandata referebantur: et legati ab Æduis, et Treviris veniebant: Ædui questum, quod Harudes, qui nuper in Galliam transportati essent, fines eorum popularentur: sese ne obsidibus quidem datis pacem Arioisti redimere potuisse: Treviri autem,<sup>66</sup> pagos centum Sue-

<sup>64</sup> M. Messalla, M. Pisone COSS.) Biennio post Ciceronis: itidemque biennio ante Cæsaris consulatum.

<sup>65</sup> Quod convenisset.) Male quidam libri, convenissent. Sic enim dicendum fuisset, in quo.

<sup>66</sup> Pagos centum Suevorum.) Milites ex singulis centum pa-

gorum delectos, nam centum omnino pagi Suevorum (sic Cattos Cæsar vocat) fuerunt, e quibus quotannis singula milia armatorum educebantur, l. 4. ineunte. De pagis supra dictum in Helvetia: quamquam Germanorum pagi minores videantur, quam Helvetiorum.

vorum ad ripam Rheni consedisse, qui Rhenum transire conarentur: iis præesse Nasuam, et Cimberium fratres. Quibus rebus Cæsar vehementer commotus, maturandum sibi existimavit, ne, si novas manus Suevorum cum veteribus copiis Ariovisti sese conjunxisset, minus facile resisti posset: itaque, re frumentaria, quam celerrime potuit, comparata, magnis itineribus ad Ariovistum contendit.

<sup>38</sup> Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei, Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere, triduque viam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere præcavendum sibi Cæsar existimabat: namque omnium rerum, quæ ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas; idque natura loci sic muniebatur, ut magnam <sup>67</sup> ad ducendum bellum daret facultatem, propterea quod <sup>68</sup> flumen Adduasdubis, ut circino circumductum, pene totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod non est amplius pedum sexcentorum, qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripæ fluminis contingent; hunc murus circumdatus arcem efficit, et cum oppido conjungit. Huc Cæsar magois diurnis, nocturaisque itineribus contendit, occupatoque opido, ibi præsidium collocat.

67 Ad ducendum bellum.) Ad trahendum, cum mora gereundum, nec aleæ præliorum facile committendum. Sic verbo hoc Cicerò usus est, lib. vii. epist. III. sect. 7. et Offic. III. cap. 3. Nepos Aleib, cap. 8.

68 Flumen Adduasdubis.) Vox sine dubio depravata: in qua disonant codices scripti. Annis hic Straboni, et Ptolemaeo dictus Ἀδούας, Dubis, unde Hadri. Valesius, Isaacus

Vossius ad Melam, pag. 160. et Joann. Goduinus in Cæsare legunt flumen Dubis, hodie le Dou. Forsan Cæsaris ætate nomen plurium syllabarum fuit truicatus postea: nec enim nova hæc lectio, sed Metaphrastes etiam Αλδουασδουβις expressit. Julianus epist. xxxviii. legitur Δενδουβις, etiam prave. Vossius Adduas est glossemata ex Festi corrupto loco, errore veterum redundans.

## CAPUT XIX.

*Timor animos militum occupat: quare alii discessum petunt, alii conqueruntur.*

Dum paucos dies ad Vesontionem rei frumentariae, <sup>39</sup> comineatusque causa moratur, ex percunctione nostrorum, vocibusque Gallorum, ac mercatorum, qui ingenti magnitudine corporum Germanos, incredibili virtute, atque exercitatione in armis esse prædicabant, et sæpen numero sese cum his congressos ne vultum quidem, atque aciem oculorum ferre potuisse: tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut non mediocriter omnium mentes, animosque perturbaret. Hic primum ortus est a tribunis militum, ac præfectis, reliquisque, qui ex urbe, amicitiae causa, Cæsarem secuti, non <sup>69</sup> magnum periculum miserabantur, quod non magnum in re militari usum habebant; quorum alius, alia causa illata, quam sibi ad proficiscendum necessariam esse diceret, petebat, ut ejus voluntate discedere liceret; nonnulli pudore adducti, ut timoris suspicionem vitarent, remanebant: hi neque vultum fingere, neque interdum lacrymas tenere poterant; abditæ in tabernaculis, aut suum factum querebantur, aut cum familiaribus suis commune periculum miserabantur; vulgo totis castris <sup>70</sup> testamenta obsignabantur. Horum vocibus, ac timore paulatim etiam ii, qui magnum in castris usum habebant, milites, centurionesque, qui que equitatui præerant, perturbabantur. Qui se ex his minus timidos existimari volebant, non se hostem vere-ri, sed angustias itineris, et magnitudinem silvarum,

69 *Magnum periculum mis-  
erabuntur, quod, inclusa haec de-  
lenda censem Carrio, Antiq.  
Lect. III. 8. manu scriptorum,  
Vaticani præsertim auctorita-  
te: quasi ex inferiore sect. 4.  
in hunc locum adscenderint. Mu-  
retus autem V. L. I. x. 4. prius  
miserabuntur mutat in esse re-  
bantur. Neutrum placet Dionys.*

Vossio, qui vulgarēm lectionem tuetur. Nec insolens Cæsari una formula, etiam ex brevi inter-  
vallo, bis uti: vide aliis in lo-  
cis.

70 *Testamenta obsignaban-  
tur.) Id quoque Florus III. 10.  
notavit, tamquam magni ti-  
moris signum: quasi mox o-  
mnies interituri essent.*

quæ inter eos , atque Ariovistum intercederent , aut rem frumentariam , ut satis commode supportari posset , timere dicebant : nonnulli etiam Cæsari renuntiabant , cum castra moveri , ac signa ferri jussisset , non fore dicto audientes milites , neque propter timorem signa laturos .

## C A P U T X X .

*Cæsar concilium convocat : ejusdem oratio , qua animi militum alacres efficiuntur : Cæsari gratiæ actæ a Decima legione.*

40 **H**æc cum animadvertisset Cæsar , convocato concilio , <sup>71</sup> omniumque ordinum ad id concilium adhibitis centurionibus , vehementer eos incusavit : “ primum , quod , aut quam in partem , aut quo consilio ducerentur , sibi querendum , aut cogitandum putarent . Ariovistum , se consule , cupidissime populi Rom. amicitiam appetisse ; cur hunc tam temere quisquam ab officio discessurum judicaret ? sibi quidem persuaderi , cognitis suis postulatis , atque æquitate conditionum perspecta , eum neque suam , neque populi Rom. gratiam repudiaturum . Quod si furore , atque amentia impulsus bellum intulisset , quid tandem reverentur ? aut cur de sua virtute , aut de ipsius diligentia desperarent ? factum ejus hostis periculum patrum nostrorum memoria , cum , Cimbris , et Teutonis a C. Mario pulsis , non minorem laudem exercitus , quam ipse Imperator meritus esse videbatur : factum etiam <sup>72</sup> nuper in Italia servili tumultu , quos tamen aliquis usus , ac disciplina ,

<sup>71</sup> *Omnium ordinum centurionibus.)* Erant decem in legione cohortes ; in cohorte tres manipuli ; in manipulo duo centuriones . Omnes sic numero partes , gener , seu gradu impares . Vide Lips. Mil. R. II. 8. Hoc plenius concilium : albitantum primorum ordinum centuriones cum tribunis convocati , ut mox cap. 20. sect. 41. lib.

v. cap. 18. s. 44. et c. 15. sect. 37.

<sup>72</sup> *Nuper in Italia servili tumultu.)* NUPER , post Cimbicum bellum . Servile autem hoc bellum , quod Livius epitome xcviij. memoravit , a servis Germanis , Caii Marii victoria captis , gestum : ideoque ejus mentionem Cæsar fecit , ut vinci et Germanos posse demonstraret .

quam a nobis accepissent, sublevaret: ex quo judicari posse, quantum haberet in se boni constantia; propterea quod, quos aliquandiu inermes sine causa timuisserit, hos postea armatos, ac victores superassent; denique hos esse eosdem Germanos, quibuscum sæpe numero Helvetii congressi, non solum in suis sedibus, sed etiam in illorum finibus plerumque superassent, qui tamen pares esse nostro exercitu non potuerint. Si quos adversum prælium, et fuga Galorum commoveret, hos, si quererent, reperire posse, diuturnitate belli defatigatis Gallis, Arioivistum, cum multos menses castris, ac paludibus se continuisset, neque sui potestatem fecisset, desperantes jam de pugna, et dispersos subito adortum, magis ratione, ac consilio, quam virtute viciisse. Cui rationi contra homines barbaros, atque imperitos locus fuisset, hac ne ipsum quidem sperare nostros exercitus capi posse. Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem, angustiasque itinerum conferrent, facere arroganter, cum aut de officio Imperatoris desperare, aut ei præscribere viderentur: hæc sibi esse curæ: frumentum Sequanos, Leucos, Lingones subministrare; jamque esse in agris frumenta matura; de itinere ipsos brevi tempore judicaturos. Quod non fore dicto audientes, neque signa laturi dicantur, nihil se ea re commoveri; scire enim, quibuscumque exercitus dicto audiens non fuerit, aut, male re gesta, fortunam defuisse, aut, aliquo facinore comperto, avaritiæ esse convictam: suam innocentiam perpetua vitæ felicitate Helvetiorum bello esse perspectam. Itaque se quod in longiorem diem collaturus esset, <sup>73</sup> repræsentaturum, et proxima nocte de quarta vigilia castra moturum, ut quamprimum intelligere posset, utrum apud eos pudor, atque officium, an timor plus valeret. Quod si præterea nemo sequatur, tamen se <sup>74</sup> cum sola Decima legione iturum, de qua non dubitaret, sibique eam prætoriam cohortem

<sup>73</sup> Repræsentaturum.) Sic vetera lectio: quia *repræsentare* est ante diem præstare, aut facere, aut solvere. *Holm.*

<sup>74</sup> Cum sola decima legione.) Hoc tamquam singulare stragema laudat, et explicat Frontinus, I. 6. 4. sed paulo aliter historiam recenset.

faturam.,, Huic legioni Cæsar & indulserat præcipue,  
 41 et propter virtutem confidebat maxime. Hac oratione  
 habita, mirum in modum conversæ sunt omnium men-  
 tes, summique alacritas, et cupiditas belli gerendi in-  
 nata est: princepsque Decima legio per tribunos militum  
 ei gratias egit, quod de se optimum iudicium fecisset,  
 seque esse ad bellum gerendum paratissimam confirma-  
 vit. Deinde reliquæ legiones per tribunos militum, et  
 75 primorum ordinum centuriones egerunt, uti Cæsari  
 satisfacerent, se neque unquam dubitasse, neque ti-  
 muisse, neque de summa belli suum iudicium, sed Im-  
 peratoris esse existimavisse.

75 Primorum ordinum centu- pili, primus princeps, primus  
 rions.) Ut erant centurio primi hastatus. Lips. II. Mil. Rom. 8.

## CAPUT XXI.

*Cæsaris profectio: Ariovisti legati ad Cæsarem: inter  
 utrosque colloquium.*

**E**orum satisfactione accepta, et itinere exquisito per Divitiacum, quod ex aliis Gallis ei maximam fidem habebat, ut millium amplius XL circuitu locis apertis exercitum duceret, de quarta vigilia, uti dixerat, profectus est. Septimo die, cum iter non intermitteret, ab exploratoribus certior factus est, Ariovisti copias a nostris 42 millibus passuum IV. et XX. abesse. Cognito Cæsaris adventu, Ariovistus legatos ad eum mittit: quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam proprius accessisset, seque id sine periculo facere posse existimaret. Non respuit conditionem Cæsar: jamque eum 76 ad sanitatem reverti arbitrabatur, cum id, quod antea petenti denegasset, ultro polliceretur: magnamque in spem veniebat, pro suis tantis, populi que Rom. in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore, ut pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim, cum sæpe ultro citroque

76 Ad sanitatem.) Id est, ad x. sect. I. pari ratione ad san-  
 meliora consilia. Cicer. XII. ep. sanitatem redire dixit.

legati inter eos mitterentur, Ariovistus postulavit, ne quem peditem ad colloquium Cæsar adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo circumveniretur: uterque cum aequitatu veniret: alia ratione se non esse venturum. Cæsar, quod nec colloquium, interposita causa, tolli volebat, neque salutem suam Gallorum equitatui committere audebat, commodissimum esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis, in eos legionarios milites legionis Decimæ, cui quam maxime confidebat, imponere, ut præsidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet: quod cum fieret,<sup>77</sup> non irridicule quidam ex militibus Decimæ legionis dixit, "plusquam pollicitus esset, Cæsarem facere, pollicitum esse in cohortis prætoriæ loco Decimam legiōnem habiturum, et nunc<sup>78</sup> ad equum describere." Pla-<sup>43</sup>  
nities erat magna, et in ea tumulus terreus satis gran-dis: hic locus æquo fere spatio ab castris utriusque aberat. Eo, ut erat dictum, ad colloquium venerunt. Legionem Cæsar, quam equis devexerat, passibus ducen-tis ab eo tumulo constituit: item equites Ariovisti pa-ri intervallo constiterunt: Ariovistus, ut ex equis col-loquerentur, et, præter se, denos ut ad colloquium ad-ducerent, postulavit. Ubi eo ventum est, Cæsar initio orationis sua, senatusque in eum beneficia commemo-ravit, quod<sup>79</sup> Rex appellatus esset a senatu, quod ami-cus, quod munera amplissima missa; quam rem et paucis contigisse, et a Romanis<sup>80</sup> pro maximis homi-num officiis consueuisse tribui docebat, illum, cum ne-que aditum, neque causam postulandi justam haberet, beneficio, ac liberalitate sua, ac senatus, ea præmia consecutum. Docebat etiam, quam veteres, quamque justæ causæ necessitudinis ispis cum Aeduis intercede-rent; quæ senatus consulta, quoties, quamque honorifi-ca in eos facta essent; ut omni tempore totius Galliæ

<sup>77</sup> Non irridicute.) Argute, le-pide. Metaphrastes. ἀγει δύτι.

<sup>78</sup> Ad equum describere) sicut scribere, conseruire est legere milites, ita describere, quum mutator ordo: quod transcribe-

re. Valer. Maximus, lib. II. cap. 7. exempl. 15. dixit.

<sup>79</sup> Rex appellatus esset.) Vi-de supra cap. 2. sect. 4.

<sup>80</sup> Pro maximis officiis tribui Livium lege lib. xxxi. cap. 21.

principatum Aedui tenuissent, prius etiam, quam nostram amicitiam appetissent. Pop. R. hanc esse consuetudinem, ut socios, atque amicos non modo sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore auctiores velit esse. Quod vero ad amicitiam populi R. attulissent, id lis eripi, quis pati posset? Postulavit deinde eadem, quæ legatis in mandatis dederat, ne aut Aeduis, aut eorum sociis bellum inferret; obsides redderet: si nullam partem Germanorum domum remittere posset, at ne quos amplius Rhe-  
 44 num transire pateretur. Arioistus ad postulata Cæsaris pauca respondit, de suis virtutibus multa prædicavit: transisse Rhenum sese, non sua sponte, sed rogatum, et accersitum a Gallis, non sine magna spe, magnisque præmiis domum, propinquosque reliquisse: sedes habere in Gallia ab ipsis concessas; obsides ipsorum voluntate datos; stipendum capere jure belli, quod victores victis imponere consueverint. Non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliæ civitates ad se oppugnandum venisse, ac contra se castra habuisse; eas omnes copias uno ab se prælio fusas, ac superatas esse; si iterum experiri velint, paratim se decertare: sin pacem malint, iniquum esse, de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerint. Amicitiam populi Rom. sibi ornamento, et præsidio, non detrimendo, esse oportere, idque se ea spe perisse. Si per popul. Rom. stipendum remittatur, et dedititii subtrahantur, non minus libenter sese reconsilium populi Rom. amicitiam, quam appetierit. Quam multitudinem Germanorum in Galliam transducatur, id se sui munendi, non Galliæ oppugnande causa facere: ejus rei testimonium esse, quod nisi rogatus non venerit, et quod bellum non intulerit, sed defenderit. Sed prius in Galliam venisse, quam pop. Rom. Numquam ante hoc tempus exercitum pop. Rom. Galliæ provinciæ fines ingressum. Quid sibi veller? cur in suas possessiones veniret? Provinciam suam esse hanc Galliam, sicuti illam nostram. Ut sibi concedi non oporteret, si in nostros fines impetum faceret; sic item nos esse iniquos, quod in suo jure se interpellaremus. Quod fratres ex S. C. et amicos appellatos Aeduos diceret, non se

tam barbarum, neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret, neque bello Allobrogum proximo Aeduos Romanis auxilium tulisse, neque ipsos in his contentiobus, quas Aedui secum, et cum Sequanis habuissent, auxilio pop. Rom. usos esse. Debere se suspicari, simulata Cæsarem amicitia, quod exercitum in Gallia habeat, sui opprimendi causa habere. Quod nisicedar, aut exercitum deducat ex his regionibus, sese illum non pro amico, sed pro hoste habiturum: quod si eum interfecerit, multis sese nobilibus, principibusque pop. Rom. gratum esse facturum: id se ab ipsis per eorum nuntios compertum habere, quorum omnium gratiam, atque amicitiam ejus morte redimere posset: quod si discessisset, ac liberam sibi possessionem Galliæ tradidisset, magno se illum præmio remuneraturum, et quæcumque bella geri vellet, sine ullo ejus labore, et periculo conjecturum. "Multa a Cæsare in eam sententiam dicta sunt, quare negotiò desistere non posset, et neque suam, neque populi Rom. consuetudinem pati, ut optime meritos socios desereret, neque se judicare Galliam potius esse Ariovisti, quam populi Rom. Bello superatos esse <sup>81</sup> Auvernos, et Rutenos a Q. Fabio Maximo, quibus populus Rom. ignovisset, neque in provinciam redegisset, neque stipendium imposuisset. Quod si antiquissimum quodque tempus spectari oporteret, popul. Rom. justissimum esse in Gallia imperium: si judicium senatus servari oporteret, liberam debere esse Galliam, quam bello victam, suis legibus uti voluisset.

45

<sup>81</sup> Auvernos, et Rutenos a Q. Fabio:—) Auverni procul a provincia trans Gehennam montem: Ruteni citra montem in austrum vergunt. Fabio hanc victoriam tribuunt Strabo iv. p. 129. Epit. Livii LXI. ac Sue-

tonius Ner. c. I. Domitio. Velejus II. 10. divise Auvernos Domitio, Allobroges Fabio dat. Videtur uterque viciisse utrosque, quia Fabius fuit Domitii successor in provincia, teste Val. Maximo x. lib. I<sup>5</sup>. c. 6.

## CAPUT XXII.

*Equitatus Ariov. prope tumulum accedit, Cæsar exer-  
citum infestans: Ariovistus legatos ad Cæsarem mit-  
tit, et Cæsar ad Ariovistum, qui ejus legatos  
in vincula conjicit.*

46 **D**um hæc in colloquio geruntur, Cæsari nuntiatum est, equites Ariovisti proprius tumulum accedere, et ad nostros adequitare, lapides, telaque in nostros conjicerent. Cæsar loquendi finem fecit, seque ad suos recepit: suisque imperavit, ne quod omnino telum in hostes rejerent: nam, etsi sine ullo periculo legionis delectæ commissum cum equitatu prælium fore videbat: tamen committendum non putabat, ut, pulsis hostibus, dici posset, eos a se per fidem in colloquio circumventos. Posteaquam<sup>82</sup> in vulgus militum relatum est, qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus, omni Gallia Romanis interdixisset; impetumque in nostros ejus equites fecissent; eaque res colloquium ut diremisset, multo major alacritas, studiumque pugnandi majus exercitui injectum est. Biduo post Ariovistus legatos ad Cæsarem mittit, velle se de his rebus, quæ inter eos agi cœptæ, neque perfectæ essent, agere cum eo: uti iterum colloquio diem constitueret; aut, si id minus vellet, ex suis legatis aliquem ad se mitteret. Colloquendi Cæsari causa visa non est, at eo magis, quod pridie ejus diei Germani retineri non potuerant, quin in nostros tela conjicerent. Legatum ex suis sese magno cum periculo ad eum missurum, et hominibus feris subjecturum, existimabat. Commodissimum visum est, M. Valerium Procillum. C. Valerii Caburi F. summa virtute, et humanitate adolescentem, (cujus pater a C. Valerio Flacco civitate donatus erat) et propter fidem, et propter linguae Gallicæ scientiam,

82. In vulgus militum elatum.) 13, noster in vulgus efferrri. Et  
Bene elatum secundum MSS. lib.  
bros: non relatum. Et lib. VI. Tacitus, XII. 21. elata vox ejus  
in vulgum.

qua multa jam Ariovistus<sup>83</sup> longinqua consuetudine utebatur, et, quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere; et M. Titium, qui hospitio Ariovisti usus erat; his mandavit, ut, quæ diceret Ariovistus, cognoscerent, et ad se referrent. Quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente, conclamavit: quid ad se venirent? an speculandi causa? conantes dicere prohibuit, et in catenas congecit. Eodem die castra promovit, et millibus passuum<sup>48</sup> vi. a Cæsar's castris sub monte consedit.

<sup>83</sup> Longinqua consuetudine.) Clacconius longa mavult. Tetur receptam lectionem Joann. Fr. Gronovius, Observat. iv. II. pag. 168. quia idem Cæsar Civ. cap. 14. sect. 29. et

temporis longinquitatem dixit, et III. Civil. cap. 24. sect. 80. longinquum oppugnationem, id est, diuturnam. Adi Nepot. Themist. cap. 4. longinuore tempore.

## CAPUT XXIII.

Ariovistus copiis transductis equestri prælio cum Cæsare contendit. Cæsar non procul a Germanis castra ponit, et aciem instruit; castra minora Cæsar's oppugnantur. Vaticinatio matrum familias apud Germanos.

P ostridie ejus diei, præter castra Cæsar's suas copias transduxit, et millibus passuum 11. ultra eum castra fecit; eo consilio, uti frumento, commeatuque, qui ex Sequanis, et Æduis supportaretur, Cæsarem intercluderet. Ex eo die dies continuos v. Cæsar pro castris suas copias produxit, et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus prælio contendere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris continuuit; equestri prælio quotidie contendit. Genius hoc erat pugnæ, quo se Germani exercuerant. Equitum millia erant VI. totidem numero pedites velocissimi, ac fortissimi, quos ex omni copia singuli singulos, suæ salutis causa, delegerant: cum his in præliis versabantur: ad hos se equites recipiebant: hi, si quid erat diutius, concurrebant: si qui, graviore vul-

nere accepto , equo deciderent , circumstebant : si quo  
 erat longius prodeundum , aut celerius recipiendum ,  
 tanta erat horum exercitatione celeritas , ut , jubis equo-  
 rum sublevati , cursum adæquarent . Ubi eum castris se-  
 se tenere Cæsar intellexit , ne diutius commeatu pro-  
 hiberetur , ultra eum locum , quo in loco Germani con-  
 sederant , circiter passus sexcentos ab his castris ido-  
 neum locum de legit : acieque triplici instructa , ad eum  
 locum venit . Primam , et secundam aciem in armis esse ,  
 tertiam castra munire jussit . Hic locus ab hoste circi-  
 ter passus sexcentos , uti dictum est , aberat , eo circiter  
 hominum numero xvi. millia expedita cum omni equita-  
 tu Arioistus misit , quæ copiæ nostros perterrent , et  
 munitione prohiberent . Nihilo secius Cæsar , ut ante  
 constituerat , duas acies hostem propulsare , tertiam  
 opus perfidere jussit . Munitis castris , duas ibi legiones  
 reliquit , et partem auxiliorum : quarum reliquas in ca-  
 stra majora reduxit . Proxima die , instituto suo , Cæsar  
 ex castris utrisque copias suas eduxit : paululumque a  
 majoribus castris progressus , aciem intruxit , hostibus  
 que pugnandi potestatem fecit . Ubi ne tum quidem eos  
 prodire intellexit , circiter meridiem exercitum in ca-  
 stra reduxit . Tum demum Arioistus partem suarum co-  
 piarum , quæ castra minora oppugnaret , misit . Acriter  
 utrimque , usque ad vesperum , pugnatum est . Solis oc-  
 casu suas copias Arioistus , multis et illatis , et acce-  
 ptis vulneribus , in castra reduxit . Cum ex captivis quære-  
 ret Cæsar , quamobrem Arioistus prælio non decertarer ,  
 hanc reperiebat causam , quod apud Germanos ea con-  
 suetudo esset , ut <sup>84</sup> matresfamilias eorum sortibus , et  
 vaticinationibus declararent , utrum prælium committi ex  
 usu esset , necne ; eas ita dicere , non esse fas Germa-  
 nos superare , si ante novam Lunam prælio contendissent .

<sup>84</sup> Matresfamilias sortibus , satidicas arbitrentur . Quin etiam  
 at vaticinationibus .) Tacitus Hist . sanctum , et providum illis inesse  
 iy . 61 . veteri vnde Germanos putabant , quod idem de Mo-  
 more , quo plerique feminarum rib . German . cap . 4 . prodidit .

## CAPUT XXIV.

*Præsidio castris relicto, Cæsar ad castra hostium accedit; Germani copias educunt; prælum committitur. Ex hostibus alii fugam arripiunt, alii interficiuntur. C. Valerius Procillus, et M. Titus Cæsari restituti sunt.*

*Cæsar in ulteriorem Galliam proficiscitur.*

Postridie ejus diei Cæsar præsidio utrisque castris, quod satis esse visum est, relicto,<sup>85</sup> omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit; quod minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat, ut ad speciem alariorum ute-retur. Ipse, triplici instructa acie, usque ad castra hostium accessit. Tum demum necessario Germani suas copias e castris eduxerunt,<sup>86</sup> generatimque constituerunt paribus intervallis Harudes, Marcomannos, Triboccos, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Suevos, omnemque aciem suam rhedis, et carris circumdederunt, ne qua spes in fuga relinqueretur. Eo mulieres impo-suerunt, quæ in prælum proficiscentes milites, passim manibus, fientes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent. Cæsar singulis legionibus singulos legatos, et questorem præfecit; uti eos testes sur quisque virtutis haberet. Ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, prælum commisit. Ita nostri acriter in hostes signo dato impetum fecerunt. Itaque hostes repente, celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes congiendi non daretur. Rejectis pilis, cominus gladiis pugnatum est. At Germani celeriter, ex consuetudine sua,

<sup>85</sup> Omnes alarios.) Lipsius de Mil. Rom. tr. 7, p. 68. ita hunc locum interpretatur: Mens ibi et consilium Cæsaris non disjungere legionarios, sed una habere ad pugnam; alarios autem, id est, auxiliares et socios, pro castris alteris in speciem, ut lo-

quitur, relinquere terrendo bo-sti, aut distinendo.

<sup>86</sup> Generatimque constituerunt.) Per genera, et nationes suas, quas singulas seorsim sti-tuerunt: Metaphrastes οὐτα φολάς.

phalange facta , imipetus gladiorum exceperunt . Reperi-  
ti sunt complures nostri milites , qui in phalanges in-  
silirent , et scuta manibus revellerent , et desuper vul-  
nerarent . Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa ,  
atque in fugam conversa esset , a dextro cornu vehe-  
menter multitudine suorum nostram aciem premebant .  
Id cum animadvertisset P Crassus adolescens , qui  
equiratu praeerat , quod expeditior erat , quam hi , qui  
inter aciem versabantur , tertiam aciem laborantibus

53 nostris subsidio misit . Ita prælium restitutum est , at-  
que omnes hostes terga verterunt ; neque prius fugere  
desiterunt , quam ad flumen Rhenum <sup>87</sup> millia pas-  
suin ex eo loco circiter quinquaginta pervenerunt . Ibi  
perpauci , aut viribus confisi transnare contenderunt ;  
aut lintribus inventis salutem sibi petierunt . In his fuit  
Ariovistus , qui naviculam deligatam ad ripam nactus ,  
ea profugit ; reliquos omnes equites consecuti nostri  
interfecerunt . Duæ fuerunt Ariovisti uxores , una Sue-  
va natione , quam domo secum adduxerat , altera No-  
rica , regis Vocationis soror , quam in Gallia duxerat a  
fratre missam : utraque in ea fuga perit . Duæ filiæ  
harum , altera occisa , altera capta est . C. Valerius Pro-  
cillus , cum a custodibüs in fuga trinis catenis vincitus  
traheretur , in ipsum Cæsarem , hostium equitatum  
persequentem incidit . Quæ quidem res Cæsari non mi-  
norem , quam ipsa victoria , voluptatem attulit , quod  
hominem honestissimum provinciæ Galliæ , suum fa-  
miliarem , et hospitem , erectum e manibus hostium ,  
sibi restitutum videbat ; neque ejus calamitate de tanta  
voluptate , et gratulatione quidquam fortuna diminue-

<sup>87</sup> Millia passuum circiter  
quinquaginta . Libri veteres quin-  
que : et Metaphrastes τέττα  
πάροντα γέδεια . Sed minus spa-  
tium , pro fuga longinquitate ,  
quam hoc loco Cæsar descri-  
psit . Icciro doctissimus quis-  
que censem quinquaginta legen-  
dum , quia Orosius vi . 7 . qui  
hanc duble Cæsarem sublegit ,  
quinquaginta millia passuum ha-

bet : et Plutarchus Cæsare p .  
717 . ἐπὶ ταῦτα τιπλακοῦσαν ,  
quod quidem numero explen-  
do non sufficit ; verus tamen  
interpres ejus quadrageinta ha-  
bet , et Stephano teste in  
quibusdam libris τετρακοῦσα  
invenitur , quot stadia omnino  
quinquaginta milliarla confi-  
ciunt .

rat. Is, se præsente, de se ter sortibus consultum dicebat, utrum igni statim necaretur, an in aliud tempus reservaretur: sortium beneficio se esse incolumem. Item M. Titius repertus, et ad eum reductus est. Hoc prælio trans Rhenum nuntiato, Suevi, qui ad ripas Rheni venerant, domum reverti cœperunt; quos ubi qui proxime Rhenum incolunt, perterritos senserunt, insecuri magnum ex his numerum occiderunt. Cæsar una æstate, duobus maximis bellis confectis, maturius paulo, quam tempus anni postulabat, in hiberna in Sequanos exercitum deduxit; hibernis Labienum præposuit: ipse in citeriore Galliam, ad conventus agendos profectus est.

# C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM *DE BELLO GALLICO* LIBER SECUNDUS.

## CAPUT I.

*Cæsar certior fit de Belgarum conjuratione, simulque de causa.*

**C**um esset Cæsar in citeriore Gallia in hibernis, ita, ut supra demonstravimus, crebri ad eum rumores afferebantur, literisque item Labieni certior fiebat, omnes Belgas, quam tertiam esse Galliæ partem dixeramus, contra populum Rom. conjurare, obsidesque inter se dare. Conjurandi has esse causas: primum, quod vererentur, <sup>I</sup> ne, omni pacata Gallia, ad eos

<sup>I</sup> Ne, omni pacata Gallia, sect. 3. Rhemi, qui proximi Gallos eorū) Gallia propria, a Belgis distincta. Sic mox enim c. 2.

exercitus noster adduceretur: deinde, quod ab nonnullis Gallis sollicitarentur, partim qui ut Germianos diutius in Gallia versari noluerant, ita populi Rom. exercitum huius, atque inveterascere in Gallia moleste ferebant: partim qui mobilitate, et levitate animi novis imperiis studebant; ab nonnullis etiam, quod in Gallia a potentioribus, atque iis, qui ad conducendos homines facultates habebant, vulgo regna occupabantur: qui minus facile eam rem imperio nostro consequi poterant.

## CAPUT II.

*Cæsar legiones conscribit, eas missurus in ulteriorem Galliam; inde ad fines Belgarum castra ponit; ad quem Rhemi legatos mittunt. Belgarum origo: quantus sit eorum in militia nervus. Convocatur Senatus: obsides dantur.*

**I**is nuntiis, literisque commotus Cæsar, duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit, et ineunte æstate<sup>2</sup> in ulteriorem Galliam qui deduceret, Q. Pedium legatum misit. Ipse, cum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit. Dat negotium Senonibus, reliquisque Gallis, qui sinitimi Belgis erant, uti ea, quæ apud eos gerantur, cognoscant: seque de his rebus certiores faciant. Hi constanter omnes nuntiaverunt, manus cogi, exercitus in unum locum conduciri. Tum vero dubitandum non existimavit, quin ad eos (<sup>3</sup> duodecimo die) proficeretur. Re frumentaria comparata, castra movit, diebusque circiter xv. ad fines Belgarum pervenit. Eo cum de improviso, celeriusque omnium opinione venisset,<sup>4</sup> Rhemi, qui proximi Galliæ ex Bel-

<sup>2</sup> In ulteriorem Galliam.) Sic veteres libri: etiam Jul. Ceisus, seu quisquis auctor est Vitæ Cæsaris: quod præfert, et tutor Dionysius Vossius. Recentiores interiores, Græcus tantum sic τὰ τὰλατθα.

<sup>3</sup> Duodecimo die.) Absunt

hæc a veteribus libris. Loco illoquin Metaphrastes ὡς τάξις, id est, quam celerrime.

<sup>4</sup> Rhemi.) Sine adspiratione. Inscriptiones, et Hadr. Valesius. Horum caput Durocororum nunc Reims.

gis sunt, ad eum legatos Iccium, et Antebrogium, pri-  
mos civitatis suæ miserunt: qui dicerent, se, suaque  
omnia in fidem, atque potestatem pop. R. permittere,  
neque se cum reliquis Belgis consensisse, neque contra po-  
pul. R. omnino conjurasse, paratosque esse et obsides  
dare, et imperata facere, et oppidis recipere, et frumento,  
cæterisque rebus juvare. Reliquos omnes Belgas in armis  
esse: <sup>5</sup> Germanosque, qui ripas Rheni incolunt, sese  
cum his conjunxisse; tantumque esse eorum omnium fu-  
rorem, <sup>6</sup> ut ne Suessiones quidem fratres, consanguineosque suos, qui eodem jure, iisdem legibus utrantur,  
vnum imperium, unumque magistratum cum ipsis ha-  
beant, deterrere potuerint, quin cum his consentirent.  
Cum ab his quæreret, quæ civitates, quantæque in armis <sup>4</sup>  
essent, et quid in bello possent; sic reperiebat, plerosque  
Belgas esse ortos a Germanis; Rhenumque antiquitus  
transductos, propter loci fertilitatem ibi consedisse; Gal-  
losque, qui ea loca incolerent, expulisse: soloisque esse,  
qui patrum nostrorum memoria, omni Gallia vexata,  
Teutonos, Cimbrosque intra fines suos ingredi prohibui-  
sent: qua ex re fieri, ut earum rerum memoria magnam  
sibi auctoritatem, <sup>7</sup> magnosque spiritus in ore militari  
sumerent. De numero eorum omnia se habere explorata  
Rheni dicebant, propterea quod propinquitatibus, affini-  
tibusque conjuncti, quantam quisque multitudinem in  
communi Belgarum concilio ad id bellum pollicitus esset,  
cognoverant. Piurimum inter eos <sup>8</sup> Bellovacos et virtu-  
te, et auctoritate, et hominum sumero valere: hos pos-  
se confidere armata millia centum: pollicitos ex eo nu-  
mero lecta milia ix. totiusque belli imperium sibi po-  
stulare. Suessiones suos esse finitimos, latissimos, fe-

<sup>5</sup> Germanosque, qui ripas Rheni incolunt. Recertiores libri, qui cis Rhenum incolunt. Sed Græcus illam interpres: τούς πρὸς ταῖς θύλαις τοῦ Πενοῦ εἰκόνωντας οἴεπεινούς.

<sup>6</sup> Ut ne Suessiones. Quidam libri Suessiones) quatuor syllabis: sed Metaphrastes Σουεσσίων, ac Hirtius VIII. cap. 3.

sect. 6. Suessiones, qui Rhenis eos attribuit: quos Axona amnis separat.

<sup>7</sup> Magnosque spiritus. ) Supra ad lib. 1. cap. 17. sect. 33. expositum.

<sup>8</sup> Bellovacos. ) Populum inter Sequanam, et Oïlam flumi-  
na, inter Parisios, Velocasses, et Suessiones, nunc Beaurainus.

racissimosque agros possidere : apud eos fuisse regem nostra etiam memoria Divitiacum , totius Galliae potentissimum , qui cum magna partis harum regionum , tum etiam Britanniae imperium obtinuerit : nunc esse regem Galbam : ad hunc propter justitiam , prudentiamque summani totius belli omnium voluntate deferri : oppida habere numero xii. polliceri millia armata quinquaginta , totidem 9 Nervios ; qui maxime feri inter ipsos habentur , longissimeque absint ; xv. millia <sup>10</sup> Attribates : <sup>11</sup> Ambianos x. millia ; Morinos xv. millia ; Menapios vii. millia : <sup>12</sup> Caletes x. millia , Velocasses , et Veromanus duos totidem ; <sup>13</sup> Aduaticos xxix. millia , Condrusos , Eburones , Cæræsos , Pæmanos , qui uno nomine Germani appellantur , arbitrari ad lx. millia . Cæsar Rhemos cohortatus , liberaliterque oratione prosecutus , omnem senatum ad se convenire , principumque liberos obsides ad se adduci jussit : quæ omnia ab his diligenter ad diem facta sunt . Ipse Divitiacum Æduum magnopere cohortatus docet , quantopere reipubl. communisque salutis intersit , manus hostium distineri , ne cum tanta multitudine uno tempore configendum sit : id fieri posse , si suas copias Ædui in fines Bellovacorum introduxerint , et eorum agros populari cœperint . His mandatis eum ab se dimittit .

<sup>9</sup> Nervios .) Quorum caput videtur Camaracum (nostris Camerick ) fuisse .

<sup>10</sup> Attribates .) nunc Arte-sii : eorumque regio . Artesia: Gall. l'Arrois . Sidonius Paneg. Majoriani , v. 212.

qua Clojo patentes  
Attributum terras pervaserat .

<sup>11</sup> Ambianos , Morinos , Me-napios .) Ambiani , ubi nunc Amiens : Norini , ad fretum Britannicum : Menapii , ad Rhenum ; item inter Mosam , et Scaldim .

<sup>12</sup> Caletes , Velocasses , Veromanduos .) Caletes , ubi nunc Cailais : Velocasses , ubi Rovan . Veromandui , ubi s. Quintin .

<sup>13</sup> Aduaticos , Condrusos , Ebu-rones .) De Aduaticis plura infra cap. 15. sect. 29. In Flandriæ , Brabantæ , Hannoniæ confinio videntur coluisse : Eburones , qui postea Tungri . Qui sequuntur Condrusi , Cæræsi , Pæmani , his nemo facile certos , distinctosque limites adsignaverit .

## CAPUT III.

*Trans flumen Axonam a Cæsare castra ponuntur. Oppugnatur Bibrax oppidum Rhemorum, ad quos Cæsar petitum per nuntios subsidium mittit.*

**P**ostquam omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad se venire, neque jam longe abesse, ab his, quos miserat, exploratoribus, et ab Rhemis cognovit,<sup>14</sup> flumen Axonam, quod est in extremis Rhemorum finibus, exercitum transducere maturavit, atque ibi castra posuit; quæ res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat, et post eum quæ erant, tuta ab hostibus reddebat, et commeatus ab Rhemis, reliquisque civitatibus, ut sine periculo ad eum portari posset, efficiebat. In eo flumine pons erat: ibi præsidium ponit, et in altera parte fluminis Q. Titurius Sabinum legatum cum vi. cohortibus relinquit: castra in altitudinem pedum xii. vallo, fossaque duodeviginti pedum munire jubet. Ab <sup>6</sup> ipsis castris<sup>15</sup> oppidum Rhemorum, nomine Bibrax, aberat millia passuum viii. Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægre eo die sustentatum est. Gallorum eadem, atque Belgarum, oppugnatio est. H̄i, ubi circumjecta multitudine hominum totis mœniibus, undique in murum lapides jaci cœpti sunt, murusque defensoribus nudatus est; testudine facta, portis succedunt, murumque subruunt, quod tum facile fiebat: nam tanta multitudo lapides, ac tela conjiciebant, ut in muro consistendi potestas esset nulli. Cum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Rhemus, summa nobilitate, et gratia inter suos, qui tum oppido præerat, unus ex iis, qui legati de pace ad Cæsarem venerant, nuntios ad

<sup>14</sup> Flumen Axonam.) Qui Augustam Suessionum adluit. A. Ausonius Mosell. 461.

*Non sibi se Liger anteferet, non Axona præcep.*

<sup>15</sup> Oppidum Rhemorum, ne-

mine Bibrax.) Diversum ergo ab hoc est Bibracte Aeduorum. Locus autem, ubi in Rhemis fuerit, in tanta dissensione Gallorum geographorum (vide Valesii Notit. in Rhemis) distincte definiri non potest.

<sup>7</sup> eum mittit. Nisi subsidium sibi mittatur, se diutius sustinere non posse. Eo de media nocte Cæsar, iisdem ducibus usus, qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas, et <sup>16</sup> Cretas sagittarios, et funditores Baleares subsidio oppidanis mittit; quorum adventu, et Rhemis cum spe defensionis studium propugnandi accessit, et hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit.

## CAPUT IV.

*Hostes ad castra Cæsaris contendunt; is equestre prælium committit; inde utrinque acies instruitur. Hostes, Cæsareis in castra reductis, ad Axonam contendunt, inde eo Cæsar ipse proficiscitur.*

<sup>8</sup> **I**taque paulisper apud oppidum morati, agrosque Rhemorum depopulati: omnibus vicis, ædificiisque, quo adire poterant, incensis, ad castra Cæsaris cum omnibus copiis contenderunt: et a millibus passuum minus duobus castra posuerunt: quæ castra, ut fumo, atque ignibus significabatur, amplius millibus passuum viii. in latitudinem patebant. Cæsar primo, et propter multitudinem hostium, et propter eximiam opinionem virtutis prælio supersedere statuit. Quotidie tamen equestribus præliis, quid hostis virtute posset, et quid nostri audent, periclitabatur. Ubi nostros non esse inferiores intellexit, loco pro castris ad aciem instruendam natura opportuno, atque idoneo, quod is collis, ubi castra posita erant, paululum ex planicie editus, tantum adversus in latitudinem patebat, quantum locis acies instructa occupare poterat, atque <sup>17</sup> ex utraque parte lateris dejectus

<sup>16</sup> *Cretas sagittarios.*) Laudantur Cretenses sagittæ, laudantur et sagittarii. De illis Sihiūm vide 12. vers. 90. et 101. de his Ælianuſ V. H. lib. 1. c. 10. *τοῦτας εἰσὶ τοξευεῖς κρύστας.*

<sup>17</sup> *Ex utraque parte lateris dejectur.*) Vulgatis libris addi-

tum est *habebat*, quod tollit Dion. Vossius, quia suavius sit participium, quam quartus causus nominis, qui cum adjecto verbo durum sonat. Et infra cap. 11. sect. 22. ineunte nostre *dejectusque collis*: quamquam et ibi Goduinus *declivitus collis* interpretatur.

habebat, et in fronte leviter<sup>18</sup> fastigatus, paulatim ad planitiam redibat: ab utroque latere ejus collis transversam fossam obduxit circiter passuum quadringentorum, et ad extremas fossas castella constituit, ibique tormenta collocavit, ne, cum aciem instruxisset, hostes (quod tantum multitudine poterant) a lateribus suos pugnantes circumvenire possent. Hoc facto, duabus legionibus, quas proxime conscriperat, in castris relictis, ut, si quid opus esset, subsidio duci possent; reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. Hostes item suas copias ex castris eductas instruxerunt. Palus erat non magna inter nostrum, atque hostium exercitum, hanc si nostri transirent, hostes exspectabant; nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos aggrederentur, parati in armis erant. Interim prælio equestri inter duas acies contendebatur. Ubi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum nostrorum prælio, Cæsar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contulerunt, quod esse post nostra castra demonstratum est. Ibi vadis repertis, partem suarum copiarum transducere conati sunt; eo consilio, ut, si posset, castellum, cui præerat Q. Titurius legatus, expugnarent, pontemque interscinderent; sin minus, agros Rhemorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatusque nostros sustinebant. Cæsar certior factus a Titurio, omnem equitatum, et <sup>10</sup> levis armaturæ Numidas, funditores, sagittariosque pontem transducit, atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine aggressi, magnum eorum numerum occiderunt. Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes, multitudine telorum repulerunt. Primos, qui transierant, equitatu circumventos interfecerunt.

<sup>18</sup> Fastigatus. ) Sic veteres libri. Et Isaacus Vossius in Melam l. 4. auctor est, ubique in scriptis codicibus *fastigare* legi, non *fastigiare*? addit analogiam *tāv vestigium, vestigare; titigium, titigare*. Dionysius autem Vossius vulgatum *fastigatus*

tuetur. Qui etiam pro *leviter* præcedente voce legerit *leniter*, ut lib. 11. Gall. cap. 15. sect. 29. et lib. 11. Civ. cap. 9. sect. 24. minime meo iudicio errat. Sed nihil muto in tanta librorum consensione.

## CAPUT V.

*Hostes, concilio convocato, constituunt, optimum esse, quemque domum suam reverti. Cæsur eos insequutus, magnam eorum multitudinem interficit.*

**H**ostes, ubi et de expugnando oppido, et de flumine transeundo spem se fefellisse intellexerunt, neque nostros in locum iniquiorem progrederi pugnandi causa viderunt, atque eos res frumentaria deficere cœpit; consilio convocato, constituerunt, optimum esse, domum suam quemque reverti, et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique convenire, ut potius in suis, quam in alienis finibus decertarent, et <sup>19</sup> domesticis copiis rei frumentariæ uterentur. Ad eam sententiam, cum reliquis causis, hæc quoque ratio eos deduxit: quod Divitiacum, atque Æduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant. His persuaderi, ut diutius morarentur, neque suis auxilium ferrent, non poterat. Ea re constituta, secunda vigilia magno cum strepitu, ac tumultu castris egressi, nullo certo ordine, neque imperio, cum sibi quisque primum itineris locum peteret, et domum pervenire properaret, fecerunt, ut consimilis fugæ profectio videretur. Hac re statim Cæsar per speculatores cognita, insidias veritus, quod, qua de causa discederent, nondum perspexerat, exercitum, equitatumque castris continuit. Prima luce, confirmata re ab exploratoribus, omnem equitatum, qui novissimum agmen moraretur, præmisit, eique Q. Pedium, et L. Aurunculejum Cottam legatos præfecit. T. Labienum legatum cum legionibus <sup>III.</sup> subsequi jussit. Hi novissimos adorti, et multa millia passuum prosecuti, magnam multitudinem eorum fugientium conciderunt. Cum ab extremo agmine hi, ad quos ventum erat, consistenter, fortiterque impetum

<sup>19</sup> Domesticis copiis rei frumentariae.) COPIS, abundancia, commeatu, etiam plurali numero. Cicero pro Deojtar.

cap. 5. Exercitum suis tectis, et copiis sustentavit. Ad lib. IV. cap. 4. sect. 7.

nostrorum militum sustinerent; priores, quod abesse a periculo viderentur, neque ulla necessitate, neque imperio continerentur, exaudito clamore, perturbatis ordinibus, omnes in fuga sibi subsidium posuerant. Ita sine ullo periculo tantam eorum multitudinem nostri interfecerunt, quantum fuit diei spatium: sub occasumque Solis sequi destiterunt, seque in castra, uti erat imperatum, receperunt.

## CAPUT VI.

*Profectio Cæsaris ad oppidum Noviodunum, quod frustra oppugnatur. Legati ad Cæsarem de ditione.*

Postridie ejus diei Cæsar, priusquam se hostes ex 12 terrore, ac fuga reciperent, in fines Suessionum, qui proximi Rheinis erant, exercitum duxit, et magno itinere confecto, ad <sup>20</sup> oppidum Noviodunum contendit. Id ex itinere oppugnare conatus, quod vacuum ab defensoribus esse audiebat, propter latitudinem fossæ, murique altitudinem, paucis defendantibus, expugnare non potuit. Castris proutis <sup>21</sup> vineas agere, quæque ad oppugnandum usui erant, comparare cœpit. Iterum omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit. Celeriter vineis ad oppidum actis, agere jacto, turribusque constitutis, magnitudine operum, quæ neque viderant ante Galli, neque audierant, et celeritate Romanorum permoti, legatos ad Cæsarem de ditione mittunt, et, potentibus Rhemis, ut conservarentur, impetrant.

<sup>20</sup> Oppidum Noviodunum. ) Ex Cæsar's itinere apparet illud esse, quod postea dictum est Angusta Suessionum, nunc Soizours. Vide Notit. Orb. antiqui.

<sup>21</sup> Vineas agere. ) Machinas admovere, quibus terti milites, quæ opugnationes erant, perfecerunt. Vide Lipsii Fo- lior. I. 7.

## CAPUT VII.

*Datis obsidibus, Cæsar Suessiones in deditioñem accipit: exercitum in Bellovacos ducit, qui ulro se ei dedunt: Cæsar obsides petit.*

- 13 **C**æsar, obsidibus acceptis primis civitatis, atque ipsius Galbæ regis duobus filiis, armisque omnibus ex oppido traditis, in deditioñem Suessiones accepit; exercitumque in Bellovacos duxit; qui cum se, suaque opinia in oppidum <sup>22</sup> Bratuspantium contulissent, atque ab eo oppido Cæsar cum exercitu circiter millia passuum v. abesset, omnes maiores natu ex oppido egressi, manus ad Cæsarem tendere, et voce significare cœperunt, sese in ejus fidem, ac potestatem venire, neque contra populum R. armis contendere. Item cum ad oppidum accessisset, castraque ibi poneret; pueri, mulieresque ex muro passis manibus, suo more, pacem a Romanis petierunt. Pro his Divitiacus ( nam post discessum Belgarum, dimissis Æduorum copiis, ad eum reverterat ) facit verba: "Bellovacos omni tempore in fide, atque amicitia civitatis Æduæ fuisse. Impulsos a suis principibus, qui dicerent, Æduos a Cæsare in servitutem redactos, omnes indignitates, contumeliasque perferre, et ab Æduis defecisse, et pop. Rom. bellum intulisse: qui hujus consilii principes fuisserent, quod intelligerent, quantum calamitatem civitati intulissent, in Britanniam profugisse: petere non solum Bellovacos, sed etiam pro his Æduos, ut sua clementia, ac mansuetudine in eos utatur: quod si fecerit, Æduorum auctoritatem apud omnes Belgas amplificaturum, quorum auxiliis, atque opibus, si quæ bella inciderint, sustentare consueverint. "Cæsar, honoris Divitiaci, atque Æduorum causa, sese eos in fidem recepturum, et conservaturum dixit: et, quod erat civitas magna, et inter Belgas auctoritate, ac hominum multitudine præstabat, sexcentos obsides poposcit,

<sup>22</sup> *Bratuspantium.*) Bellovacorum oppidum Primarium, ex Ptolemaeo constat.

## CAPUT VIII.

*Profectio Cæsaris ad fines Ambianorum: horum deditio. Nerviorum mores.*

**H**is traditis, omnibusque armis ex oppido collatis, ab eo loco in fines Ambianorum pervenit, qui se, suaque omnia sine mora dediderunt. Eorum fines Nervii attinabant: quorum de natura, moribusque Cæsar cum quaereret, sic reperiebat: “Nullum aditum esse ad eos mercatoribus: nihil pati vini, reliquarumque rerum ad luxuriam pertinentium inferriri, quod his rebus relangue-scere animos, eorumque remitti virtutem existimarent: esse <sup>23</sup> homines feros, magnæque virtutis: increpitare, atque incusare reliquos Belgas, qui se populo R. deditissent, et patriam virtutem projecissent: confirmare, se neque legatos missuros, neque ullam conditionem pacis accepturos.” Cum per eorum fines triduo iter fecisset, inveniebat ex captivis, <sup>24</sup> Sabin flumen ab castris suis non amplius millia passum x. abesse: trans id flumen omnes Nervios consedisse, adventumque ibi Romanorum exspectare, una cum Attrebatibus, et Veromanibus, finitimis suis: nam his utrisque persuaserant, ut eamdem belli fortunam experirentur: exspectari etiam ab his Aduaticorum copias, atque esse in itinere: mulieres, quique per ætatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum conjectisse, quo propter paludes exercitui aditus non esset.

16

<sup>23</sup> Homines feros, magna-  
que virtutis.) Magnæ in re-  
pugnando ferocitatis. Hanc e-  
num virtutem, id est, fortitudi-  
nem hoc loco barbari jacti-

tant.

<sup>24</sup> Sabin flumen.) Nunc  
Sambre dictum, in Hanooia  
apud Namur se Mosæ adflua-  
dens.

## CAPUT IX.

*Exploratores præmissi locum castris idoneum deligunt.  
Interim ex iis quidam , qui noctu aufugerant, Nerviis  
rem omnem aperiunt : hi struunt insidias. Ratio, et  
ordo agminis Cæsarei.*

17 **C**æsar , his rebus cognitis , exploratores , centurionesque præmitit , qui locum castris idoneum deligant . Cumque ex deditiis Belgis , reliquisque Gallis complures Cæsarem secuti una iter facerent ; quidam ex his , ut postea ex captivis cognitum est , eorum dierum consuetudine itineris nostri exercitus perspecta , nocte ad Nervios pervenerunt , atque his demonstrarunt , intersingulas legiones impedimentorum magnum numerum intercedere ; neque esse quidquam negoti , cum prima legio in castra venisset , reliquæque legiones magni spatium abessent , hanc sub sarcinis adoriri : qua pulsa , impedimentisque direptis , futurum , ut reliqua contra consistere non auderent . Adjuvabat etiam eorum consilium , qui rem deferebant , quod Nervii antiquitus , cum equitatu nihil possent , ( neque enim ad hoc tempus ei rei student , sed , quidquid possunt , pedestribus valent copiis ) quo facilius finitimarum equitatum , si prædandi causa ad eos venisset , impedirent , teneris arboribus incisis , atque inflexis , crebrisque in latitudinem ramis enatis , et rubis , sentibusque interjectis effecerunt , ut instar muri , hæ sepes munimenta præberent : quo non modo non intrari , sed ne perspici quidem posset : iis rebus cum iter agminis nostri impediaret , non omittendum sibi consilium Nervii existimaverunt . Loci natura erat hæc , quem nostri castris delegerant . Collis ab summo æqualiter declivis ad flumen Sabin , quod supra nominavimus , vergebatur : ab eo flumine pari acclivitate collis nascebatur adversus haic , et contrarius , passus circiter ducentos , infimus apertus , ab superiore parte silvestris , ut non facile introversus perspici posset . Intra eas silvas hostes in occulto sese continebant . In aperto loco , secundum

flumen, paucæ stationes equitum videbantur. Fluminis erat altitudo circiter pedum trium. Cæsar, equitatu præmisso, subsequebatur omnibus copiis. Sed ratio, ordoque agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Nervios detulerant: nam, quod hostis appropinquabat, consuetudine sua Cæsar vi. legiones expeditas ducebat; post eas totius exercitus impedimenta collocabat: inde duæ legiones, quæ proxime conscriptæ erant, totum agmen claudebant, præsidioque impedimentis erant.<sup>19</sup>

## CAPUT X.

*Committitur prælium, inde Cæsar castra munit, in cuius equites impetus fit; quibus pulsis, hostes ad castra Cæsaris contendunt. Cæsar omnino impuratus, dum alii agunt, quod cuique videbatur, decimam legionem cohortatur.*

**E**quites nostri cum funditoribus, sagittariisque flumen transgressi, cum hostium equitatu prælium committunt. Cum se illi identidem in silvas ad suos reciperent, ac rursus e silva in nostros impetum facerent, neque nostri longius, quam quem ad finem<sup>25</sup> porrecta, ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent; interim legiones vi., quæ primæ venerant, opere dimenso, castra munire coepérunt. Ubi prima impedimenta nostri exercitus ab iis, qui in silvis abditi latebant, visa sunt, quod tempus inter eos committendi prælii convenerat; ita ut intra silvam aciem, ordinesque constituerant, atque ipsi sese confirmaverant, subito omnibus copiis provolaverunt, impetuque in nosistros equites fecerunt. His facile pulsis, ac perturbatis, incredibili celeritate ad flumen decurrerunt; ut pene uno tempore et ad silvas, et in flumine, et iam in manib[us] nostris hostes viderentur. Eadem autem celeritate adverso colle ad nostra castra, atque eos, qui

<sup>25</sup> Porrecta, ac loca aper- porrectus spatii. Ex Minuc. Fe-  
ta.) Plana, ac patentia. Horat. lib. I. ep. VII. 42. locus planis lix, cap. IV. sect. 12. porrecta  
camporum. Ciaccon.

in opere occupati erant, contenderunt. Cæsari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum,<sup>26</sup> quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret: signum tuba dandum: ab opere revocandi milites: qui paulo longius, aggeris perendi causa, processerant, accersendi: acies instruenda: milites cohortandi:<sup>27</sup> signum dandum: quarum rerum magnam partem temporis brevitas, et successus, et incursus hostium impeditiebat. Iis difficultibus duæ res erant subsidio; scientia, atque usus militum, quod superioribus præliis exercitati, quid fieri oporteret, non minus commode ipsi præscribere, quam ab aliis doceri poterant; et quod ab opere, singulisque legionibus singulos legatos Cæsar discedere, nisi munitis castris, vetuerat. Hi, propter celeritatem, et propinquitatem hostium, nihil jam Cæsaris imperium exspectabant,  
 21 sed per se, quæ videbantur, administrabant. Cæsar, necesarilis rebus imperatis, ad cohortandos milites, quam in partem sors obtulit, decurrit: et ad legionem Decimam devenit. Milites non longiore oratione est cohortatus, quam uti suæ pristinæ virtutis memoriam retinerent, neu perturbarentur animo, hostiumque impetum fortiter sustinerent: et, quod non longius hostes aberant, quam quo telum adjici posset, prælii committendi signum dedit: atque item in alteram partem cohortandi causa profectus, pugnantibus occurrit.

<sup>26</sup> Quod erat insigne, cum ad arma c. o.) Manutio hæc glossema videntur: legit tamen etiam Metaphrastes.

<sup>27</sup> Signum dandum.) Tessera, σύγχρονα, ut recte Græcus exposuit. Aliud vero est, quod præcessit, signum tuba dandum.

## C A P U T . XI.

*Hostes ad pugnam promptissimi reperiuntur, Attrebatæ interficiuntur. Prælum undecimæ, et octavæ legionis cum Veromanduuis.*

**T**emporis tanta fuit exiguitas, hostiumque tam paratus ad dimicandum animus, ut non modo<sup>28</sup> ad

<sup>28</sup> Ad insignia accommodantiorum. Ad lib. VII. cap. du.) Ornamenta ducum, et præ-

19. sect. 45.

insignia accomodata, sed etiam ad galeas induendas<sup>29</sup> scutisque tegmenta detrahenda tempus defuerit. Quam quisque in partem ab opere casu devenit, quæque prima signa conspexit, ad hæc constitit: ne in quærendo suos pugnandi tempus dimitterent. Instructo exercitu, magis ut loci natura, dejectusque collis, et necessitas temporis, quam ut rei militaris ratio, atque ordo postulabat, cum diversis locis legiones aliæ alia in parte hostibus resisterent, sepibusque densissimis,<sup>30</sup> ut ante demonstravimus, interjectis, prospectus impediretur; neque certa subsidia collocari, neque, in quaque parte opus esset, provideri, neque ab uno omnia imperia administrati poterant. Itaque in tanta rerum iniquitate, fortunæ quoque eventus varii sequebantur. Legionis nonæ, et decimæ milites, ut in sinistra parte aciei constiterant, pilis emissis, cursu, ac lassitudine exanimatos, vulneribusque confectos Attrebates (nam his ea pars obvenerat) celester ex loco superiore in flumen compulerunt: et transire conantes, insecuri gladiis, magnam partem eorum impeditam interfecerunt. Ipsi transire flumen non dubitaverunt; et in locum ini- quum progressi, rursus regressos, ac resistentes hostes redintegrato prælio, in fugam conjecterunt. Item alia in parte civersæ duæ legiones, undecima, et octava, profligatis Veromanduis, quibuscum erant congressi, ex loco superiore in ipsis fluminis ripis præliabantur. At toris fere a fronte, et a sinistra parte<sup>31</sup> nudatis castris, cum in dextro cornu legio duodecima, et non magno ab ea intervallo septima constitisset, omnes Nervii confertissimo agmine, duce Boduongnato, qui sumam imperii tenebat, ad eum locum con- tenderunt: quorum pars aperto latere legiones circum- venire, pars summum locum castrorum petere cœpit.

<sup>29</sup> Scutisque tegmenta.) Ex-  
tra prælium, et iustrationem  
tecta scuta erant, ne ornatus  
illorum pollueretur. Cujus ele-  
gantiae cum primis Cæsar in  
exercitu suo studiosus erat, de  
quo Suetonius, ep. 67. et in eum

locum Casaubonus consulatur.

<sup>30</sup> Ut ante demonstravimus.)  
Supra cap. 22. sect. 47.

<sup>31</sup> Nudatis castris.) Infra  
lib. III. cap. 4. sect. 4. pars  
castrorum nudata defensoribus.

## CAPUT XII.

*Cæsar is equitatus hostibus ex adverso occurrit; Calonum fuga: Treviri, desperatis Cæsar is rebus, domum redeunt.*

**24** **E**odem tempore equites nostri, levisque armaturæ pedites, qui cum his una fuerant, quos primo hostium impetu pulsos dixeram, cum se in castra recipierent, adversis hostibus occurrerant, ac rursum aliam in partem fugam petebant: et calones, qui ab <sup>32</sup> Decumana porta, ac summo jugo collis nostros victores flumen transire conspexerant, prædandi causa egressi cum respxissent, et hostes in nostris castris versari vidissent, præcipites sese fugæ mandabant. Simul eorum, qui cum impedimentis veniebant, clamor, fremitusque oriebatur: aliqui aliam in partem perterriti ferreabantur. Quibus omnibus rebus permoti equites Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio est singularis, qui auxilii causa a civitate missi, ad Cæsarem venerant, cum multitudine hostium castra nostra compleri, <sup>33</sup> legiones premi, et pene circumventas teneri; calones, equites, funditores Numidas diversos, dissipatosque in omnes partes fugere vidissent, desperatis nostris rebus, domum contenderunt: Romanos pulsos, superatosque, castris, impedimentisque eorum hostes potitos, civitati renuuentaverunt.

<sup>32</sup> *Decumana porta.*) Ut quadrangulo Romanorum castra, ita quatuor patibant portis, in singulis lateribus una. Quia hosti obversa erat, dicta *Fratria*; quæ aversa, *Decumana*; reliquæ *principales* ad latera. Vide Lipsii de Milt. Rom. lib. v. dialogo v. Græcus hoc loco vertit ἀπὸ τῆς μεγάλης

τῶς εἰσαποτέλεσθαι πόλην. Castigatores libri *decumana porta* sexto casu, sine prepositione: atque ita etiam MSS.

<sup>33</sup> *Legiones premi.*) Nepos Miltiade, cap. 3. male rem gerere Darium, præmque ab Scyrikir. Noster infra iv. cap. 17. sect. 32. suos ab hostibus.

## CAPUT XIII.

*Cæsar, ut vidit suos male habitos fuisse, in primam aciem procedit, et milites cohortatus, signum jubet inferri. T. Labienus hostium castris potitus, Cæsar subsidium mittit. Hostium magna virtus in pugna conspecta.*

**C**æsar, ab decimæ legionis cohortatione ad dextrum <sup>25</sup> cornu profectus, ubi suos urgeri, signisque in unum locum collatis, duodecimæ legionis milites confertos, sibi ipsis ad pugnam esse impedimento, quartæ cohortis omnibus centurionibus occisis, signiferoque imperfecto, signo amissso, reliquarum cohortiarum omnibus fere centurionibus aut vulneratis, aut occisis, in his <sup>34</sup> primipilo P. Sextio Baculo, fortissimo viro, multis, gravibusque vulneribus confecto, ut jam se sustinere non posset, reliquos esse tardiores, et nonnullos a novissimis desertos prælio excedere, ac tela vitare; hostes neque a fronte ex inferiore loco subeuntes intermittere, ab utroque latere instare, et rem esse in angusto vidit, neque ullum esse subsidium, quod submitti posset: <sup>35</sup> scuto ab novissimis uni militi derracto (quod ipse eo sine scuto venerat) in primam aciem processit; centurionibusque nominatim appellatis, reliquos cohortatus milites signa inferre, et manipulos laxare jussit, quo facilius gladiis uti possent. Hujus adventu spe illata militibus, ac redintegrato animo, cum pro se quisque in conspectu Imperatoris etiam in extremis suis rebus operam navare cuperet, paulum hostium imperus tardatus est. Cæsar cum septimam <sup>26</sup> legiōnem, quæ juxta constiterat, item urgeri ab hoste vidisset, Tribunos militum monuit, ut paulatim sese legiones conjungerent, et conversa signa in hostes in-

<sup>34</sup> Primipilo P. Sextio Baculo.) Primipilus idem est qui primi pilii centurio. Lib. III. C. p. 4. sect. 5. P. Sextius Bacu-

<sup>35</sup> Scuto ab novissimis unij militi detracto.) Florus III. 10. addit, fugientis e manu, sed nihil Cæsar de fuga.

ferrent. Quo facto , cum aliis alii subsidium ferrent, neque timerent, neque aversi ab hoste circumvenirentur, audacius resistere, ac fortius pugnare cœperunt. Interim milites legionum duarum, quæ in novissimo agmine præsidio impedimentis fuerant, prælio nuntiato, cursu incitato, in summo colle ab hostibus conspiciebantur. Et T. Labienus, castris hostium potitus, et ex loco superiore, quæ res in nostris castris gererentur, conspicatus, decimam legionem subsidio nostris misit. Qui, cum ex equitum, et calonum fuga, quo in loco res esset, quantoque in periculo et castra, et legiones, et Imperator versaretur, cognovissent, nihil ad celeritatem sibi reliqui fecerunt. Horum adventu tanta rerum commutatio est facta, ut nostri, etiam qui vulneribus confecti proculuisse, scutis innixi prælium redintegrarent, tum calones, perterritos hostes conspicati, etiam inermes armatis occurserunt. Equites vero, ut turpitudinem fugæ virtute delerent, omnibus in locis pugnabant, quo se legionariis militibus præferrent. At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, ut, cum primi eorum cecidissent, proximi jacentibus insisterent, atque ex eorum corporibus pugnarent: his dejectis, et coacerwatis cadaveribus, qui superessent, ut ex tumulo tela in nostros conjicerent, pila que intercepta remitterent; ut non nequidquam tantæ virtutis homines judicari deberent: ausos esse transire latissimum flumen, ascendere altissimas ripas, subire iniquissimum locum: quæ facilia ex difficilius animi magnitudo redegerat.

## CAPUT XIV.

*Nerviorum legati ad Cæsarem de deditione: in eos Cæsar's clementia conspicitur.*

18 **H**oc prælio facto, et prope ad internacionem gente, ac nomine Nerviorum redacto, majores natu, quos cum pueris, mulieribusque in æstuaria, ac paludes collectos dixeramus, hac pugna nuntiata, cum victoribus nihil impeditum, victis nihil totum arbitrarentur; omnium, qui supererant, consensu, legatos ad Cæsarem

miserunt, seque ei dederunt, et in commemoranda civitatis calamitate,<sup>36</sup> ex quadragintis ad 111. Senatores, ex hominum millibus sexaginta vix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos esse dixerunt: quos Cæsar, ut in miseros; ac supplices usus misericordia videretur, diligentissime conservavit, suisque finibus, atque oppidis uti jussit; et finitimis imperavit, ut ab injuria, et maleficio<sup>37</sup> se, suosque prohiberent.

<sup>36</sup> Ex CD. ad III. Senator. Plutarchus Cæsare, p. 718. ἀπὸ τετρακοτίων οἱ quadrin- gentis: unde ex vulgato libro- rum DC., qui numerus est ni- mius, fecimus CD. In Epitome civit. civ. Gronovius etiam qua- dringentis legit: veteres autem

Epitomes libri, Schefferi Mo- guntini, Sigonii, Gryphii, ha- habent ex nonaginta quinque se- natoribus, quasi nota numera- lis fuerit xc.

<sup>37</sup> Se, suosque prohiberent.) Abstinerent. Vid. lib. v. cap. 14. sect. 32.

## CAPUT XV.

*Aduatici, cum auxilium Nerviis ferrent, pugna nuntiata, domum revertuntur, et sua omnia in unum oppidum conferunt; hoc um origo. Legati de pace ad Cæsa- rem missi, et responsio relata.*

**A**duatichi, de quibus supra scripsimus, cum omnibus copiis auxilio Nerviis venirent, hac pugna nuntiata, ex itinere domum reverterunt: cunctis oppidis, castellis- que desertis, sua omnia in unum oppidum egregie natura munitum contulerunt: quod cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectusque haberet, una ex parte<sup>38</sup> leniter acclivis aditus in latitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur: quem locum duplice altissimo muro munierant; tum magni ponderis saxa, et præacutas trabes in muro collocarant. Ipsi erant ex Cimbris, Teutonisque prognati; qui, cum iter in provinciam nostram, atque Italiam facerent, his impedimen- tis, quæ secum agere, ac portare non poterant, circa flu-

<sup>38</sup> Leniter acclivis.) Sensim, non prærupte: ut lib. vii. cap. 9<sup>9</sup> sect. 10, colpis leniter ab in- fimo acclivis: et cap. 29. sect.

83. loco leniter decliti: et de Civ. Bell. lib. II. cap. 9. sect. 24. leniore jugi fastigio.

men Rhenum depositis , custodiam ex suis , ac præsidium  
 vi. millia hominum una reliquerunt . Hi , post eorum obi-  
 tum , multos annos a finitimiis exagitati , cum alias bel-  
 lum inferrent , alias illatum defenderent ; consensu eo-  
 rum omnium pace facta , hunc sibi domicilio locum de-  
 30 legerunt . Ac , primo adventu exercitus nostri , crebras ex  
 oppido excursiones faciebant , parvulisque præliis cum  
 nostris contendebant . Postea , vallo pedum XII. <sup>39</sup> in  
 circuitu xv. milium , crebrisque castellis circummuniti ,  
 oppido sese continebant . Ubi , vineis actis , aggere ex-  
 tructo , turrim constitui procul viderunt , primum ir-  
 ridere ex muro , atque increpitare vocibus , quo tanta  
 machinatio ab tanto spatio institueretur ? quibusnam  
 manibus , aut quibus viribus præsertim homines tantu-  
 le staturæ ( nam plerisque hominibus Gallis præ ma-  
 gnitudine corporum suorum brevitas nostra contemptui  
 est ) tanti oneris turrim in muros sese collocare confide-  
 rent ? Ubi vero moveri , et appropinquare mœnibus  
 viderunt , nova , atque inusitata specie commoti , le-  
 gatos ad Cæsarem de pace miserunt , cui ad hunc mo-  
 dum locuti : " Non se existimare , Romanos sine opè  
 Deorum bellum gerere , qui tantæ altitudinis machina-  
 tiones tanta celeritate promovere , et ex propinquitate  
 pugnare possent : se , smaque omnia eorum potestati  
 permittere dixerunt : unum petere , ac deprecari , si  
 forte pro sua clementia , ac mansuetudine , quam ipsi  
 ab aliis audissent , statuisset Audiatricos esse conservan-  
 dos , ne se armis despoliaret : sibi omnes fere finitos  
 esse inimicos , ac suæ virtuti invidere , a quibus se de-  
 fendere , traditis armis , non possent : sibi præstare , si  
 in eum casum deducerentur , quamvis fortunam a pop.  
 Rom. pati , quam ab his per cruciatum interfici , inter-  
 32 quos dominari consuevissent . " Ad hæc Cæsar respon-  
 dit : „ Se magis consuetudine sua , qua merito eo-  
 ruin , civitatem conservarurum , si prius , quam aries  
 murum attigisset , se dedidissent , sed deditiois nullam  
 esse conditionem , nisi armis traditis : se id , quod in

<sup>39</sup> In circuitu xv. milium . } hoc bello , cap. 47. sect. 2.  
 Puta passuum , ut lib. v. de

Nervios fecisset, facturum; finitimisque imperaturum,  
ne quam dedititis populi Romani injuriam inferrent.,,  
Re nuntiata ad suos, illi se, quæ imperarentur, face-  
re dixerunt.

## CAPUT XVI.

*Quanta fuerit armorum multitudo de manibus jacta.  
Eruptio ab oppidanis noctu facta, non sine acri prælio.*

*Occisorum numerus. Cæsar oppidum  
auctionatur.*

33  
**A**rmorum magna multitudine de muro in fossam, quæ erat ante oppidum, jacta, sic ut prope summam muri, aggerisque multitudinem acervi armorum adæquarent, et tamen circiter parte tertia (ut postea perspectum est) celara, atque in oppido retenta: portis patefactis, eo die pace sunt usi. Sub vesperum Cæsar portas claudi, militesque ex oppido exire jussit, ne quam noctu oppidani a militibus injuriam acciperent. Illi, ante iuncto (ut intellectum est) consilio, quod deditio facta, nostros præsidia non inducturos, aut denique indulgentius servatueros, crediderant, partim cum his, quæ retinuerant, et celaverant, armis, partim scutis ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant, tertia vigilia, qua minime arduus ad nostras munitiones ascensus videbatur, omnibus copiis repente ex oppido eruptionem fecerunt. Celeriter, ut ante Cæsar imperaverat, ignibus significatio facta, ex proximis castellis eo concursum est; pugnatumque ab hostibus ita acriter, ut a viris fortibus in extrema spe salutis iniquo loco contra eos, qui ex vallo, turribusque tela jacerent, pugnari debuit, cum una in virtute omnis spes salutis consisteret. <sup>40</sup> Occisis ad ho-

<sup>40</sup> *Occisis ad hominum milibus iv.) Ita libri: ut ad sit quod circiter, adverbii more, Godanus. Sic et Suetonius Cæs. cap. 20. ad xx, milibus civium divisit: quod Casaubonus inter- pretatur, divisit milibus civium*

*ad viginti. Vellejus in eadem Historia II. 44. circiter xx. Confirmant Casauboni emendationem (nam vulgo ac legebatur) Salmasius, Berengerus, Gre- vius, Jacob, Gronovius.*

minum millibus iv. reliqui in oppidum rejecti sunt. Postridie ejus diei, refractis portis, cum jam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, <sup>41</sup> sectionem ejus oppidi universam Cæsar vendidit. Ab his, qui emerant, capitum numerus ad eum relatus est millium quinquaginta trium.

<sup>41</sup> Sectionem universam vendidit. ) Sectio sunt bona confusa, quæ sector redimit, et singulatim distrahit. Auctio proprie sed μετωνυμικῶς ipsa bona publice vendenda. Cic. Philipp. II. cap. 26. de Pöm-

peii bonis sub hasta positis : quisnam esset tam impius, qui ad illud scelus sectoris auderet accedere ? inventus est nemo, præter Antonium. Adi Ascon. in Verr. de prætor. urb.

## CAPUT XVII.

*Deditio plurimorum populorum Romanis se committentium : a quibusdam nationibus legati ad Cæsarem missi de dandis obsidibus. Cæsar in Italiam profectio, eidem supplicatio Romæ decernitur.*

34 **E**odem tempore a P. Crasso, quem cum legione una miserat ad Venetos, Unellos, Osismios, Curiosolitas, <sup>42</sup> Sesuvios, Aulercos, Rhedones, quæ sunt maritimæ civitates, Oceanumque attingunt, certior factus est, omnes eas civitates in deditioinem, potestatemque pop. Rom. esse redactas. His rebus gestis, omni Gallia pacata, tanta hujus belli ad barbaros opinio perlata est, ut ab nationibus, quæ trans Rhenum incolerent, mitterentur legati ad Cæsarem, quæ se obsides daturas, imperata facturas, pollicerentur. Quas legationes Cæsar quod in Italiā, Illyricumque properabat, inita proxima æstate, ad se reverti jussit. Ipse <sup>43</sup> in Carnutes, Andes, Turones,

<sup>42</sup> Sesuvios. ) Ignoti Sesuvii, quæ Ciacconius, Valesius (in Aulerci ) Dion. Vossius, Lexuvias legendum censem. Quos præterea hoc loco Cæsar nominavit, in ulteriore Gallia trans Sequanam, et in extrema peninsula, quam nunc Britanniam minorem vocant, fuerunt

Veneti, Unelli, Curiosolites, Aulerci, Rhedones. Vide Tabulam.

<sup>43</sup> In Carnutes, Ander, Turones. ) Populi sunt circa Ligerim, quoru[m] nunc urbes Aurelianum, Angers, Tours. Carnutes autem a Ligeri ad Chartres usque patebant, aut ultra.

quæ civitates propinquæ his locis erant, ubi bellum gesserat, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus est. Ob eas res, ex literis Cœsaris, <sup>44</sup> dies xv. supplicatio decreta est; quod ante id tempus acciderat nulli.

<sup>44</sup> *Dies xv. Supplicatio.*) Supplicatio, id est, festa populi conventio, vel ad unius numinis ædem, vel ad omnia pulvinaria, gratulandi, et gratias ageodi causa, et ob rem bene gestam celebranda, vel in unum diem, vel in biduum, decreta fuit pro magnitudine victoriæ. Exempla apud Livium plura sunt: tandem cre-

scente luxu, et ambitu, hoc loco xv. et lib. iv. extremo. xx. dierum decreta. Dicitur autem *dies xv. supplicatio*, ἐλλεπιτίκδς, intellecta præpositione *in*, vel *per*. Atque sic Livius xi. 19. *diem unum supplicatio indicta est*: ac lib. xl. 9. *unum supplicatio fuit*. Ipse Cœsar, lib. iv. extremo, *dierum xx. supplicatio*.

C. JULII CÆSARIS  
 COMMENTARIORUM  
*DE BELLO GALLICO*  
 LIBER TERTIUS.

C A P U T I.

*Serv. Galva in Nantuates, Veragros, et Sedunos mittitur, ut iter per Alpes patefaciat. Is post aliquot prælia in Veragrorum vico hiemat, cuius vici alteram partem Gallis, cohortibus alteram assignat.*

**C**um in Italiam proficeretur Cæsar, Serv. Galbam cum legione duodecima, et parte equitatus,<sup>1</sup> in Nantuates, Veragros, Sedunosque misit, qui a finibus Allobrogum, et lacu Lemano, et flumine Rhodano ad summam Alpes pertinent. Causa mittendi fuit, quod iter per Alpes, quo magno cum periculo, magnisque portoriis mercatores ire consueverant, patefieri volebat. Huic permisit, si opus esse arbitraretur, ut in iis locis legiōnem, hiemandi causa, collocaret. Galba, secundis aliquot præliis factis, castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis, obsidibusque datis, et pace facta, constituit cohortes duas in Nantu-

<sup>1</sup> In Nantuates, Veragros, Sedunosque.) Populi Alpini sunt trans summam Alpes, Italæ terminum in principio Galliae: uti ex Cæsaris hæc descriptione liquet. De Nantuatis plura non contant, est Pilnius quoque, et Strabo nomineaverint, lib. iii., autem cap. 6. sect. 5. Cæsar ita Nantuates posuit, ut ab Octodu-

ro Veragrorum in Allobroges profecturis transeundum fuerit per Nantuates: Sedunus prodit oppidum hujus nominis medio ævo, nunc Sion, sive Sitten. Veragrius vicus, sect. I. Octodorus, quem plerique censem nunc Martigni, seu Martinach apellarunt: ut sic omnes hi populi in Valesiam, ut ejus consimilium incidat.

tibus collocare, et ipse cum reliquis ejus legionis cohortibus in vico Veragrorum, qui appellatur Octodurus, hibernare: qui vicus positus in valle, non magna adjecta planicie, altissimis montibus undique continetur. Cum hic in duas partes flumine divideretur, alteram partem ejus vici Gallis ad hiemandum concessit, alteram, vacuam ab illis relictam, cohortibus attribuit. Eum locum vallo, fossaque munivit.

## CAPUT II.

*Gallorum discessio ex vico. Occupantur montes a multitudine Sedunorum, et Veragrorum, ut Galli opprimendæ legionis consilium capiant.*

**C**um dies hibernorum complures transissent, frumentumque eo comportari jussisset; subito per exploratores certior factus est, ex ea parte vici, quam Gallis cesserat, omnes noctu' discessisse, montesque, qui impenderent, a maxima multitudine Sedunorum, et Veragrorum teneri. Id aliquot de causis acciderat, ut subito Galli belli renovandi, legionisque oprimentæ consilium caperent. Primum, quod legionem, neque eam plenissimam, detractis cohortibus duabus, et pluribus sigillatim, qui commeatus petendi causa missi erant, absentibus propter paucitatem despiciebant; tum etiam, quod propter iniuritatem loci, cum ipsi ex montibus in vallem decurrenter, et tela conjicerent, ne primum quidem posse impetum suum sustineri existimabant. Accedebat, quod suos ab se liberos abstractos obsiduni nomine dolebant; et Romanos, non solum itinerum causa, sed etiam perpetuae possessionis, culmina Alpium occupare conari, et ea loca finitima' provinciæ adjungere, sibi persuasum habebant.

## CAPUT III.

*Galba, cum necessaria deesse videret, concilium convocat, in quo statuitur, castra defendenda esse.*

**H**is nuntiis acceptis, Galba, cum neque opus hiber-

norum, munitionesque plene essent perfectæ, neque de frumento, reliquoque comineatu satis esset provisum, quod deditione facta, obsidibusque acceptis, nihil de bello timendum existimaverat; concilio celeriter convocato, sententias exquirere cœpit. Quo in concilio cum tantum repentinae periculi præter opinionem accidisset, ac jam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur, neque subsidio veniri, neque comineatus supportari, interclusis itineribus, posset; prope jam desperata salute nonnullæ hujusmodi sententiæ dicebantur, ut impedimentis relictis, eruptione facta, iisdem itineribus, quibus eo pervenissent, ad salutem contenderent. Majori tamen parti placuit, hoc reservato ad extremum consilio, interim rei eventum experiri, et castra defendere.

## CAPUT IV.

*Hostium decursio. Galbae castra premuntur, ad quem P. Sext. Baculus, et C. Volusenus accurvunt; quorum consilio hostes fugantur, plures armis spoliati occiduntur. Inde Galba in provinciam contendit.*

4 Brevi spatio interjecto, vix ut his rebus, quas constituerint, collocandis, atque administrandis tempus datur, hostes ex omnibus partibus signo dato <sup>2</sup> decurrere, lapides, <sup>3</sup> gæsaque in vallum conjicere. Nostri, primo integris viribus, fortiter repugnare, <sup>4</sup> neque ullum

<sup>2</sup> *Decurrere, conjicere.*) Puta evenerunt, quæ solemnis figura historicis, Livio, aliis, Sallustio maxime.

<sup>3</sup> *Gæsaque in vallum conjicere.*) Gæsum telum Gallicum, grave Festo, tenerum Nonio Marcello: ideoque Livius VIII. 8. levibus militibus tribuit etiam inter Romanos, Virgilius VIII. 691. *Apina gæsa* dixit, quem Silius I. 629. imitatus est: ad quem quæ

notavimus, si lubet, videoas.

<sup>4</sup> *Neque ullum frustra telum in loco superiori.*) Mureto v. I. lib. x. 15. hæc videntur ad superiora de Alpiis impugnantibus retrahenda ob *locum superiorum*: sed salva res est, quia decurrerant ex montibus, et vallum castrorum ex valle oppugnabant: Romani autem ex vallo se defendantes stabant superiores. Adde Dion. Vossio notata.

frustra telum ex loco superiore mittere, ut quæque pars  
 castrorum nudata defensoribus premi videbatur, occurre-  
 re, et auxiliym ferre; sed hoc superati, quod diurnitate  
 pugnæ hostes defessi cum prælio excedebant, alii integris  
 viribus succedebant. Quarum rerum a nostris, propter  
 paucitatem, fieri nihil poterat; non modo defesso ex pu-  
 gna excedendi, sed ne saucio quidem ejus loci, ubi con-  
 stiterat, relinquendi, ac sui recipiendi facultas dabatur.  
 Cum jam amplius horis vi. continenter pugnaretur, ac 5  
 non solum vires, sed etiam tela nostris deficerent, at-  
 que hostes acrius instanter, languidioribusque nostris,  
 vallum scindere, et fossas complere cœpissent, resque  
 esset jam ad extremum deducta casum: P. Sextius Ba-  
 culus, primipili centurio, quem Nervico prælio com-  
 pluribus confectum vulneribus diximus, et item C. Vo-  
 lusenus tribunus milit. vir et consilii magni, et virtutis,  
 ad Galbam occurserunt, atque unam esse spem salutis do-  
 cent, si eruptione facta, extremum auxilium experi-  
 rentur. Itaque, convocatis centurionibus, celester mi-  
 lites certiores facit, paulisper intermitterent prælum,  
 ac tantummodo tela missa exciperent, seque ex labore  
 reficerent; post, signo dato, e castris erumperent, at-  
 que omnem spem salutis in virtute ponerent. Quod jus- 6  
 si sunt, faciunt; ac subito omnibus portis eruptione fa-  
 cta, neque cognoscendi, quod fieret, neque sui colli-  
 gendi hostibus facultatem relinquunt. Ita commutata  
 fortuna, eos, qui in spem potiendorum castrorum ve-  
 nerant, undique circumventos interficiunt; et ex homi-  
 num millibus amplius xxx., quem numerum barbarorum  
 ad castra venisse constabat, plus tertia parte imperfecta,  
 reliquos perterritos in fugam conjiciunt, ac ne in locis  
 quidem superioribus consistere patiuntur. Sic omnibus  
 hostium copiis fusis, armisque exutis, se in castra, mu-  
 nitionesque suas recipiunt. Quo prælio facto, quod sæ-  
 pius fortunam tentare Galba solebat, atque alio esse  
 in hiberna consilio venisse meminerat, aliis occurrisse  
 rebus videbat, maxime frumenti, commeatusque inopia  
 permitus, postero die omnibus ejus vici ædificiis in-  
 censis, in provinciam reverti contendit; ac nullo ho-  
 ste prohibente, aut iter demorante, incolumem legio-

nem in Nantuates, inde in Allobrogas perduxit, ibique hiemavit.

## CAPUT V.

*Novum, et inopinatum bellum in Gallia cooritur: Venetorum auctoritas: Gallorum conjuratio: Communis legatio ad P. Crassum: Profectio Cæsaris ad exercitum.*

**H**is rebus gestis, cum omnibus de causis Cæsar pacatam Galliam existimaret, superatis Belgis, expulsis Germanis, victis in Alpibus Sedunis; atque ita inita hieme in Illyricum profectus esset; quod eas quoque nationes adire, et regiones cognoscere volebat, subitum bellum in Gallia coortum est. Ejus belli hæc fuit causa P. Crassus adolescens cum legione VII.<sup>5</sup> proximus mare Oceanum in Andibus hiemabat. Is, quod in iis locis inopia frumenti erat, præfectos, tribunosque milit. conplures in finitimas civitates frumenti, commeatusque petendi causa, dimisit: quod in numero erat T. Terrasidius,<sup>6</sup> missus in Unellos,<sup>7</sup> M. Trebius Gallus in Curiositas, Q. Velanius cum T. Silio in Venetos. "Hujus civitatis est longe amplissima auctoritas omnis oræ maritimæ regionum earum, quod et naves habent Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consueverunt; et scientia, atque usu nauticarum rerum cæteros antecedunt, et in magno impetu maris, atque aperto, paucis porrubus interjectis, quos tenent ipsi, omnes fere, qui

<sup>5</sup> *Proximus mare Oceanum in Andibus.*) Fulvio Ursino auctore plures codd. *proximus mare Oceanum*, id est, *proximum ad*: ut Cic. 3. Attic. epist. 14. *proxime Pompejum sedebam*, quod plene Ovid. in M. S. de Arte v. 139.

*Proximus ad dominam... sedato.*

Nec insolens mare Oceanum. Etiam Tacitus ann. I. 9. mari *Oceano*. *Præpositio in Andibus*,

ex MSS. et olim impressis: recentiores sine illa, cum tamen non urbis, sed populi nomen sit.

<sup>6</sup> *Missus in Unellos.*) Recentes in Eusebii, quos nemo novit; veteres plerique in Unellos: etiam Metaphrastes εἰς τὴν Οὐσελλῶν.

<sup>7</sup> *M. Trebius Gallus.*) sic vulgati, Ursinus ex vet. codd. *Trebonius*, cui favet inscriptio, Q. TREBONIUS Q. L. CLA. GALLUS.

eodem mari uti consueverunt, habent vectigales.,, Ab iis fuit initium retinendi Silii, atque Velanii, quod per eos suos se obsides, quos Crasso dedissent, recuperaturos existimabant. Horum auctoritate finitimi adducti ( ut sunt Gallorum subita, et repentina consilia ) eadem de causa Tribium, Terrasidiumque retinerent, et celeriter missis legatis per suos principes inter se conjurant, nihil, nisi communis consilio, acturos, eumdemque omnis fortune exitum esse laturos: reliquaque civitates sollicitant, ut in ea libertate, quam a majoribus acceperant, permanere, quam Romanorum servitutem perferre, malent. Omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta, communem legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recipere, obsides sibi remittat. Quibus de rebus Cæsar a Crasso certior factus, quod ipse aberat longius, naves interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum, remiges ex provincia institui, nautas, gubernatoresque comparari, jubet. His rebus celeriter administratis, ipse cum primum per anni tempus potuit, ad exercitum contendit.

## CAPUT VI.

*Veneti, et aliæ nationes bellum parant: item ea, quæ ad usum navium maxime necessaria sunt. Quem exitum Veneti sortiantur; pluribus adscitis sociis naves in Venetiam coguntur.*

**V**eneti, reliquæque civitates, cognito Cæsaris adventu, simul quod, quantum in se facinus admisissent, intelligebant, legatos ( quod nomen ad omnes nationes sanctum, inviolatumque semper fuisset ) retentos abs se, et in vincula conjectos, pro magnitudine periculi bellum parare, et maxime ea, quæ ad usum navium pertinerent, providere instituunt; hoc majore spe, quod multum natura loci confidebant. Pedestria esse itinera concisa æstuarii, navigationem impeditam propter inscitiam locorum, paucitatemque portuum sciebant; neque nostros exercitus, propter frumenti inopiam, dilutijs apud se morari posse confidebant: ac jam ut

omnia contra opinionem<sup>8</sup> acciderent, tamen se plurimum navibus posse: Romanos neque ullam facultatem habere navium, neque eorum locorum, ubi bellum gesturi essent, vada, portus, insulasque novissem: ac longe aliam esse navigationem in concluso mari, atque in vastissimo, et apertissimo Oceano, perspiciebant His initis consiliis, oppida muniunt; frumenta ex agris in oppida comportant; naves in Venetiam, ubi Cæsarem primum bellum gesturum constabat, quamplurimas possunt, cogunt. Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexobios, Nannetes,<sup>9</sup> Ambialites, Morinos, Diablantes,<sup>10</sup> Menapios adsciscunt. Auxilia ex Britannia, quæ contra eas regiones posita est, accersunt.

<sup>8</sup> Ut omnia acciderent.) Quamvis omnia fierent ex parte Romanorum, quæ fieri posse dubitabant.

<sup>9</sup> Ambialites.) Ignoti sunt: quibusdam videntur Ambibarri esse, et ad Abrincatuos referunt. Vossio ex codice suo, et Ciacconii, et Ursini sunt Am-  
biani. Valesius retinet nomen Ambialites, putans Lamballen-

ses esse, quod oppidum Britanniae Armoricae est inter Briocenses, et Maclovienses.

<sup>10</sup> Diablantes. Sic scribendum docet Valesius, non Diablantes. Sedes etiam incertior, quamquam vulgo Aulercorum partem ex dubio Ptolemai loco interpretantur. Vide Not. Orbis antiqui.

## CAPUT VII.

*Retentio equitum Romanorum, rebellio post deditonem, plurium civitatum conjuratio Cæsarem ad bellum impellunt. T. Labienus legatus in Treveros mittitur; P. Crassus in Aquitaniam; Q. Titurius Sabinus legatus in Unellos, Curiosolitas, et Lexobios; D. Brutus classi præficitur; hi omnes cum mandatis Cæsarisi.*

<sup>10</sup> Erant hæ difficultates belli gerendi, quas supra ostendimus: sed multa tamen Cæsarem ad id bellum incitatabant: „injuriae<sup>11</sup> retentorum equitum Romanorum: rebellio facta post deditonem: defectio datis obsidibus:

<sup>11</sup> Retentorum equitum Rom. Silli, Vellanii, Terrasidii, supr. c. 8.

tot civitatum conjuratio : in primis, ne, hac parte neglecta, reliquæ nationes, idem sibi licere, arbitrarentur.<sup>12</sup> Itaque cum intelligeret, omnes fere Gallos novis rebus studere, et ad bellum mobiliter, celeriterque excitari, omnes autem homines natura libertati studere, et conditionem servitutis odisse, prius quam plures civitates consiprarent, partiendum sibi, ac latius distribuendum exercitum putavit. Itaque T. Labienum legatum in Treviros, qui proximi Rheno flumini sunt, cum equitatu mitrit. Huic mandat, Rhenos, reliquosque Belgas adeat, atque in officio contineat : Germanosque, qui auxilio a Belgis accersiti dicebantur, si per vim navibus flumen transire conentur, prohibeat. P. Crassum cum cohortibus legionariis XII., et magno numero equitatus in Aquitaniam proficiisci jubet, <sup>12</sup> ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantæ nationes conjungantur. Q. Titurium Sabinum legatum con legionibus III. in Unellos, Curiosolitas, Lexobiosque mittit, qui eam manum distinendam curet. D. Brutum adolescentem classi, Gallicisque navibus, quas ex Pictonibus, et Santonis, reliquisque pacatis regionibus convenire jussérat, præficit : et, cum primum posset, in Venetos proficiisci jubet. Ipse eo pedestribus copiis contendit.

<sup>12</sup> Ne ex his nationibus in Galliam propriæ dicteam, sive Celticam, distinctam ab Aquitania.

## CAPUT VIII.

*Situs oppidorum, quæ in Unellis, Curiosolitis, et Lexobitis sunt, quorum oppugnatio impeditur. Quanam ratione hostium naves adificatae fuerint. Earum comparatio cum navibus Cæsaris.*

Erant ejusmodi fere situs oppidorum, ut posita <sup>12</sup> in extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus adi-

<sup>12</sup> In extreñis lingulis.) Qui-  
dam linguis legunt, quod idem  
est. Lingua pars terræ, specie  
linguae in mare protensa. Fe-

stus: Lingua promontorii quoque  
genus non excellentis, sed mul-  
liter in planum deuexi.

tum haberent, cum ex alto se æstu incitavisset, quod bis semper accidit horarum XII. spatio, neque navibus, quod rursus minuente æstu, naves in vadis afflictarentur. Ita utraque re oppidorum oppugnatio impediebatur: ac si quando magnitudine operis forte superati, extruso mari aggere, ac molibus, atque his ferme mœnibus adæquatis, suis fortunis desperare cœperant, magno numero navium appulso, cuius rei summam facultatem habebant, sua omnia deportabant, seque in proxima oppida recipiebant. Ibi se rursus iisdem opportunitatibus loci defendebant. Hæc eo facilius magnam partem æstatis faciebant, quod nostræ naves tempestatibus detinebantur: summaque erat vasto, atque aperto mari, magnis æstibus, rarís, ac prope nullis portubus, difficultas navigandi. Namque ipsorum naves ad hunc modum factæ, armataeque erant.

“Carinæ aliquanto planiores, quam nostrarum navium, quo facilius vada, ac decessum æstu excipere possent; proræ admodum erectæ, atque item puppes, ad magnitudinem fluctuum, tempestatumque accommodatae. Naves totæ factæ ex robore, ad quamvis vim, et contumeliam perferendam. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis digiti pollicis crassitudine. Anchoræ, pro funibus, ferreis catenis revinctæ. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ, sive propter lini inopiam, atque ejus usus inscitiam, sive, quod est magis verisimile, quod tantas tempestates Oceani, tantosque imperus ventorum sustineri, ac tanta onera navium regi velis non satis commode arbitrabantur.,, Cum his navibus nostræ classi ejusmodi congressus erat, ut una celeritate, et pulsu remorum præstaret, reliqua pro loci natura, pro vi tempestatum, illis essent aptiora, et accommodatiora. Neque enim his nostræ rostro nocere poterant; tanta in his erat firmitudo: neque propter altitudinem facile telum adjiciebatur, et eadem de causa minus incommodo scopolis continebantur. Accedebat, ut, cum sœvire ventus cœpisset, et se vento dedissent, et tempestatem ferrent facilis, et in vadis consisterent tutius, et ab æstu derelictæ, nihil saxa, et cautes timerent. Quarum rerum omnium nostris navibus casus erat extimescendi.

13

## CAPUT IX.

*Cæsar classem e portu profectam exspectat, cuius navibus  
magno usui sunt quædam falces præacutæ.*

**C**ompluribus expugnatis oppidis, Cæsar, ubi intelle- 14  
xit, frustra tantum laborem sumi, neque hostium fugam  
captis oppidis reprimi, neque his noceri posse, statuit  
exspectandam classem: quæ ubi convenit, ac primum ab  
hostibus visa est, circiter ccxx. naves eorum paratissimæ,  
atque omni genere armorum ornatissimæ e portu  
profectæ nostris adversæ constiterunt. Neque satis Bruto,  
qui classi præerat, neque tribunis militum, centurioni-  
busque, quibus singulæ naves erant attributæ, constabat,  
quid agerent, aut quam rationem pugnæ insisterent. Ro-  
stro enim noceri non posse cognoverant; turribus au-  
tem excitatis, tantum tamen has altitudo puppium ex  
barbaris navibus superabat, ut neque ex inferiore loco  
satis commode tela adjici possent, et missa a Gallis  
gravius acciderent. Una erat magno usui res præparata  
a nostris, falces præacutæ, insertæ, affixæque longuriis,  
non absimili forma<sup>14</sup> muralium falcium. His cum funes,  
qui antennas ad malos distinebant, comprehensi, addu-  
ctique erant, navigio remis incitato prærumpebantur.  
Quibus abscissis, antennæ necessario concidebant, ut,  
cum omnis Gallicis navibus spes in velis, armamen-  
tisque consisteret, his ereptis, omnis usus navium uno  
tempore eriperetur. Reliquum erat certamen positum in  
virtute, qua nostri milites facile superabant, atque eo  
magis, quod in conspectu Cæsaris, atque omnis exerci-  
tus res gerebatur, ut nullum paullo fortius factum latere  
posset: omnes enim colles, et loca superiora, unde erat  
propinquus despectus in mare, ab exercitu tenebantur.

<sup>14</sup> *Muralium falcium.*) De his etiam infra lib. vii. cap. II. sect. 22. cap. 29. sect. 84. cap. 25. sect. 68. Postremo loco: *falcibus vallum, ac loricam re-*

*scindunt. Muri autem Gallorum* non cæmentis, et calce exstruc-  
ti erant, sed trabibus directis,  
et introrsus revinctis interje-  
ctus agger, ut Cæsar eodem vii.  
23. descripsit.

## CAPUT X.

*Milites hostium naves concendere curant; hi frusta fugam arripiunt: postquam acerrime pugnatum est, Veneti, amissis navibus, se Cæsari dedunt; qui in eos graviter animadvertisit.*

15 **D**isjectis, ut diximus, antennis, cum singulas bipæ, aut ternæ naves circunsisterent, milites summa vi transcendere in hostium naves contendebant. Quod postquam barbari fieri animadverterunt, expugnatis compluribus navibus, cum ei rei nullum reperiretur auxilium, fuga salutem petere contenderunt. Ac, jam conversis in eam partem navibus, quo ventus ferebat, tanta subito<sup>15</sup> malacia, ac tranquillitas extitit, ut se loco movere non possent: quæ quidem res ad negotium conficiendum maxime fuit opportuna; nam singulas nostri consecrati expugnaverunt; ut perpaucæ ex omni numero, noctis interventu, ad terram pervenerint, cum ab hora fere iv. usque ad Solis occasum pugnaretur. Quo prælio bellum Venetorum, totiusque oræ maritimæ confectum est. Nam, cum omnis juventus, omnes etiam gravioris ætatis, in quibus aliquid consilii, aut dignitatis fuit, eo convenerant; tum navium quod ubique fuerat, unum in locum coegerant. Quibus amissis, reliqui neque quo se reciperent, neque quemadmodum oppida defenderent, habebant. Itaque se, suaque omnia Cæsari dediderunt; in quos eo gravius Cæsar vindicandum statuit, quo diligentius in reliquum tempus a barbaris jus legatorum conservaretur. Itaque, omni senatu necato, reliquos sub corona vendidit.

<sup>15</sup> Malacia, ac tranquillitas. Festus FLUSTRA: Flustra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur, nam Græci πακτιλας vocant. Sed plus malacia, quam quietem a fluctibus

infert, ideoque distincta est a tranquillitate. Seneca, epist. LXVII. In otio inconcurso jacere non est tranquillitas, malacia est. Hæc vero in mari dicitur, cum stat sine vento, ac sine motu.

## CAPUT XL.

*Q. Titurii Sabini adventus in fines Unellorum. Auler-  
ci Eburovices, et Lexovii, suo sublato Senatu, se cum  
Viridovice conjungunt, qui inde productis copiis  
ad pugnam Sabinum provocat.*

**D**um hæc in Venetis geruntur, Q. Titurius Sabinus <sup>17</sup> cum his copiis, quas a Cæsare acceperat, in fines Unellorum pervenit. His præerat Viridovix, ac summam imperii tenebat earum omnium civitatum, quæ defecerant; ex quibus exercitum, magnasque copias coegerant. Atque his paucis diebus <sup>16</sup> Aulerici Eburovices, Lexoviique, senatu suo interfecto, quod auctores belli esse nolebant, portas clauerunt, seque cum Viridovice conjunxerunt: magna que præterea multitudo undique ex Gallia perditorum hominum, latronumque convenerat, quos spes prædandi, studiumque bellandi ab agricultura, et quotidiano labore revocabat. Sabinus idonec omnibus rebus loco castris sese tenebat; cum Viridovix contra eum duum millium spatio condisset, quotidieque productis copiis pugnandi potestatem faceret, ut jam non solum hostibus in contemptio- nem Sabinus veniret, sed etiam nostrorum militum vobis non nihil carperetur: tantamque opinionem timoris præbuit, ut jam ad vallum castrorum hostes accedere auderent: id ea causa faciebat, quod cum tanta multitudine hostium, præsertim eo absente, qui summam imperii teneret, nisi æquo loco, aut opportunitate aliqua data, legato dimicandum non existimabat.

<sup>16</sup> *Aulerici Eburovices.*) Sine incisione, quæ perperam in libros irrepit. Aulerici enim duorum generum erant, Eburovices, et Cenomani: quibus quidam tertium genus addunt,

*Diablinter*, de quibus supra. Plinius iv. 13. *Aulerici*: qui cognominantur Eburovices, et qui Cenomani. Eburovicum oppidum, nunc Evreus.

## CAPUT XII.

*Vir quidam nomine Gallus Sabinī pollicitationibus caput ad hostes transit, eisque aperit, quid Sabinus agat.  
Hostes proficisci ad castra Sabinī constituunt.*

18 **H**ac confirmata opinione timoris, idoneum quendam hominem, et callidum delegit Gallum ex iis, quos auxilii causa secum habebat. Huic magnis præmiis, pollicitationibusque persuadet, ut ad hostes transeat; quid fieri velit, edocet. Qui ubi pro perfuga ad eos venit, "timorem Romanorum proponit; quibus angustiis ipse Cæsar a Venetis prematur, docet: neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus clam ex castris exercitum educat, et ad Cæsarem, auxilii ferendi causa, proficiscatur." Quod ubi auditum est, conclamant omnes, occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse: ad castra iri oportere. Multæ res ad hoc consilium Gallos hortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio; perfuge confirmatio; inopia cibariorum, cui rei parum diligenter ab his erat provisum; spes Venetici belli, et quod fere libenter homines id, quod volunt, credunt.

## CAPUT XIII.

*Hostium profectio ad Sabinum, cujus jussu milites eruptionem faciunt. Hostium fuga, et plurimorum interitus.*

19 **H**is rebus adducti, non prius Viridovicem, reliquaque duces ex concilio dimittunt, quam ab his sit concessum, arma uti capiant, et ad castra contendant. Qua concessa, læti velut explorata victoria, sarmentis, virgultisque collectis, quibus fossas Romanorum compleant, ad castra pergunt. Locus erat castrorum editus, et paulatim ab imo acclivis, circiter passus mille. Huc magno cursu contenderunt, ut quam minimum spatii ad se colligendos, armandosque Romanis daretur,<sup>17</sup> exanimatique

<sup>17</sup> Exanimatique pervenerunt.) sect. 23. cursu, ac tassitudine anhelantes, et præ nimio cursu exanimatos. Adi de Civ. B. lib. III. cap. 29. sect. 92. difficuler respirantes perveverunt. Sic supra lib. II. cap. II.

pervenerunt. Sabinus suos hortatus, cupientibus signum dat. Impeditis hostibus propter ea, quæ ferebant, onera, subito duabus portis eruptionem fieri jubet. Factum est opportunitate loci, hostium inscitia, ac defatigatione, virtute militum, ac superiorum pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent, ac statim terga verterent. Quos impeditos integris viribus milites nostri consecuti, magnum numerum eorum occiderunt, reliquos equites consecutati, paucos, qui ex fuga evaserant, reliquerunt. Sic uno tempore et de navalii pugna Sabinus, et de Sabini victoria Cæsar certior factus est; civitatesque omnes se statim Titurio dediderunt. Nam, ut ad bella suscipienda Gallorum alacer, ac promptus est animus, sic mollis, ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.

## CAPUT XIV.

**P.** Crassus in Sotiatium fines exercitum dicit; hi coactis magnis copiis cum Crasso prælium committunt; tandem vulnerati fugiunt: eorum oppidum oppugnatur. Inde ad Crassum legati mittuntur. Ad cantuarii frustranea erupcio; Devotorum conditio; Crassi profectio in fines Vocatium, et Tarusatium.

**E**odem fere tempore P. Crassus, cum in Aquitaniam 20 pervenisset, quæ pars, ut ante dictum est, et regionum latitudine, et multitudine hominum, ex tertia parte Galliæ est aestimanda; cum intelligeret, in illis locis sibi bellum gerendum, ubi paucis ante annis L. Valerius Präconius legatus, exercitu pulso, imperfectus esset, atque unde L. Manilius Procos. impedimentis amissis, profugisset, non mediocrem sibi diligentiam adhibendam intelligebat. Itaque, re frumentaria provisa, auxiliis, equitatuque comparato, multis præterea viris fortibus<sup>18</sup> Tolosa, et Narbone, quæ sunt<sup>19</sup> civitates Galliæ provinciæ fini-

<sup>18</sup> Tolosa, et Narbone.) Nota hodieque illustrum civitatum nomina; tum in extrema Romanorum provincia, occasum versus, sitarum.

<sup>19</sup> Civitates Galliæ provinciæ

finitimæ ex his regionibus.) Ciacconii hæc emendatio est, quam etiam Dionysius Vossius approbavit. Vulgo legitur: provinciæ finitimæ, ex his regionibus: quod falsum est, quia dictæ civitates

timæ ex his regionibus nominatim evocatis,<sup>20</sup> in Sotiatum fines exercitum introduxit. Cujus adventu cognito Sotiates, magnis copiis coactis, equitatuque, quo plurimum valebant, in itinere agmen nostrum adorti, primum equestre prælium commiserunt: deinde, equitatu suo pulso, atque insequentibus nostris, subito pedestres copias, quas in convalle in insidiis collocaverant, ostenderunt. Hi nostros disjectos adorti, prælium renovaverunt. Pugnatum est diu, atque acriter, cum Sotiates superioribus victoriis freti, in sua virtute totius Aquitaniæ salutem positam putarent; nostri autem, quid sine Imperatore, et sine reliquis legionibus, adolescentulo duce, efficere possent, perspici cuperent. Tandem confecti vulneribus hostes terga vertere. Quorum magno numero imperfecto, Crassus ex itinere<sup>21</sup> oppidum Sotiatum oppugnare cœpit. Quibus fortiter resistantibus, vineas, turreisque egit. Illi, alias eruptione tentata, alias cuniculis ad aggerem, vineasque actis, cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani, propterea quod multis locis apud eos<sup>22</sup> ærariæ secturæ sunt; ubi, diligentia nostrorum, nihil his rebus profici posse intellexerunt, legatos ad Crassum mittunt, seque in deditionem ut recipiat, petunt. Qua re impetrata, arma tradere jussi, faciunt. Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperii tenebat,<sup>23</sup> cum sexcentis devotis, quos

non erant finitima Romanorum provinciæ, sed in ipsa provincia. Cæsar lib. I. cap. 6. sect. 10. que (Tolosatum) civitas est in provincia. Narbo autem, antiqua colonia.

20 In Sotiatum fines.) Sotiates in veter. codicibus male Soniates editis. Aquitanæ Populus. Plin. IV. 19. Ausci, Elusates, Sotiates, duplicata litera. Atheneus lib. VI. pag. 149. Σωτιανοὶ οὐδεο τοῦτο κελτικὸν.

21 Oppidum Sotiatum.) Medio ævo memoratur ibi Sotium, seu Sotia, quod an antiquum ejus oppidi fuerit, nescimus. Nunc

præcipua ejus tractus urbs est Aire ad Atturum fluvium.

22 Ærariæ secturæ.) Quidam stricturæ: alii structuræ: Ciacconius delendam vocem dubiam censem, ut æraria absolute dicantur, sicut ferrarie, lib. VII. cap. 10. sect. 22. Sed sic obscurabit glossema, non explicabit. Quod secturæ plurimum librorum sunt, non mutamus, sed fodinas interpretamur, præsertim eum vox cunicularum, id est, meatum subterraneorum, postulare videatur.

23 Cum D.J. devotis, quos Solarius.) Devoti, qui se pro ali-

illi Soldurios appellant, ("quorum hæc est conditio, ut omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint: si quid iis per vim accidat, aut eumdem casum una ferant, aut sibi mortem consiscant: neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo imperfecto, cuius se amicitiae devovisset, mori recusaret,") cum iis Adcantuannus eruptiōnem facere conatus, clamore ab ea parte munitionis sublato, cum ad arma milites concurrissent, vehementerque ibi pugnatum esset, repulsus in oppidum est: uti tamen eadem deditio[n]is conditione uteretur, a Crasso impetravit. Armis, obsidibusque acceptis, Crassus in fines <sup>23</sup> Vocatum, et Tarusatium profectus est,

quo devoverunt, quem nec vivum deserturi sint, nec mortuo superfuturi. Numerum etiam ex Nic. Damasceno, Atheneus vi. 13. habet Ἑλακοσιους. Soldurios ille Σιλοδούρους expressit (force Σιλοδούρουs legendum) quod is ἐνγωλιματους interpretatur, cui bene cum Cæsaris *devotio*

convenit. Ipse Cæsar in simili historia vii. 40. ext. *clientes* dixit. Adi Celtiberos apud Val. Max. ii. 6. sect. 11.

<sup>24</sup> *Vocatum, et Tarusatium.*) Horum sedes ignoratur: Alteros quidam ad Tursan regiunculam ferunt.

## CAPUT XV.

*Barbarorum motus, et legatorum missio: apparatus bellicus. Crassus convocat consilium de prælio committendo: Hostium consilium.*

**T**um vero barbari commoti, quod oppidum et natura loci, et manu munitum paucis diebus, quibus euentum erat, expugnatum cognoverant, legatos quoque versus dimittere, conjurare, obsides inter se dare, copias parare cœperunt. Mittuntur etiam ad eas civitates legati, quæ sunt citerioris Hispaniæ, finitimæ Aquitaniæ; inde auxilia, ducesque accersuntur. Quorum adventu magna cum auctoritate, et magna cum hominum multitudine bellum gerere conantur. Duces vero ii diliguntur, qui una cum Q. Sertorio omnes annos fuerant, suminamque scientiam rei militaris habere existimabantur. Ii con-

suetudine populi Romani loca capere, castra munire, commeatibus nostros intercludere instituunt. Quod ubi Crassus animadvertisit, suas copias propter exiguitatem non facile diduci, hostem et vagari, et vias obsidere, et castris satis præsidii relinquere; ob eam causam minus comode frumentum, commeatumque sibi suppor-tari; in dies hostium numerum augeri: non cunctandum existimavit, quin pugna decertaret. Hac re ad concilium delata, ubi omnes idem sentire intellexit, posterum diem pugnæ constituit. Prima luce productis omnibus copiis, duplii acie instructa, auxiliis in medium aciem colloca-tis, quid hostes consilii caperent, exspectabat. Illi, etsi propter multitudinem, et veterem belli gloriam, pauci-tatemque nostrorum, se tuto dimicatuos existimabant: tamen tutius esse arbitrabantur, obsessis viis, commeatu intercluso, sine ullo vulnere victoria potiri: et si pro-ppter inopiam rei frumentariae Romani sese recipere cœ-pissent, impeditos agmine, et sub sarcinis inferiores animo adoriri cogitabant. Hoc cōsilio probato ab duci-bus, productis Romanorum copiis, sese castris tenebant.

## CAPUT XVI.

*Crassus ad hostium castra contendit; ejusdem mandata ad præfectos equitum. Hostes rebus desperatis fugiunt. Aquitania, obsidibus datis, se Crasso committit.*

**H**ac re perspecta, Crassus, cum sua cunctatione, atque opinione timidiores hostes, nostros milites ala-criores ad pugnandum effecisset, atque omnium vo-ces audirentur, exspectari diutius non oportere, quin ad castra iretur: cohortatus suos, omnibus cupienti-bus, ad hostium castra contendit. Ibi, cum aliī fossas complerent, aliī, multis telis conjectis, defensores vallo, munitionibusque depellerent, auxiliaresque, quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, lapidibus, te-lisque subministrandis, et ad aggerem cespitiibus com-portandis, speciem, atque opinionem pugnantium præ-berent; cum item ab hostibus constanter, et non ti-

mide pugnaret; telaque ex loco superiore missa non frustra acciderent: equites, circuitis hostium castris, Crasso renuntiaverunt, non eadem esse diligentia<sup>25</sup> ab Decumana porta castra munita, facilemque aditum habere. Crassus, equitum præfectos cohortatus, ut magis præmiis, pollicitationibusque suos excitarent, quid fieri velit, ostendit. Illi, ut erat imperatum, eductis quatuor cohortibus, quæ, præsidio castris relicta, integræ ab labore erant, et longiore itinere circumductis, ne ex hostium castris conspici possent, omnium oculis, mentibusque ad pugnam intentis, celeriter ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt, atque his proruuptis, prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his videri, aut quid rei gereretur, cognosci posset. Tum vero, clamore ab ea parte auditio, nostri, redintegratis viribus, quod plerumque in spe victoriae accidere consutvit, acris impugnare cœperunt. Hostes undique circumventi, desperatis omnibus rebus, se per munitiones dejicere, et fuga saltem petere contendebant. Quos equitatus apertissimis campis consecutatus, ex millium quinquaginta numero, quæ ex Aquitania, Cantabrisque venisse constabat, vix quarta parte relieta, multa nocte se in castra recepit. Hac audita pugna,<sup>27</sup> maxima pars Aquitaniæ sese Crasso dedit, obsidesque ultro misit: quo in numero fuerunt<sup>26</sup> Tarbelli, Bigerriones,<sup>27</sup> Preciani, Vocates, Tarusates, Elustates, Garites, Ausci, Garumni,<sup>28</sup> Sibutsates, Cocosatesque. Paucæ ultimæ nationes, anni tempore confisæ, quod hiems suberat, id facere neglexerunt.

<sup>25</sup> Ab decumana porta.) Quæ  
aversa ab hoste erat, ut supra  
lib. 2. cap. 12. sect. 24. ostensum est, nam Romano more,  
ex Sertorii disciplina, castra  
communierant, lib. 3. cap. 15.  
sect. 23.

<sup>26</sup> Tarbelli, Bigerriones.)  
Aque Tarbellicæ ad Atturum  
fluvium, hodie Acqs, sive Dax.  
Bigerriones in Bigorre Comi-  
tatu, cuius est Tarbe ad eum-  
dem fluvium.

<sup>27</sup> Preciani, Garites.) Hi i-  
gnorantur: de Vocatibus, et  
Tarusatibus dictum supra. Elu-  
states, quorum Elusa erat: et  
Austi, quorum urbs hodie Aux,  
sive Auset dicitur, utrique in-  
ter Atturum, et Garumnam si-  
ti sunt. Garumnas prodit flu-  
vius o. udinquo, sed Sanson ad  
ostia ponit; Valesius prope  
fontes.

<sup>28</sup> Sibutsates, Cocosates-  
que.) Ignoti.

## CAPUT XVII.

*Cæsar exercitum dicit ad Morinos, et Menapios. Horum bellandi ratio: impetus in Cœsareos fit, qui inde hostes repellunt. Cæsar exercitum in bernis collocat.*

28 **E**odem fere tempore Cæsar, etsi prope exacta jam æstas erat, tamen quod, omni Gallia pacata, Morini, Menapiique supererant, qui in armis essent, neque ad eum umquam legatos de pace misissent; arbitratus id bellum celeriter confici posse, eo exercitum adduxit. Qui longe alia ratione, ac reliqui Galli,<sup>29</sup> bellum agere instituerunt. Nam quod intelligebant, maximas nationes, quæ prælio contendissent, pulsas, superatasque esse; continentesque silvas, ac paludes habebant: eo se, suaque omnia contulerunt. Ad quorum initium silvarum cum pervenisset Cæsar, castraque munire instituisset, neque hostis interim visus esset, dispersis in opere nostris, subito ex omnibus partibus silvæ evolaverunt, et in nosotros impetum fecerunt. Nostri celeriter arma repertunt, eosque in silvas repulerunt: et, compluribus interfectis, longius impeditioribus locis secuti, paucos ex suis deperdiderunt. Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cädere instituit, et, ne quis inermibus, imprudentibusque militibus ab latere impetus fieri posset, omnem eam materiam, quæ erat cæsa, conversam ad hostem collocabat, et pro vallo ad utrumque latus exstruebat. Incredibili celeritate magno spatio paucis diebus confecho, cum jam pecus, atque extrema impedimenta ab nostris tenerentur, ipsi densiores silvas peterent: ejusmodi tempestates sunt consecutæ, uti opus necessario intermitteretur, et continuatione imbrium, diutius<sup>30</sup> sub

<sup>29</sup> Bellum agere instituerunt. ) Sic membranæ, Gronovio teste, Observ. lib. II. cap. 3. quorum et instituerant est. Ab imperitis suppositum erat generare expectant. De bonitate autem dictionis bellum agere: ad Nepotis Hannibalem, cap. 8.

sect. 3. diximus: nam et is hac formula usus est.

<sup>30</sup> Sub pellibus contineri. ) Sub tentoriis factis ex pellibus qui mos Romanorum erat. Vide Livium v. 2. Tacit. XIII. 35. XIV. 38. Flor. lib. 22.

pellibus milites contineri non possent. Itaque , vastatis omnibus eorum agris , vicis , ædificiisque incensis , Cæsar exercitum reduxit , et in Aulercis , Lexobisque , reliquis item civitatibus , quæ proxime <sup>31</sup> bellum fecerant , in hibernis collocavit.

<sup>31</sup> Bellum fecerant. ) Hoc Catil. III. 9. pro Milone , cap. 23. pro Domo sua , cap. 20. Seneca , epist. cxiv. in Sallustio tamquam insolens , notavit: nec Nepos Dion , cap. 4. Livius vero optimi scriptores hac a. 38. Vide Curas nostras posteriores. formula erubuerunt. Cicer. in

# C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM *DE BELLO GALLICO* LIBER QUARTUS.

## CAPUT I.

*Usipetes Germani , et Tencteri Rhenum transeunt. Sue-  
vorum mores , et vires. Quid apud eos significet agro-  
rum vacatio. Ubiorum regio , et mores.*

Ea , quæ secuta est , hieme , qui fuit annus Cn. Pompejo , M. Crasso Coss. <sup>1</sup> Usipetes Germani , item Tencteri , magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt ; non longe a mari , quo Rhenus influit. Causa transeundi fuit , quod ab Suevis complures annos exagitati , bello premebantur , et agricultura prohibebantur.

<sup>1</sup> *Usipetes , et Tencteri.) Ger-  
maniæ populi , qui olim intus  
habitaverant ; unde pulsæ a  
Cattis , ad Rhenum fugerunt.  
Tacito sunt Usipiæ , et Tencteri:  
et quia Dio Cassius etiam lib.*

xxxix. p. 112. Τέγκτηροι , uti-  
que hæc scriptura præferen-  
da videtur illi , quæ in vul-  
gatis Cæsaris libris appetet  
cum gemina adspiratione Ten-  
ctibéri.

“Suevorum gens est longe maxima , et bellicosissima Germanorum omnium .<sup>2</sup> Ii centum pagos habere dicuntur , ex quibus quotannis singula millia armatorum , bellandi causa , suis ex finibus educunt . Reliqui domi manent : pro se , atque illis colunt . Hi rursus invicem anno post in armis sunt ; illi domi remanent . Sic neque agricultura , neque ratio , atque usus belli intermititur ; sed privati , ac separati agri apud eos nihil est : neque longius anno remanere uno in loco , incolendi causa , licet : neque multum frumento , sed maximam partem lacte , atque pecore vivunt , multumque sunt in venationibus . Quæ res et cibi genere , et quotidiana exercitatione , et libertate vita (quod a pueris nullo officio , aut disciplina assuefacti , nihil omnino contra voluntatem faciant) et vires alit , et immanni corporum magnitudine efficit . Atque in eam se consuetudinem adduxerunt , ut locis frigidissimis neque vestitus , præter pelles , habeant quidquam (quarum propter exigitatem magna est corporis pars aperta ) et laventur in flaminibus . Mercatoribus est ad eos aditus , magis eo , ut quæ bello ceperint , quibus vendant , habeant , quam quo ullam rem ad se importari desiderent . Quin etiam jumentis , quibus maxime Galli delectantur , quæque impenso parant pretio , Germani importatis non utuntur ; sed , quæ sunt apud eos nata , prava , atque deformia , hæc quotidiana exercitatione , summi ut sint laboris , efficient . Equestribus præliis sœpe ex equis desiliunt , ac pedibus prælianturn , eosque eodem remanere vestigio assuefaciunt ; ad quos se celeriter , cum usus poscit , recipiunt . Neque eorum moribus turpius quidquam , aut inertius habetur , quam ephippiis uti . Itaque ad quemvis numerum ephippiatorum equitum , quamvis pauci , adire audent . Vinum ad se omnino importari non sicut , quod ea re ad laborem ferendum remollescere homines , atque effeminari arbitrantur . Publice maximam putant esse

<sup>2</sup> *If centum pagos.* ) De pagis dictum ad lib. 1. cap. 18. sect. 37. quamquam hi minores , quam Helvetiorum ; non

tamen parvi , aut exigui : quod ex numero militum , quod suæ guliæ sumis emittebant , intelligi.

Iaudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum civitatum suam vim sustinere non potuisse. Itaque una ex parte a Suevis circiter<sup>3</sup> millia passuum sexcenta agri vacare dicuntur. <sup>4</sup> Ad alteram partem succedunt Ubii, quorum fuit civitas ampla, atque florens, ut est captus Germanorum, et paulo, qui sunt ejusdem generis, etiam cæteris humaniores, propterea quod Rhenum attingunt, multique ad eos mercatores ventitant, et ipsi propter propinquitatem Gallicis sunt moribus assuefacti.,,

<sup>3</sup> *Millia passuum sexcenta vacare.)* Spatium nimietate suspectum, et tamen Metaphrastes stadiorum numero adæquat. Lipsius, et Hotmanus *ex sive sexaginta:* Dionys. Vossius *ex MS. centum.*

<sup>4</sup> *Ad alteram partem succidunt Ubii.)* Tum dextra Rheni

ripam colentes, seu *transrhenanus* populus, ut Cæsar paulo post dicit, cap. 8. sect. 16. Germani, nondum Galli, antequam ab Augusto in Galliam transducti sunt, aut sponte transgressi, permittentibus Romanis: ut arcereut, non ut custodiuntur. *Tacit. German. cap. 18.*

## CAPUT II.

*Ubii Suevorum vectigales fiunt. Usipetes, et Tencterii, simulato domum reditu, Menapios opprimunt.*

**H**os cum Suevi, multis sepe bellis experti propter amplitudinem, gravitatemque civitatis, finibus expellere non potuissent, tamen vectigales sibi fecerunt, ac multo humiliores, infirmioresque reddiderunt. In eadem causa fuerunt Usipetes, et Tencteri, quos supra diximus: qui complures annos Suevorum vim sustinuerunt. Ad extremum tamen agris expulsi, et multis locis Germanie triennium vagati, ad Rhenum pervenerunt: quas regiones Menapii incolebant, et ad utramque ripam iluminis agros, ædificia, vicosque habebant; sed tantæ multitudinis adventu perterriti, ex his ædificiis, quæ trans flumen habuerant, demigraverunt: et cis Rhenum depositis praesidiis, Germanos transire prohibebant. Illi, omnia experti, cum neque vi contendere propter inopiam navium, neque clam transire propter custodias Menapiorum possent, reverti se in suas sedes, regio-

nesque simulaverunt, et tridui viam progressi rursus reverterunt, atque omni hoc itinere una nocte equitatu confecto, inscios, inopinantesque Menapios oppresserunt, qui de Germanorum discessu per exploratores certiores facti, sine metu trans Rhenum in suos vicos remigraverant. His interfectis, navibusque eorum occupatis, priusquam ea pars Menapiorum, quæ citra Rhenum erat, certior fieret, flumen transierunt; atque omnibus eorum ædificiis occupatis, reliquam partem hie mis 5 se eorum copiis aluerunt.

*5. S<sup>e</sup> eorum copiis aluerunt.) de supra lib. II. cap. 5. sect.  
Eorum cibarilis, alimentis. VI- 10.*

## C A P U T III.

*Gallica consuetudo circa viatores. Cæsar ad exercitum  
profectus intelligit, legatos missos esse  
ad Germanos.*

*5* His de rebus Cæsar certior factus, et infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles, et novis plerumque rebus student, nihil his committendum existimavit. “Est autem hoc Gallicæ consuetudinis, ut et viatores etiam invitatos consistere cogant, et, quod quisque eorum de quaue re audierit, aut cognoverit, querant, et mercatores in oppidis vulgus circumsistat, quibus ex regionibus veniant, quasque res ibi cognoverint, pronuntiare cogant. His rumoribus, atque auditionibus permoti, de summis sæpe rebus consilia ineunt: quorum eos e vestigio pœnitere necesse est, cum incertis rumoribus serviant; et plerique ad 6 voluntatem eorum facta respondeant., Quia consuetudine cognita, Cæsar, ne graviori bello occurreret, maturius, quam consueverat, ad exercitum proficiuntur. Eo cum venisser, ea, quæ fieri suspicatus erat, facta cognovit, missas legationes a nonnullis civitatibus ad Germanos; invitatosque eos, uti ab Rheno discederent: omniaque, quæ postulassent, ab se fore parata. Quæ spe adducti Germani latius jam vagabantur, et in fines Eburonum,

et<sup>6</sup> Condrusorum , qui sunt Trevirorum clientes, perver-  
nerant.

*6 Condrusorum , qui sunt contra Ottelium Cluverius  
Trevirorum clientes.) Non item Eburones sub Treveris erant,  
libera civitas, quamlibet igno-  
bilis, et exigua, lib. 5. cap. 21.  
sect. 53. sed soli hoc loco Con-  
drusi dicuntur clientes , quod*

Germ. A. lib. 11. 13. demon-  
stravit. Nec vero Condrusorum  
sedes definiri potest , nec no-  
men post Cæsaris tempora me-  
morabile , ut videantur cum  
Tungris coaluisse.

## C A P U T IV.

*Cæsar constituit bellum cum Germanis gerere , ad quos  
hubito delectu contendit. Germanorum legati ad Cæsa-  
rem , et eorum oratio ; responsa Cæsaris , et  
legatorum petitio.*

**P**rincipibus Galliæ evocatis , Cæsar ea , quæ cognoverat , dissimulanda sibi existimavit : eorumque primis permulsis , et confirmatis , equitatuque imperato , bellum cum Germanis gerere constituit . Re frumentaria 7 comparata , equitibusque delectis , iter in ea loca facere cœpit , quibus in locis Germanos esse audiebat . A quibus cum paucorum dierum iter abesset , legati ab iis venerunt , quorum hæc fuit oratio : “Germanos neque priores populo Romano bellum inferre ; neque tamen recusare , si lassantur , quin armis contendant : quod Germanorum consuetudo hæc sit a majoribus tradita , quicunque bellum inferant , resistere , neque deprecari : hoc tamen dicere , venisse invitatos , ejectos domo . Si suam gratiam Romani velint , posse eis utiles esse amicos ; vel sibi agros attribuant , vel patiantur eos tenere , quos armis possederint . Sese unis Suevis concedere , quibus ne Dii quidem immortales pares esse possint : reliquum quidem in terris esse neminem , quem non superare possint ., Ad hæc Cæsar , quod visum est , respondit . 8 Sed exitus fuit orationis : “Sibi nullam cum his amictiam esse posse , si in Gallia remanerent : neque verum esse , qui suos fines tueri non potuerint , alienos occupare : neque ullos in Gallia vacare agros , qui dari tantæ præsertim multitudini sine injuria possint : sed licere , si velint , in Ubiorum finibus considere , quorum sint legati

apud se, et de Suevorum injuriis querantur, et a se auxiliū petant: hoc se ab Ubiis impetraturum., Legati hæc se ad suos relatuos dixerunt: et, re deliberata, post diem tertium ad Cæsarem reversuros: interea, ne propius se castra moveret, petierunt. N: id quidem Cæsar ab se impetrari posse dixit; cognoverat enim, magnam partem equitatus ab iis aliquot diebus ante prædandi, frumentandique causa, <sup>7</sup> ad Ambivaritos trans Mosam missam. Hos exspectari equites, atque ejus rei causa moram interponi arbitrabatur.

<sup>7</sup> Ad Ambivaritos.) Ignotos tis Eduorum clientibus, lib. plane, neque alibi memoratos. vii. cap. 27. sect. 75.  
Alii tamen sunt ab Ambivare-

## CAPUT V.

Origo, et cursus Mosæ, et Rheni. Legati ad Cæsarem redeunt, eorumque petitiones frustraneæ.

<sup>10</sup> **M**osa profluit <sup>8</sup> ex monte Vogeso, qui est in finibus Lingonum, et parte quadam Rheni recepta, <sup>9</sup> quæ appellatur Valis, insulam efficit Batavorum: neque longius ab eo millibus passuum lxxx. in Oceanum influit. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, et longo spatio per fines <sup>10</sup> Nantuatum, Helvetiorum, Sequanorum <sup>11</sup>,

<sup>8</sup> Ex Vogeso monte, in finibus Lingonum.) Nota ex tabulis nomina. Mons inter Burgundiam, Lotharingiam, et Alsatiā procurrit: populi caput hodie Langres.

<sup>9</sup> Quæ appellatur Valis.) Libri veteres habent Vacatos, etiam Græcus Βάκαλος, vetustiores, Glareano teste, Walis, Germanica litera, qua quis usum Cæsarem credet, abhorrente ab ore Romano? Credo Valis, vel Valos scripsisse: Vacalos autem ortum ex Taciti Valalis, c ad b, ut sæpe solebant barbaris temporibus, a libraris adjecta, et rursus deinde sublata adspiratione. Recentiores e-

ditiones habent Walis.

<sup>10</sup> Nantuatum.) Alii hi <sup>a</sup> Nantuatis inter Varagros, et Allobrogas sitis, lib. iii. ineunte, et cap. 4. sect. 6. adeo, ut quidam dubitent de nomine, ac Ratos putent intelligi, nusquam a Cæsare memoratos, quos vero longo tractus Rhenus in Grisonibus stringit.

<sup>11</sup> Mediomatricorum.) At hi ad Mosellam sunt, eorumque caput Divodurum, nunc Metis, seu Metz. Hos Cæsar, eumque secutus Strabo ad Rhenum perdicunt, de quo dubitant Valesius in Rhenum: nisi Tribocorum, id est, Alisatorum partem simul tenuerunt.

Mediomatricorum, Tribocorum, Treviorum citatus fer-  
tur: et, ubi Oceano appropinquavit, in plures difflit  
partes, multis, iugentibusque insulis effectis, quarum  
pars magna a feris, barbarisque nationibus incolitur: ex  
quibus sunt, qui piscibus, atque ovis avium vivere existi-  
mantur: <sup>12</sup> multisque capitibus in Oceanum influit.  
Cæsar cum ab hoste non amplius passuum xii. millibus  
abesset, ut erat constitutum, ad eum legati revertun-  
tur: qui in itinere congressi, magnopere, ne longius  
progrederetur, orabant. Cum id non impetrassent, pe-  
tabant, uti ad eos equites, qui agmen antecessissent, præ-  
mitteret, eosque pugna prohiberet, sibique uti potesta-  
tem faceret in Ubios legatos mittendi: quorum si princi-  
pes, ac senatus sibi jurejurando fidem fecissent, ea con-  
ditione, quæ a Cæsare ferretur, se usuros ostende-  
bant: ad has res conficiendas sibi tridui spatum daret.  
Hæc omnia Cæsar eodem illo pertinere arbitrabatur, ut,  
tridui mora interposita, equites eorum, qui abessent, re-  
verterentur: tamen sese non longius millibus passum iv.  
a quationis causa processurum eo die dixit: huc postero  
die quam frequentissimi convenirent, ut de eorum po-  
stulatis cognosceret.

<sup>12</sup> *Multis capitibus in Oceanum.* Multis ostiis, ἐκελαταρα, et singulari notione, cum caput potius fons fluminis ab aliis appelletur. Græcus interpre-  
bene πολλοὶ, σομασιν.

## CAPUT VI.

*Cæsaris mandata ad præfectos. Ab hostibus impetus factus: horum fuga: occisorum numerus: Cæsaris sententia de legatis, et conditionibus.*

**I**nterim ad præfectos, qui cum omni equitatu ante-  
cesserant, mittit, qui nuntiarent, ne hostes prælio la-  
cesserent; et si ipsi lacesserentur, sustinerent, quoad  
ipse cum exercitu proprius accessisset. At hostes, ubi <sup>12</sup>  
primum nostros equites conspexerunt, quorum erat v.  
millium numerus, cum ipsi non amplius octingentos e-  
quites haberent, quod si, qui frumentandi causa ierant

trans Mosam , nondum redierant : nihil nostris timentibus , quod legati eorum paullo ante a Cæsare discesserant , atque is dies induciis erat ab iis petitus , impetu facto , celeriter nostros perturbaverunt : rursus , resistentibus nostris consuetudine sua , ad pedes desilierunt , suffossisque equis , compluribusque nostris dejectis , reliquos in fugam conjecerunt , atque ita perterritos egerunt , ut non prius fuga desisterent , quam in conspectum agminis nostri venissent . In eo prælio ex equitibus nostris interficiuntur iv. et lxx. in his vir fortissimus Piso Aquitanus , amplissimo genere natus , cujus avus in civitate sua regnum obtinuerat , amicus ab senatu nostro appellatus . Hic , cum fratri intercluso ab hostibus auxilium ferret , illum periculo eripuit ; ipse , equo vulnerato dejectus , quoad potuit , fortissime restitit . Cum circumventus , multis vulneribus acceptis , cecidisset ; atque id frater , qui jam prælio excesserat , procul animadvertisset , incitato equo , sese hostibus obtulit , atque interfectus est . Hoc facto prælio , Cæsar neque jam sibi legatos audiendos , neque conditiones accipiendas arbitrabatur ab iis , qui , per dolum atque iusidias petita pace , ultro bellum intulissent : exspectare vero dum hostium copiæ augerentur , equitatusque reverteretur , summæ dementiæ esse judicabat : et cognita Gallorum infirmitate , quantum jam apud eos hostes uno prælio auctoritatis essent consecuti , sentiebant : quibus ad consilia capienda nihil spatii dandum existimabat .

## CAPUT VII.

*Germanorum adventus in castra Cæsaris , cujus jussu retinuerat . Impetus fit in hostium castra , et prælum committitur . Germani , rebus desperatis , se in flumen præcipitant : Cæsar libertatem concedit iis , quos in castris retinuerat .*

**H**is constitutis rebus , et consilio cum legatis , et quæstore communicato , ne quem diem pugnæ prætermitteret , opportunissima res accidit , quod postridie ejus diei mane eadem et perfidia , et simulatione

usi Germani frequenter omnibus principibus, majoribusque natu adhibitis, ad eum in castra venerunt; simul, ut dicebatur, sui purgandi causa, quod contra, atque esset dictum, et ipsi petissent, prælium pridie commisissent; simul, ut si quid possent, de induciis fallendo impetrarent. Quos sibi Cæsar oblatis gavisus retineri jussit: ipse omnes copias castris eduxit: equitatum, quod recenti prælio perterritum esse existimabat, agmen subsequi jussit. Acie triplici instructa, et <sup>14</sup> celeriter xii. millium itinere confecto, prius ad hostium castra pervenit, quam, quid ageretur, Germani sentire possent. Qui omnibus rebus subito perterriti, et celeritate adventus nostri, et discessu suorum, neque consilii habendi, neque arma capiendi spatio dato, perturbabantur; ut copiasne adversus hostem educere, an castra defendere, an fuga salutem petere, præstaret. Quorum timor cum fremitu, et concursu significaretur, milites nostri, pristini diei perfidia incitati, in castra irruperunt: quo in loco qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris restiterunt; atque inter carros, impedimentaque prælium commiserunt. At reliqua multitudine puerorum, mulierumque (nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenumque transierant) passim fugere coepit: ad quos consecrandos Cæsar equitatum misit. Germani, post tergum clamore auditu, <sup>15</sup> cum suos interfici viderent, armis abjectis, signisque militaribus relictis, se ex castris ejecerunt: et cum <sup>13</sup> ad confluentem Mosæ, et Rheni pervenissent, reliqua fuga desperata, magno numero imperfecto, reliqui se in flumen præcipitaverunt; atque ibi timore, lassitudine, et vi fluminis oppressi, petierunt. Nostri ad unum omnes incolumes, perpaucis vulneratis, ex tanti belli timore, cum hostium numerus capitum <sup>CDXXX.</sup>

<sup>13</sup> Ad confluentem Mosæ, et Rheni.) Sic amnes libri: etiam Grecus, Εὐθα συμμιγνοται δέ Μόσης τῷ πρώτῳ Ηνω. Cluverius G. A. lib. II. 14. contendit Mosellæ legendum esse, recentiorem credens Mosæ con-

fluentem, ac manu factum, quem Joann. Isaacus Pontanus Discept. chorogr. part. I. cap. 5. refutavit. Scilicet fugerunt inter Mosam, et Rhenum usque ad concursum illorum, quo fuga impediabatur.

millium fuisset, se in castra receperunt. Cæsar iis, quos in castris retinuerat, discedendi potestatem fecit. Illi supplicia, cruciatusque Gallorum veriti, quorum agros vexaverant, remanere se apud eum velle dixerunt. Iis Cæsar libertatem concessit.

## CAPUT VIII.

*Cæsar Rhenum transire statuit; bujusce rei causa Cæsar nuntii ad hostes missi; Ubii auxilium u Cæsare pesunt.*

16 **G**ermanico bello confecto, multis de causis Cæsar statuit sibi Rhenum esse transeundum: quarum illa fuit justissima, quod, cum videret Germanos tam facile impelli, ut in Galliam venirent, suis quoque rebus eos timere voluit, cum inteligerent, et posse, et audere populi Romani exercitum Rhenum transire. Accesit etiam, quod illa pars equitatus Usipetum, et Tencterorum, quam supra commemoravi, prædandi, frumentandique causa Mosam transisse, neque prælio interfuisse, post fugam suorum se trans Rhenum in <sup>14</sup> fines Sicambrorum receperat, seque cum iis conjunxerat. Ad quos cum Cæsar nuntios misisset, qui postularent, eos, qui sibi, Galliaeque bellum intulissent, uti sibi dederent, responderunt: “Populi Rom. imperium Rhenum finire: si, se invito, Germanos in Galliam transire non æquum existimaret; cur sui quidquam esse imperii, aut potestatis trans Rhenum postularet? „ Ubii autem, qui uni <sup>15</sup> ex transrhenanis ad Cæsarem legatos miserant, amicitiam fecerant, obsides dederant, magnopere orabant, “ut sibi auxilium ferret, quod graviter ab Suevis premerentur; vel, si id facere occupationibus Reip. prohiberetur, exercitum modo Rhenum transportaret: id sibi ad auxilium,

<sup>14</sup> In fines Sicambrorum.) Sicambri, sive Sigambri easdem fere regiones tenuerunt, supra Lupiam usque Alisonem, et in meridiem usque ad Catitorum fines: quas postea his transductis in Galliam, Usipe- tes, et Tencteri possederunt.

<sup>15</sup> Ex transrhenanis.) Tunc temporibus enim Germani erant, antequam ex dextra ripa Rheni in sinistram, sive Gallicam, migrarent. Vide supra ad cap. I. sect. 3. dicta.

spemque reliqui temporis satis futurum: tantum esse nomen apud eos, atque opinionem exercitus Romani, Ario visto pulso, et hoc novissimo prælio facto, ut etiam ad ultimas Germanorum nationes opinione, et amicitia populi Romani tuti esse possent: navium magnam copiam ad transportandum exercitum pollicebantur.,,

## C A P U T I X.

*Ratio, juxta quam pons est fabricatus, ut exercitus transduceretur.*

Cæsar his de causis, quas commemoravi, Rhenum <sup>17</sup> transire decreverat: sed navibus transire neque satis tutum esse arbitrabatur, neque suæ, neque populi Romani dignitatis esse statuebat. Itaque etsi summa difficultas faciundi potius proponebatur propter latitudinem, rapiditatem, altitudinemque fluminis; tamen id sibi contendendum, aut aliter non transducendum exercitum existimabat. Rationem igitur pontis hanc instituit. "Tinga bina sexquipedalia paulum ab imo præacuta, di mensa ad altitudinem fluminis, intervallo pedum duorum inter se jungebat; hæc cum machinationibus immissa in flumine desixerat, fistucisque adegerat, non sublicet modo directa ad perpendiculum, sed prona, ac fastigata, ut secundum naturam fluminis procumberet: his item contraria duo ad eundem modum juncta, intervallo pedum quadragenum ab inferiore parte contra vim, atque impetum fluminis conversa statuebat: hæc utraque bipedalibus trabibus immissis, quantum eorum tignorum junctura distabat, binis utrinque fibulis ab externa parte distinebantur: quibus disclusis, atque in contrariam partem revinctis, tanta erat operis firmitudo, atque ea rerum natura, ut, quo maior vis aquæ se incitavisset, hoc arctius illigata tenerentur. Hæc directa materia injecta contexebantur, ac longuriis, cratibusque consternebantur: ac nihilo secius sublicet ad inferiorem partem fluminis oblique adgebantur; quæ, <sup>18</sup> pro arle-

<sup>16</sup> Pro ariete subjœcta.) Pro Græcus hoc loco κρονοῦ meminimus, ac defensione. Et nlt.

te subjectæ , et cum omni opere conjunctæ , vim fluminis exciperent , et aliæ item supra pontem mediocri spatio: ut , si arborum trunci , sive naves , dejici endi operis causa , essent a barbaris missæ , his defensoribus earum rerum vis minueretur , neu ponti nocerent.

## CAPUT X.

*Exercitu transducto , Cæsar in fines Sicambrorum contendit , ad quem plures legati veniunt: cum Sicambris se in silvas absconderent , Cæsar in fines Ubiorum se recipit , qui ei quædam detegunt.*

*Pons rescinditur.*

18 **D**iebus deceni , quibus materia cœpta erat comportari , omni opere effecto , exercitus transducitur . Cæsar , ad utramque partem pontis firmo præsidio relicto , in fines Sicambrorum contendit . Interim a compluribus civitatibus ad eum legati veniunt , quibus pacem , atque amicitiam petentibus , liberaliter respondet , obsidesque ad se adduci jubet . Sicambi ex eo tempore , quo pons institui cœptus est , fuga comparata , hortantibus iis , quos ex Tencteris , atque Usipetibus apud se habebant , finibus suis excesserant , suaque omnia exportaverant , seque in solitudinem , ac silvas abdiderant . Cæsar paucos dies in eorum finibus moratus , omnibus vicis , ædificiisque incensis , frumentisque succisis , se <sup>17</sup> in fines Ubiorum recepit ; atque his auxilium suum pollicitus , si a Suevis premerentur , hæc ab iis cognovit : Suevos , postquam per exploratores pontem fieri comperissent , more suo consilio habitato , nuntios in omnes partes dimisisse , uti de oppidis demigrarent , liberos , uxores , suaque omnia in silvis deponderent , utque omnes , qui arma ferrre possent , unum in locum convenientem : hunc esse delectum medium fere regionum earum , quas Suevi obtinerent : ibi Romanorum adventum exspectare , atque ibi decertare constituis-

<sup>17</sup> In fines Ubiorum se recepit .) Quia Ubiorum precibus est transitus in Germaniam factus , cap. 9. sect. 16. et nunc a Sicambris in Ubios revertitur:

pontem ipsum ad Ubios pertinuisse non dubitatur , sed quo loco , et parte , definiri non potest , tacente historia .

se. Quod ubi Cæsar comperit, omnibus his rebus confectis, quarum rerum causa exercitum transducere constituerat, ut Germanis metum injiceret, ut Sicambros ulcisceretur, ut Ubios obsidione liberaret, diebus omnino octodecim trans Rhenum consumptis, satis et ad laudem, et ad utilitatem profectum arbitratus, se in Galliam recepit, pontemque rescidit.

## CAPUT XI.

*Cæsar in Britanniam proficisci contendit; prius tamen eo  
mittit C. Volusenum cum mandatis. Plurium insularum  
legati ad Cæsarem: hujus mandata ad Comium.  
Voluseni redditus ad Cæsarem.*

**E**xigua parte æstatis reliqua, Cæsar, etsi in his locis, quod omnis Gallia ad Septemtrionem vergit, maturæ sunt hiemes, tamen in Britanniam proficisci contendit; quod, omnibus fere Gallicis bellis, hostibus nostris inde subministrata auxilia intelligebat: et, si tempus anni ad bellum gerendum deficeret, tamen magno sibi usui fore arbitrabatur, <sup>18</sup> si modo insulam adisset, et genus hominum perspexisset, loca, portus, aditus cognovisset, quæ omnia fere Gallis erant incognita: neque enim temere præter mercatores adit ad illos quisquam; neque iis ipsis quidquam, præter oram maritimam, atque eas regiones, quæ sunt contra Galliam, notum est. Itaque, convocatis ad se undique mercatoribus, neque quanta esset insulæ magnitudo, neque quæ, aut quantæ nationes incolebant, neque quem usum belli haberent, aut quibus institutis uterentur, neque qui essent ad majorum navium multitudinem idonei portus, reperire poterat. Ad hæc cognoscenda, priusquam periculum faceret, idoneum esse arbitratus C. Volusenum, cum navi longa præ-

<sup>18</sup> Si modo insulam adisset.) Cæsar Britanniam constanter vocat insulam: fama magis, quam certa inductus ratione. Dubitatum postea, donec Julius Agri-

cola sub Tito primus circumnavigavit: quod ex Dione Xiphilinus, et Tacitus Agr. cap. IO. referunt.

mittit.<sup>19</sup> Huic mandat, ut exploratis omnibus rebus, ad se quamprimum revertatur. Ipse cum omnibus copiis in Morinos proficiscitur: quod inde erat brevissimus in Britanniam trajectus. Huc naves undique ex finitimis regionibus, et quam superiore æstate ad Veneticum bellum fecerat classem, jubet convenire. Interim, consilio ejus cognito, et per mercatores perlato ad Britannos, a compluribus ejus insulæ civitatibus ad eum legati veniunt, qui polliceantur obsides dare, atque imperio populi Romani obtemperare. Quibus auditis, liberaliter pollicitus, hortatusque, ut in ea sententia permanerent, eos domum remittit: et cum his una<sup>20</sup> Comium, quem ipse, Attrebatibus superatis, regem ibi constituerat, cuius virtutem, et consilium probabat, et quem sibi fidelem arbitrabatur, cujusque auctoritas in his regionibus magna habebatur, mittit. Huic imperat, quas possit, adeat civitates; horteturque, ut populi Romani fidem sequantur; seque celeriter eo venturum annuntiet. Volusenus, perspectis regionibus, quantum ei facultatis dari potuit, qui navi egredi, ac se barbaris committere non auderet, quinto die ad Cæsarem revertitur; quæque ibi perspexisset, renuntiat.

<sup>19</sup> *Huic mandat, ut exploratis omnibus rebus.*) Hæsitat in his Goduinus, quod Suetonius cap. 8. dicat, Cæsarem *per se* explorasse post navigationem Voluseni. *At per se* non legato Voluseno, sed incerta fama, ac mercatorum relatione. Quæ enim imperator per duces suos explorat, ipse explorasse dicitur. Idem Julii Celsi excerpto si respondit D. Vossius.

<sup>20</sup> *Comium, quem... regem ibi constituerat.*) In Thesauro Brabantio deburgio (p. 305.) extat nummus, in cuius una facie circa equum COMMOS: in altera capiti Galeato GERMAN adscriptum est: quem nobilissim. vir. L. Beger ad hunc Comium Attrebatem refert. Dio certe lib. XL. scripsit Κόμπιος: etiam libri quidam Latini.

## CAPUT XII.

*Cæsar Morinorum excipit excusationem, eosque in fidem recipit. In Britanniam transmissurus, naves parat.*

<sup>22</sup> **D**um in his locis Cæsar navium parandarum causa moratur, ex magna parte Morinorum ad eum

legati venerunt; qui se de superioris temporis consilio excusaret, quod homines barbari, et nostræ consuetudinis imperiti, bellum populo Romano fecissent; seque ea, quæ imperasset, facturos pollicerentur. Hoc sibi satis opportune Cæsar accidisse arbitratus, quod neque post tergum hostem relinquere volebat, neque belli gerendi propter anni tempus facultatem habebat, neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniæ anteponendas judicabat; magnum his numerum obsidum impetrat. Quibus adductis, eos in fidem recipit. Navibus circiter LXXX. onerariis coactis, contractisque, quot satis esse ad duas legiones transportandas existimabat, quidquid præterea navium longarum habebat, questori, legatis, præfectisque distribuit. Huc accedebant XVIII. onerarie naves, quæ ex eo loco millibus passuum VIII. vento tenebantur, quoniam minus in eundem portum pervenire possent. Has equitibus distribuit; reliquum exercitum Q. Titurio Sabino, et L. Aurunculejo Cottæ legatis in Menapios, atque ita eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non venerant, deducendum dedit. <sup>21</sup> P. Sulpicium Rufum legatum cum eo præsidio, quod satis esse arbitrabatur, portum tenere jussit.

<sup>21</sup> P. Sulpicium Rufum.) tere navem habet cum inscrip-  
Dion. Vossius hunc nummum ptione. ΠΟΤΒ. ΣΩΤΑΝΙΚΙΟΣ  
Cæsaris refert, qui averso la-  
POYΦ.

## CAPUT XIII.

Cæsar naves solvit, et Britanniam attingit, ubi hostium copias reperit. Tribunis et Legatis mandato dat. Hostes Cæsareos navibus egredi prohibent.

**H**is constitutis rebus, nactus idoneam ad navigandum tempestatem, <sup>22</sup> tertia fere vigilla solvit equi-

<sup>22</sup> Tertia vigilia solvit.) Ex trajectu in Britanniam loqui, ex portu Itio, ut Strabo adnotavit, lib. iv. p. 278, quem de primo tempore, et hora in Notitia Orbis Antiq. probavimus.

equitesque <sup>23</sup> in ulteriore portum progredi, et naves  
conscendere, ac se sequi jussit: ab quibus cum id paullo  
tardius esset administratum, ipse hora circiter diei quar-  
ta cum primis navibus Britanniam attigit: atque ibi in  
omnibus collibus expositas hostium copias armatas con-  
spexit. Cujus loci haec erat natura: adeo montibus an-  
gustis mare continebatur, ut ex locis superioribus in litus  
telum adjici posset. Hunc ad egrediendum nequaquam  
idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves eo conve-  
nirent, ad horam nonam in anchoris exspectavit. Interim  
legatis, tribunisque militum convocatis, et quæ ex Voluse-  
no cognovisset, et quæ fieri vellet, ostendit; monuitque  
(ut rei militaris ratio, maximeque ut res maritimæ postu-  
larent) ut quam celerem, atque instabilem motum habe-  
rent, ad nutum, et ad tempus omnes res ab iis administra-  
rentur. His dimissis, et ventum, et aestum uno tempore  
nactus secundum, dato signo, et sublatis anchoris, circiter  
millia passuum viii. ab eo loco progressus, aperto, ac pla-  
no litore naves constituit. At barbari consilio Romanorum  
cognito, præmisso equitatu, et <sup>24</sup> essedariis, quo plerumque  
genere in præliis uti consueverunt, reliquis co-  
piis subsecuti, nostros navibus egredi prohibebant.

<sup>23</sup> In ulteriore portum.) Qui post paulo, c. 16, sect. 28. su-  
perior vocatur, in ortum, et ad dexteram ab Itio recedens: cui  
opponitur inferior, ab Itio rece-  
dens in occasum, eodem loco.  
Ita enim plagæ discernuntur in  
hoc litore. Lege id. c. quo et su-  
perior portus memoratur, et in-  
ferior pars insulae, quæ est pro-

pius solis occasum.

<sup>24</sup> Essedariis.) Qui ex esse-  
dis, id est, militaribus curribus  
pugnabant. Ipse post interpres  
est, c. 53. ubi omnia accuratius  
descripsit. Belgæ feruntur au-  
tores, si Servio credimus ad  
illud Georgic. III. vers. 204.

Belgica vel molli melius feret  
essedera collo.

#### C A P U T XIV.

*Cum magna difficultas milites implicatos teneret, Cæsar,  
ut expeditiores milites essent, quædam mandata dat:  
acris pugna, et ordinum perturbatio cooritur. Datis a  
Cæsare aliis mandatis, impetus in hostes fit,  
et ii fugantur.*

**E**rat ob has causas summa difficultas, quod naves

propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant. Militibus autem, ignotis locis, impeditis manibus, magno, et gravi onere armorum pressis, simul et de navibus desiliendum, et in fluctibus consistendum, et cum hostibus erat pugnandum; cum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti, notissimis locis, audacter tela conjicerent, et equos insuefactos incitarent. Quibus rebus nostri perterriti, atque hujus omnino generis pugnae imperiti, non omnes eadem alacritate, ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueverant, 25 utebantur. Quod ubi Cæsar animadvertisit, naves longas, quarum et species erat barbaris inusitator, et motus ad usum expeditior, paululum removeri ab onerariis navibus, et remis incitari, et ad latus apertum hostium constitui, atque inde fundis, tormentis, sagittis hostes propelli, ac submoveri jussit: quæ res magno usui nostris fuit: nam et navium figura, et remorum motu, et inusitato genere tormentorum permoti barbari, constituerunt, ac paulum modo pedem retulerunt. At, nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris, qui x. legionis aquilam ferebat, contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: “Desilite, inquit, milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere: ego certe meum Reip. atque imperatori officium præstiero.” Hoc cum magna voce dixisset, se ex navi projecit, atque in hostes aquilam ferre cœpit. Tum nostri cohortati inter se, ne tantum decus admitteretur, universi ex navi desilierunt. Hos item ali ex proximis navibus cum conspexissent, subsecuti, hostibus appropinquarunt. Pugnatum est ab utrisque acriter. Nostri tamen, quod neque ordines servare, neque firmiter insistere, neque signa subsequi poterant, atque alias alia ex navi, quibuscumque signis occurrerat, se aggregabat, magnopere perturbabantur. Hostes vero, notis omnibus vadis, ubi ex litore aliquos singulares ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis impeditos adorriebantur. Plures paucos circumsistebant; alii ab latere aperto in universos tela conjiciebant. Quod cum animadvertisset Cæsar, scaphas longarum navium, item speculatoria navigia militibus compleri jussit: et, quos labrantes conspexerat, lis subsidia submittebat. Nostri, simul

atque in arido constiterunt , suis omnibus consecutis , in hostes imperum fecerunt , atque eos in fugam dederunt , neque longius prosequi potuerunt , quot equites cæsum tenere , atque insulam capere non potuerunt . Hoc unum ad pristinam fortunam Cæsari defuit .

## CAPUT XV.

*Hostium legati de pace missi ad Cæsarem , cui obsides dantur .*

<sup>27</sup> **H**ostes prælio superati , simul atque se ex fuga re-cepérunt , statim ad Cæsarem legatos de pace miserunt : obsides daturos , quæque imperasset , sese facturos , polliciti sunt : una cum his legatis Comius Attrebas venit , quem supra demonstraveram a Cæsare in Britanniam præmissum . Hunc illi e navi egressum , cum ad eos imperatoris mandata perferret , comprehenderant , atque in vincula conjecerant . Tunc , facto prælio , remiserunt ; et in petenda pace ejus rei culpam in multitudinem contulerunt , et , propter imprudentiam , ut ignosceretur , petiverunt . Cæsar questus , quod , cum ultro in continentem legatis missis pacem a se petissent , bellum sine causa intulissent , ignoscere imprudentia dixit , obsidesque imperavit : quorum illi partem statim dederunt , partem ex longinquierib[us] locis accersitam paucis diebus sese daturos dixerunt . Interea suos reimigrare in agros jussérunt : principesque undique convenere , et se , civitatesque suas Cæsari commendarunt .

## CAPUT XVI.

*Aliquot Cæsareæ naves subita tempestate coorta agitantur : quæ res exercitum universum perturbat .*

<sup>28</sup> **H**is rebus pace firmata , post diem quartum , quam est in Britannian ventum , naves xviii . <sup>25</sup> de quibus su-

<sup>25</sup> De quibus supra . ) Cap . 14 . sect . 25 .

pra demonstratum est, quæ equites sustulerant, <sup>26</sup> ex superiore portu leni vento solverunt; quæ cum appropinquarent Britanniæ, et ex castris viderentur, tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset; sed aliæ eodem, unde erant profectæ, referrentur, aliæ ad inferiorem partem insulæ, quæ est propius Solis occasum, magno sui cum periculo <sup>27</sup> dejicerentur; quæ tamen, anchoris jactis, cum fluctibus completerentur, necessario adversa nocte in altum proiectæ, continenter petiverunt. Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, quæ maritimos æstus maximos in Oceano efficere consuevit, nostrisque id erat incognitum. Ita uno tempore, et longas naves, quibus Cæsar exercitum transportandum curaverat, quasque in aridum subduxerat, æstus complebat, et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatae, tempestas afflictabat. Neque ulla nostris facultas aut administrandi, aut auxiliandi dabatur. Compluribus navibus fractis, reliquæ cum essent, funibus, anchoris, reliquisque armamentis amissis, ad navigandum inutiles; magna, id quod necesse erat accidere, totius exercitus perturbatio facta est. Neque enim naves erant aliæ, quibus reportari possent; et omnia deerant, quæ ad resiliendas eas usui sunt, et, quod omnibus constabat, hiemare in Gallia oporteret, frumentum his in locis in hiemem provisum non erat.

<sup>26</sup> Ex superiori portu.) Videlicet de ibidem adnotata.

sensu tuente librorum: ut frustra Claconius rejicerentur maluerit.

<sup>27</sup> Dejicerentur.) Bene, ac proprio de loco inferiore, con-

## CAPUT XVII.

*Britanniæ Principes, colloquio inter se habito suos clam ex castris deducunt: Cæsar necessaria comparat, in cuius milites impetus ad hostibus fit.*

**Q**uibus rebus cognitis, principes Britanniæ, qui post prælium ad ea, quæ jusserat Cæsar, facienda convenerint, inter se collocuti, cum et equites, et naves, et frumentum Romanis deesse inteligerent, et paucitatem militum ex

castrorum exiguitate cognoscerent; quæ hoc erant etiam angustiora, quod sine impedimentis Cæsar legiones transportaverat: optimum factu esse duxerunt, rebellione facta, frumento, commeatuque nostros prohibere, et rem in hiemem producere: quod his superatis, aut reditu interclusis, neminem postea belli inferendi causa, in Britanniam transitum confidebant. Itaque, rursus conjurazione facta, paulatim ex castris discedere, ac suos clam ex agris deducere cœperunt. At Cæsar, etsi nondum eorum consilia cognoverat; tamen, et ex eventu navium suarum, et ex eo, quod obsides dare intermiserant, fore id, quod accidit, suspicabatur. Itaque ad omnes casus subsidia comparabat: nam et frumentum ex agris in castra quotidie conferebat; et quæ gravissime afflictæ erant naves, earum materia, atque aere ad reliquas resficiendas utebatur; et quæ ad eas res erant usui, ex continenti comportare jubebat. Itaque, cum id summo studio a militibus administraretur, xii. navibus amissis, reliquis ut navigari commode posset, effecit. Dum ea geruntur, legione, ex consuetudine, una frumentatum missa, quæ appellabatur vii. neque ulla ad id tempus belli suspicione interposita, cum pars hominum in agris remaneret, pars etiam in castra ventitaret, ii, qui portis castrorum in statione erant, Cæsari renuntiaverunt, pulverem majorem, quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem legio iter fecisset. Cæsar id, quod erat, suspicatus, aliquid novi a barbaris initum consilii, cohortes, quæ in stationibus erant, secum in eam partem proficisci, duas in stationem succedere, reliquas armari, et confestim se subsequi jussit. Cum paulo longius a castris processisset, suos ab hostibus premi, atque ægre sustinere, et conferta legione<sup>28</sup> ex omnibus partibus tela conjici animadvertisit. Nam quod omni ex reliquis partibus demesso frumento, una pars erat reliqua, suspicati hostes huc nostros esse venturos, noctu in silvis delituerant. Tum dispersos, depositis armis, in metendo occupates subito adorti, paucis interfectis, reli-

<sup>28</sup> Ex omnibus partibus tela καὶ βαρβάρους εἰς τὸ τάγμα conjici. ) A barbaris in contem- συστει. ταῦτη βέλη πάντα δεν tam legiūm. Græcus τοὺς θρασέως ἀπίεναι.

quos incertis ordinibus perturbaverant, simul equitatu,  
atque essedis circumdederant. "Genus hoc est ex esse- 33  
dis pugnæ: primo per omnes partes perequirant, et tela  
conjiciunt, atque ipso terrore equorum, et strepitu rotar-  
rum, ordines plerumque perturbant; et cum se inter  
equitum turmas insinuavere, ex essedis desiliunt, et pe-  
dibus præliantur. Aurigæ interim paulum e prælio excede-  
dunt; atque ita se collocant, ut, si illi a multitudine  
hostium premantur, expeditum ad suos receptum ha-  
beant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum  
in præliis præstant, ac tantum usu quotidiano, et exer-  
citatione efficiunt, ut declivi, ac præcipiti loco incita-  
tos equos sustinere, et brevi moderari, ac flectere, et  
per temponem percurrere, et in jugo insistere, et inde  
se in currus citissime recipere consueverint., Quibus 34  
rebus, perturbatis nostris novitate pugnæ, tempore op-  
portunissimo Cæsar auxilium tulit. Namque ejus adven-  
tu hostes constiterunt, nostri ex timore se receperunt.  
Quo facto, ad lacessendum hostem, et committendum  
prælrium, alienum esse tempus arbitratus, suo se loco  
continuit, et brevi tempore intermisso, in castra legio-  
nes reduxit.

## CAPUT XVIII.

*Plures, quæ sequuntur, tempestates pugnam prohibent.  
Barbari, nuntiis in diversas partes missis, ad castra  
Cæsaris accedunt, prælriumque committitur.*

Dum hæc geruntur, nostris omnibus occupatis,  
qui erant in agris reliqui, discesserunt. Secutæ  
sunt continuos dies complures tempestates, quæ et  
nostros in castris continerent, et hostem a pugna pro-  
hiberent. Interim barbari nuntios in omnes partes di-  
miserunt, paucitatemque nostrorum militum suis præ-  
dicaverunt, et quanta prædæ facienda, atque in per-  
petuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos ca-  
stris expulissent, demonstraverunt. His rebus celeriter  
magna multitudine peditatus, equitatusque coacta, ad  
castra venerunt. Cæsar, etsi iacim, quod superioribus 35

diebus acciderat, fore videbat, ut, si essent hostes pulsī, celeri ut periculum effugerent; tamen nactus<sup>29</sup> equites circiter xxx. quos Comius Attrebas, de quo ante dictum est, secum transportaverat, legiones in acie pro castris constituit. Comisso prælio diutius nostrorum nullum impetum hostes ferre non potuerunt, ac terga verterunt: quos tanto spatio securi, quantum cursu, et viribus efficere posuerunt, complures ex iis occiderunt: deinde omnibus longe, latereque<sup>30</sup> ædificiis adfictis, incensisque, se in castra receperunt.

<sup>29</sup> Equites circiter xxx.) Joann. Fr. Gronovius ex membranis restituit, cum vulgo pugnant libri omnes, et Græcus, qui τριδυοτα vertit. Vide ejus Observ. iv. 8. pag.

<sup>30</sup> Adfictis incensisque.) 210.

## CAPUT XIX.

*Ab hostibus legati mittuntur ad Cæsarem de pace: hic eis obsidum numerum duplicat: Morini Cæsareos circumstidunt: Cæsar suis auxilium mittit: plures ex hostibus occiduntur.*

<sup>36</sup> Eodem die legati ab hostibus missi ad Cæsarem de pace venerunt. His Cæsar numerum obsidum, quem antea imperaverat, duplicavit, eosque in continentem adduci jussit, quod, propinqua die æquinoctii, infirmis navibus hiemi navigationem subjiciendam non existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus, paulo post medium noctem naves solvit, que omnes incolumes ad continentem pervenerunt. Ex his onerariae ii. eosdem portus, quos reliquæ capere non potuerunt, sed paulo infra delatae sunt. Quibus ex navibus cum essent expositi milites circiter ccc., atque in castra contenderent, Morini, quos Cæsar in Britanniam proficisciens pacatos reliquerat, spe præda ad ducti, primo non ita magno suorum numero circumsteterunt, ac si sese interfici nollet, arma ponere jus-

<sup>37</sup>

serunt: <sup>31</sup> cum illi orbe facto sese defenserent, celeriter ad clamorem bonorum circiter millia vi. convenerunt. Qua re nuntiata, Cæsar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit. Interim nostri milites impetum hostium sustinuerunt, atque amplius horis quatuor fortissime pugnaverunt, et paucis vulneribus acceptis, complures ex his occiderunt. Postea vero quam equitatus noster in conspectum venit, hostes, abjectis armis terga verterunt, magnusque eorum numerus est occisus.

<sup>31</sup> Cum illi orbe facto.) Hæc Romani veteres, novique, et ob acie formam etiam lib. v. cap. 14. sect. 33. et 34. memoratur. Factus autem orbis non tam impugnandi hostis, quam sui defendendi causa. Sallustius lugurth. c. 57. ext. denique ea scientes bellī, si quos locus, aut casus coniunxerunt, orbes facere ( cœperunt ) atque ita ab omnibus partibus simul tecti, et instructi hostium vim sustinabant.

## CAPUT XX.

Cæsar T. Labienum legatum in Morinos mittit; hi in eius potestatem veniunt. Q. Titurius, et L. Cotta ad Cæsarem se conferunt: supplicatio Cæsari decernitur.

Cæsar postero die T. Labienum legatum cum iis <sup>38</sup> legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos, qui rebellionem fecerant, misit. Qui cum propter siccitates paludum, quo se reciperent, non haberent: (quo perfugio superiore anno fuerant usi) omnes fere in potestatem Labieni venerunt. At Q. Titurius, et L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, omnibus eorum agris vastatis, frumentis succisis, ædificisque incensis, quod Menapii omnes se in densissimas silvas abdiderant, ad Cæsarem se receperunt. Cæsar in Belgis omnium legionum hiberna constituit. Eo duce omnino civitates ex Britannia obsides miserunt, reliquæ neglexerunt. His rebus gestis ex literis Cæsaris <sup>32</sup> dierum xx. supplicatio a senatu decreta est.

<sup>32</sup> Dierum xx. supplicatio.) Vide quæ supra ad extremum lib. ii. sunt notata.

G. JULII CÆSARIS  
 COMMENTARIORUM  
*DE BELLO GALLICO*  
 LIBER QUINTUS.

CAPUT PRIMUM.

*Cæsar, monstrato modo, et forma, imperat naves quam plurimas ædificari, veteresque refici; inde cum pars provinciæ finitima a Pirustis vastaretur, in Illyricum proficisciatur, ad quem Pirustæ legatos mittunt: Cæsar obsides imperat ad certam diem adducendos.*

**L**ucio Domitio, Ap. Claudio Coss, discedens ab hibernis Cæsar in Italiam, ut quotannis facere consueverat, legatis imperat, quos legionibus præfecerat, uti quam plurimas possent, hieme naves ædificandas, veteresque reficiendas curarent, earum modum, formamque demonstrat: ad celeritatem onerandi,<sup>1</sup> subductionesque paullo facit humiliores, quam quibus nostro mari uti consuevimus: atque id eo magis, quod propter crebras commutations æstuum minus magnos ibi fluctus fieri cognoverat: ad onera, et ad multitudinem jumentorum transportanda paullo latiores, quam quibus in reliquis utimur maribus. Has omnes actuarias imperat fieri, quam ad rem humilitas multum adjuvat. Ea, quæ sunt usui ad armandas naves, ex Hispania apportari ju-

<sup>1</sup> Subductionesque. ) Retractions ex mari in terram hiberno tempore: ut Virgil. Aeneid. I. vers. 555.

Quarratam ventis sileat subducere classem:

ubi Servius interpretatur, in terram ducere. Post paullo cap. 7. sect. II. noster: omnes naves subduci statuit. Contrarium est deduci, de quo mox cap. 2.

bet. Ipse conventibus Galliae citerioris peractis,<sup>2</sup> in Illyricum proficiscitur, quod<sup>3</sup> a Pirustis finitimatam partem provinciae incursionibus vastari audiebat. Eo cum venisset, civitatibus milites imperat, certumque in locum convenire jubet. Qua re nuntiata, Pirusta legatos ad eum mittunt, qui doceant, "nihil earum rerum publico factum consilio, seseque paratos esse demonstrant, omnibus rationibus de injuriis satisfacere." Accepta oratione eorum, Cæsar obsides imperat, eosque ad certam diem adduci jubet: nisi ita fecerint, sese bello civitatem persecuturum demonstrat. Iis ad diem adducti, ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui litem aestiment, pœnamque constituant.

*2 In Illyricum proficiscitur.) Suetonius Cæs. cap. 22. Initio quidem Galliam Ciralpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit: mox per senatum Comatam quoque.*

*3 Pirustir. ) Pirustas Ptolemæus lib. II. cap. 17. p. ultimam Illyrici gentem Macedoniam versus prope Drilonem fluvium constituit.*

## C A P U T II.

*Cæsar in citeriore Galliam revertitur, inde ad exercitum, ubi 600 et 28 naves instructas invenit: omnibusque ad portum Itium convenire jussis, ipse in fines Treviorum, quod bi ejus nollent pavere imperio, Germanosque transrhenanos sollicitarent, cum exercitu contendit.*

**H**is confectis rebus, conventibusque peractis, in citeriore Galliam revertitur, atque inde ad exercitum proficiscitur. Eo cum venisset, circuisit omnibus hibernis, singulari militum studio, in summa rerum omnium inopiam, circiter DC. ejus generis, cuius supra demonstravimus, naves, et longas<sup>xxviii.</sup> invenit constructas, neque multum abesse ab eo, quin paucis diebus<sup>4</sup> deduci posseant. Collaudatis militibus, atque iis, qui negotio præ-

*4 Duci possent.) Immitti in mare ex terra. Virgil. Æneid. III. vers. 71. deducunt socii na-*

*vers. Servius ibi: Proprie, ut e contrario subducunt.*

fuerant, quid fieri velit, ostendit: atque omnes ad portum Itium convenire jubet: quod ex portu commodissimum in Britaniam trajectum esse cognoverat, circiter millium passuum xxx. transmissum a continenti. Huic rei quod satis esse visum est militum, reliquit. Ipse cum legionibus expeditis iv. et equitibus DCCC, in fines Treviorum proficiscitur, quod hi neque ad consilia veniebant, neque imperio parebant, Germanosque transrhenanos sollicitare dicebantur.

## CAPUT III.

*Civitas Germanorum transrhenanorum pedite, et equite maxime pollet; in qua Induciomarus, et Cingetorix inter se de principatu contendunt. Hic Cæsari adventanti obviam it, simulque quid in Treviris agatur, ostendit. Ille vero abditis in silvam Ardennam iis, qui in armis esse non poterant, bellum parat. At postremo principibus civitatibus ad Cæsarem euntibus, Cingetorix etiam legatos ad Cæsarem mittit; is jubet Induciomarum ad se venire cum cc. obsidibus, eundem consolatur, et Principes Trevirorum Cingetorigi conciliat.*

3 “**H**æc civitas longe plurimum totius Galliæ equitatu valet, magnasque habet copias peditum, Rhenumque, ut supra demostravimus, tangit. „In ea civitate de principatu inter se contendebant <sup>5</sup> Induciomarus, et Cingetorix, ex quibus alter, simul atque de Cæsaribus, legionumque adventu cognitum est, ad eum venit; se, suosque omnes in officio futuros, neque ab amicitia populi Romani defecturos, confirmavit; quæque in Treviris gererentur, ostendit. At Induciomarus equitatum, peditatumque cogere; ilisque, qui per ætatem in armis esse non poterant,<sup>6</sup> in silvam Ardennam abditis, quæ ingenti reagitudine per medios fines Trevirorum a flumine Reno ad initium Remorum pertinet, bellum parare instituit. Sed posteaquam nonnulli principes ex ea civitate, et familiaritate Cin-

<sup>5</sup> Induciomarus. ) Græcus Adi infra lib. 6. cap. 7. sect.  
Trevorumque principis. vulgo 29. et quæ nos de silva hac  
editum per T. Induciomarus.

<sup>6</sup> In silvam Ardennum. ) in Notitia Orbis Antiqui dispu-

tamus.

getorigis adducti, et adventu nostri exercitus perterriti ad Cæsarem venerunt, et de suis privatim rebus ab eo petere cœperunt, quoniam civitati consulere non possent; veritus, ne ab omnibus desereretur, Induciomarus legatos ad Cæsarem mittit, se idcirco a suis discedere, atque ad eum venire noluisse, quo facilius civitatem in officio continerent, ne omnis nobilitatis discessu plebs propter imprudentiam laberetur: itaque civitatem in sua potestate esse, seque, si Cæsar permitteret, ad eum in castra venturum, et suas, civitatisque fortunas ejus fidei permissurum. Cæsar, etsi intelligebat, qua de causa ea dicerentur, 4 quæque eum res ab instituto consilio deterreret; tamen, ne æstatem in Treviris consumere cogeretur, omnibus rebus ad Britannicum bellum comparatis, Induciomarum ad se cum cc. obsidibus venire jussit. His adductis, et in iis filio, propinquisque ejus omnibus, quos nominatim evocaverat, consolatus Induciomarum, hortatusque est, ut in officio permaneret; nihil tamen secius principibus Trevirorum ad se convocatis, eos singillatim Cingetorigi conciliavit. Quod cum merito ejus a se fieri intelligebat, tum magui interesse arbitrabatur, ejus auctoritatem inter suos quamplurimum valere, cuius tam egregiam in se voluntatem perspexisset. Id factum graviter tulit Induciomarus, suam gratiam inter suos misul; et qui jam ante inimico in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit.

## C A P U T IV.

*Cæsar ad portum Itium pervenit; ibique pavatas naves invenit, exceptis 40 tempestate rejectis: eo etiam equites Galliæ, et civitatum principes conveniunt, inter quos Dumnorix Eduus. Edui Legatos ad Cæsarem non audent mittere, quod Dumnorix diceret, civitatum regnum sibi a Cæsare esse delatum. Dumnorix Cæsarem precatur, ut ipsum in Gallia relinquat; qua re negata principes Galliæ sollicitat, metu territat, ne in Britanniam cum Cæsare proficiantur.*

**I**lis rebus constitutis, Cæsar ad portum Itium cum 5 legionibus pervenit, ibi cognoscit quadraginta na-

ves, 7 quæ in Meldis factæ erant, tempestate rejectas, tenere cursum non potuisse, atque eodem, unde erant profectæ, relatas: reliquas paratas ad navigandum, atque omnibus rebus instructas invenit. Eodem equitatus totius Galliæ convenit, numero milium iv. principesque ex omnibus civitatibus, ex quibus per paucos, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco secum ducere decreverat; quod,

6 cum ipse ab esset, motum Galliæ verebatur. Erat una cum cæteris Dumnorix Aduus, de quo a nobis ante dictum est. Hunc secum ducere in primis constituerat, quod eum cupidum rerum novarum, cupidum imperii, magni animi, magnæ inter Gallos auctoritatis cognoverat. Accedebat nuc, quod jam in concilio Aeduorum Dumnorix dixerat: Sibi a Cæsare regnum civitatis deferriri, quod dictum Adui graviter ferebant; neque recusandi, neque deprecandi causa legatos ad Cæsarem mittere audebant. Id factum ex suis hospitibus Cæsar cognoverat. Ille primo omnibus precibus petere contentit, ut in Gallia reliqueretur, partim quod insuetus navigandi mare timeret, partim quod religionibus sese diceret impediri. Posteaquam id obstinate sibi negari vidit, omni spe impetrandi adempta, principes Galliæ sollicitare, sevocare singulos, hortarique cœpit, ut in continentem remanerent, metu territare, non sine causa fieri, ut Gallia omni nobilitate spoliaretur: id esse consilium Cæsaris, ut, quos in conspectu Galliæ interficere vereretur, hos omnes in Britanniam transductos necaret: fidem reliquis interponere, iusjurandum poscere, ut, quod esse ex usu Galliæ intellexissent, communis consilio administrarent.

7 Quæ in Meldis factæ erant.) Dubitat Goduinus, an hi Melde sint illi mediterranei, Parisiis sinitimi, inter Matronam, Sequanamque. Græcius tamen æque ὥπε τῷ Μέλδῳ.

Credibilis certe in maritimæ regione fabricatas naves esse, quam tan longo tractu per flumen in mare deductas. Quidam codices Belgis habent.

## CAPUT V.

Cæsar Dumnorigem coercere, et deterrire statuit; inde tempestatem idoneam nactus, milites naves concendere jubet. Dumnorix cum equitibus Æduorum, insidente Cæsare, domum proficiscitur. Cæsar, re nuntiata, mittit, qui eum insequantur, et retrahant; quod si vim faciat, (ut accidit) occidant.

**H**æc a compluribus ad Cæsarem deferebantur. Qua 7 cognita, Cæsar, quod tantum civitati Æduæ dignitatis tribuebat, coercendum, atque deterrendum, quibuscumque rebus posset, Dumnorigem statuebat; quod longius ejus amentiam progrexi videbat, prospiciendum, ne quid sibi, ac Reipubl. nocere posset. Itque dies circiter xxv. in eo loco commoratus, quod<sup>8</sup> corus ventus navigationem impedit, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit, dabat operam, ut Dumnorigem in officio contineret, nihilo tamen secius omnia ejus consilia cognosceret. Tandem idoneam tempestatem nactus, milites, equitesque concendere naves jubet. At imbeditis omnium animis, Dumnorix cum equitibus Æduorum a castris, insidente Cæsare, domum discedere cœpit. Qua re nuntiata, Cæsar, intermissa profectione, atque omnibus rebus postpositis, magnam partem equitatus ad eum insequendum mitit, retrahique imperat, si vim faciat, neque pareat, interfici jubet: nihil hunc se absente pro sano facturum arbitratus, qui præsentis imperium neglexisset.<sup>9</sup> Ille enim revocatus resistere, ac se manu defendere, suorumque fidem implorare cœpit, sæpe clamitans, "liberum se, liberæque civitatis esse, illi, ut erat imperatum, circumsistunt, hominemque interficiunt. At Ædui equites ad Cæsarem omnes revertuntur.

<sup>8</sup> Corus ventus.) Spirans ab occasu solstitiali. Plin. II. 47.

<sup>9</sup> Ille enim revocatus.) Sic meliores libri: cæteri ex imperita manu, ille autem. Est ve-

ro enim hoc loco idem quod enim vero, nihilque infert, sed adversandi vim habet. Sic lib. II. Civil. B. cap. II. sect. 32. sic Tacit. Histor. IV. et extr.

## CAPUTA VI.

*Labieno cum exercitu in continente relicto ad portus tutelam, Cæsar ad occidentem naves solvit. Aliquanto post ad Britanniam accedit; inde navibus præsidio relicto ad hostes in superiora loca timore abditos contendit. Quo ubi venit, hostes prælio commisso, et repulsi se iuivas abdunt, ex quibus expelluntur, et fugantur.*

**H**is rebus gestis, Labieno in continente cum iii. legionibus, et equitum millibus ii. relicto, ut portus tuetur, et rei frumentariæ provideret, quæque in Gallia gerentur, cognosceret, et consilium pro tempore, et pro cuperet: ipse cum legionibus v. et pari numero equitum,<sup>10</sup> quem in continente relinquebat,<sup>11</sup> Solis occasu naves solvit, et leni Africo provectus, media circiter nocte vento intermisso, cursum non tenuit; et longius delatus æstu, orta luce, sub sinistra Britanniam relictam conspexit. Tum rurus æstus commutationem secutus remis contendit, ut eam partem insulæ cuperet, qua optimum esse egressum superiore æstate cognoverat. Qua in re admodum fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis, gravibusque navigiis, non intermissò remigandi labore, longarum navium cursum adæquarunt. Accessum est ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore, neque in eo loco hostis est visus: sed, ut postea Cæsar ex captivis comperit, cum magnæ manus eo convenissent, multitudine navium perterritæ, quæ<sup>12</sup> cum annotinis, privatisque, quas sui quisque commodi causa fecerat, amplius nccc. uno erant visa tempore, a litore discesserant, ac se in superiora loca abdiderant.

<sup>10</sup> *Quem in continente relinquebat.*) Ex membranis ita Groenovius, Observ. IV. 4. pag. 58. Vulgo, *quemam reliquerat.*

<sup>11</sup> *Solis occasu.*) Ex ildem membranis. Vulgo, *ad solis occasum.* Sed elegantius *solis occasum.* Livijs xxii. 4. Flamininijs,

*quum pridie solis occasu ad locum venisset.*

<sup>12</sup> *Cum annotinis.*) Quas superioris anni expeditione vidérant. Græcus bene, τοῦ τοῦ πρόσθετου ἐτοῦ. Ridet Vossius, qui annuatias interpretantur.

Cæsar, exposito exercitu, ac loco castris idoneo capto,<sup>9</sup>  
 ubi ex captivis cognovit, quo<sup>13</sup> in loco hostium copiæ  
 consedissent, cohortibus x, ad mare relictis, et equiti-  
 bus ccc., qui præsidio navibus essent, de 111. vigilia ad  
 hostes contendit, eo minus veritus navibus, quod in li-  
 tote molli, atque aperto deligatas ad anchoras relin-  
 quebat; et præsidio navibus Q. Atrium præfecit. Ipse  
 noctu progressus millia passuum circiter xii. hostium co-  
 piæ conspicatus est. Illi equitatu, atque essedis ad  
 flumen progressi, ex loco superiore nostros prohibere,  
 et prælium committere cœperant. Repulsi ab equitatu  
 se in silvas abdiderunt, locum nacti egregie et natura,  
 et opere munitionem; quem domestici belli, ut videbatur,  
 causa jam ante præparaverant. Nam crebris arboribus  
 succisis, omnes introitus erant præclusi. Ipsi ex silvis  
 rari propugnabant, nostrosque intra munitiones ingre-  
 di prohibebant. At milites legionis vii. testudine facta,  
 et aggere ad munitiones adjecto, locum ceperunt, eos  
 que ex silvis expulerunt, paucis vulneribus acceptis. Sed  
 eos fugientes longius Cæsar persequi vetuit, et quod  
 loci naturam ignorabat, et quod, magna parte diei con-  
 sumpta, munitioni castrorum tempus relinqui volebat.

<sup>13</sup> Hostium copiæ consedi-  
 sent.) Hostes castra metati es-  
 sent, ut supra 111. cap. ii. sect.

17. Vide plura ad lib. v. cap. 19.  
 sect. 47.

## CAPUT VII.

Milites, dum hostes insequuntur, a Cæsare ab itinere  
 revocantur. Naves pene omnes coorta tempestate affli-  
 ctæ ad litus ejiciuntur, quas tamen Cæsar refici ju-  
 bet. Postea, relicto navibus præsidio, unde  
 digressus erat, revertitur.

**P**ostridie ejus diei mane, tripartito milites, equi-<sup>10</sup>  
 tesque in expeditionem misit, ut eos, qui fugerant, per-  
 sequerentur. Iis aliquantum Itineris progressis, cum jam  
 extremi essent in conspectu, eqrites a Q. Atrio ad Cæ-  
 sarem venerunt, qui nuntiarent, superiori nocte maxima  
 coorta tempestate prope omnes naves afflictas, atque in

litore ejectas esse , quod neque anchoræ , funesque subsisterent , neque nautes , gubernatoresque vim tempestatis pati possent : itaque ex eo concursu navium magnum esse incommodum acceptum. His rebus cognitis , Cæsar legiones , equitatumque revocari , atque itinere desistere jubet : ipse ad naves revertitur. Eadem fere , quæ ex nuntiis , literisque cognoverat , coram perspicit sic , ut , amissis circiter xl. navibus , reliquæ tamen refici posse magno negotio viderentur. Itaque ex legionibus fabros deligit , et ex continente alios <sup>14</sup> arcessiri jubet. Labieno scribit , ut , quam pluriimas posset , iis legionibus , quæ sunt apud eum , naves instituat. Ipse , etsi res erat multi operis , ac laboris , tamen commodissimum esse statuit , omnes <sup>15</sup> naves subduci , et cum castris una munitione conjungi. In his rebus circiter dies x. consumit , ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis. Subductis navibus , castrisque egregie munitis , easdem copias , quæ ante fuerant præsidio navibus , relinquit. Ispe eodem , unde redierat , proficiscitur.

<sup>14</sup> Arcessiri.) Arcessiri , et quus , ut Columelæ ix. 8. *Lacessiri.*  
accersiri legitur , sed Priscianus , et Lipsius prius commendant. Vide Ortographiam. Cassus *iri* ex quarta forma anti-

<sup>15</sup> Naves subduci.) E mari in terram. Vide supra cap. 1. sect. 1. hujus libri.

## C A P U T VIII.

*Summa Imperii a Britannis Cassivellauno committitur. Deseribuntur Britannia , et populorum mores , et termini. Ab equitibus hostium duplex prælium committitur. Interficitur Q. Laberius Durus trib. milit. Cæsariani milites apti reperiuntur ad repellendum hostium imperium , propter eorum bellandi rationem.*

**E**o cum venisset , majores jam undique in eum locum copiæ Britannorum convenerant. Summa imperii , belli que ad ministrandi communis cōsilio permitta est Cassivellauno , cujus fines a maritimis civitatibus flumen dividit , quod appellatur Tamesis , a mari circiter millia passuum lxxx. Huic superiori tempore cum reliquis ci-

vitatibus continentia bella intercesserant; sed nostro ad-  
ventu permoti Britanni hunc toti bello, imperioque  
præfecerant. "Britannæ pars interior ab iis incolitur,<sup>12</sup>  
quos natos in insula ipsa memoria proditum dicunt. Ma-  
ritima pars ab iis, qui prædæ, ac belli inferendi causa,  
ex Belgio transierant, qui omnes fere iis nominibus ci-  
vitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo per-  
venerunt, et bello illato ibi remanserunt, atque agros  
colere coeperunt. Hominum est infinita multitudo, cre-  
berrimaque ædificia fere Gallicis consimilia: pecoris ma-  
gnus numerus. Utuntur aut nummo æreo,<sup>16</sup> aut anulis  
ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nas-  
citur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in  
maritimis ferrum: sed ejus exigua est copia. Ære utun-  
tur importato. Materia cujusque generis, ut in Gallia  
est, præter fagum, atque abjetem. Leporem, et galli-  
nam, et anserem gustare fas non putant: hæc tamen  
alunt animi, voluptatisque causa: loca sunt temperatio-  
ra, quam in Gallia, remissioribus frigoribus. Insula na-  
tura triquetra, cuius unum latus est contra Galliam, hu-  
jus lateris alter angulus, qui est<sup>17</sup> ad Cantium, quo fe-  
re ex Gallia naves appelluntur, ad orientem Solem, in-  
ferior ad meridiem spectat. Hoc latus tenet circiter mil-  
lia passuum quingenta: alterum vergit ad Hispaniam,  
atque occidenteum Solem; qua ex parte est Hibernia; di-  
midio minor, ut existimatur, quam Britannia, sed<sup>18</sup> pari  
spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam.<sup>19</sup>

16 Aut anulis ferreis.) Sic libri veteres, et Græcus δακτυλιοι. Scaliger sufficit taleis, ingenio, an ex codice incertum, quem plures hodie sequuntur, tales interpretantes ferri præsegmina ad similitudinem, quam vero non facile invenire, aut explicare contigerit.

17 Ad Cantium.) Cantium δακτυλιον Ptolomeo, quo regio adiecta Cantium ap-  
pellatur. Notus tractus, ma-  
nente nomine, et hic quoque

satis designatus Metaphrasis, παραγότης τὴν Καντίαν πόλει, sed ignotum geographis hujus nominis oppidum.

18 Pari spatio transmissus.) Secundo casu, quasi transfræ-  
tationis. Transmissus enim trans-  
fretationis. Transmissus enim  
trajectus est, seu, ut significau-  
tius hoc loco Græcus verdict,  
διαπλωμα.

19 In hoc cursu.) Cursu ma-  
ris navigatione Inter Britan-  
niam, et Hiberniam.

In hoc medio cursu est insula, quæ appellatur<sup>20</sup> Mona. Complures præterea minores objectæ insulæ existimantur: de quibus insulis nonnulli scripserunt, dies continuos xxx. sub bruma esse noctem. Nos nihil de eo percunctionibus reperiebamus, nisi quod<sup>21</sup> certis ex aqua mensuris, breviores esse noctes, quam in continente, videbamus. Hujus est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, septingentorum millium passuum. Tertium est contra Septemtrionem, cui parti nulla est objecta terra: sed ejus angulus lateris maxime ad Germaniam spectat. Hoc millia passuum octingenta in longitudinem esse arbitrantur. Ita omnis insula est in circuitu vicies centena millia passuum. Ex his omnibus longe sunt humanissimi, qui Cantium incolunt, quæ regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt consuetudine. Interiores plerique frumenta non serunt, sed lacte, et carne vivunt, pellibusque sunt vestiti: omnes vero<sup>22</sup> se Britanni vitro iaficiunt, quod cœruleum efficit colorem; atque hoc horribiliori sunt in pugna aspectu: capilloque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput, et labrum superius. Uxores habent deni, duodecim inter se communes, et maxime fratres cum fratribus, et parentes cum liberis. Sed si qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, a quibus primum virgines quæque ductæ sunt. “Equites hostium, essedariique acriter prælio cum equitatu nostro, in itinere confixerunt; ita tamen, ut nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in silvas, collesque compulerint. Sed pluribus interfectis, cupidius insecuri, nonnullos ex suis amiserunt. At illi, intermisso spatio, imprudentibus nostris, atque occupatis in munitione castrorum, subito se ex silvis ejecerunt; impetuque in eos facto, qui erant in statione pro castris collocati, acriter pugnauerunt,

<sup>20</sup> *Mona.*) Non illa Taciti, quæ proxima Britannia, angusto fredo dirempta: sed superior, in medio cursu sita, ac etiam num vocata. *Man.*

<sup>21</sup> *Certis ex aqua mensuris.) Clepsydris, seu horologis ad*

*aquæ mensuram factis.*

<sup>22</sup> *Se Britanni vitro inficiunt.) Tuetur Salmasius, ad Solini cap. 23, pag. 180. contra eos, qui luto, vel glasto substituunt.*

duabusque missis subsidio cohortibus a Cæsare , atque his primis legionum duarum , cum hæ , intermisso per exiguo loci spatio , inter se constitissent , novo genere pugnæ perterritis nostris , per medios audacissime prouperunt , seque inde incolumes receperunt . Eo die Q. Laberius Durus tribunus milit. interficitur . Illi , pluribus submissis cohortibus , repelluntur . „ Toto hoc in genere pugnæ cum sub oculis omnium , ac pro castris dimicaretur , intellectum est , nostros , propter gravitatem armorum , quod neque insequi cedentes possent , neque ab signis discedere auderent , minus aptos esse ad hujus generis hostem ; equites autem magno cum periculo dimicare , propterea quod illi etiam consulto plerumque cederent : et cum paululum ab legionibus nostros removissent , ex essedis desilirent , et pedibus dispari prælio contenderent . Equestris autem prælii ratio et cedentibus , et insequentibus par , atque idem periculum inferebat . Accedebat huc , ut nunquam conferti , sed rari , magnisque intervallis præliaabantur , stationesque dispositas haberent , atque alios alii deinceps exciperent , integrique , et recentes defatigatis succederent .“

## CAPUT IX.

*Hostes lenti Cæsarianos prælio lacessunt : hi præsidio Trebonii confisi , in eos impetu facto , præcipites agunt , et quam plures interficiunt . Cæsar dicit exercitum ad Temesim fluvium , ad cujus alteram ripam hostium copias instructas conspicit : illi , cum impetum eorum , qui immissi fuerant , non possent sustinere , fugam arripiuere .*

P ostero die procul a castris hostes in collibus constiterunt , rarique se ostendere , et lentius , quam pri-  
die , nostros equites prælio lacessere cœperunt . Sed meridie , cum Cæsar pabulandi causa <sup>111.</sup> legiones , atque omnem equitatum cum C. Trebonio legato misisset , repente ex omnibus partibus ad pabulatorum advolaverunt sic , uti ab signis , legionibusque non absisterent . Nostri , acriter in eos impetu facto , repule-

runt : neque finem insequendi fecerunt , quoad subsidio confici equites , cum post se legiones viderunt , præcipes hostes egerunt : magnoque eorum numero interfecto , neque sui colligendi , neque consistendi , aut ex essedis desiliendi facultatem dederunt . Ex hac fuga protinus , quæ undique convenerant , auxilia discesserunt ; neque post id tempus umquam summis nobiscum co-  
 18 piis hostes contenderunt . Cæsar , cognito consilio eorum , ad flumen Tamesim , in fines Cassivellauni exercitum duxit : quod flumen uno omnino loco pedibus , atque hoc ægre transire potest . Eo cum venisset , animadvertisit , ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas . Ripa autem erat acutis sudibus præfixis monta , ejusdemque generis sub aqua defixaæ suæ des flumine tegebantur . Iis rebus cognitis a captivis , perfugisque , Cæsar , præmisso equitatu , confessim legiones subsequi jussit ; sed ea celeritate , atque impetu milites ierunt , cum capite solo ex aqua extarent , ut hostes impetum legionum , atque equitum sustinere non possent , ripasque dimitterent , ac se fugæ mandarent .

## CAPUT X.

*Cassivellaunus retentis 4. millibus essedavorum Cæsar iter observat ; quocum inde configit. Trinobantes Legatos ad Cæsarem mittunt ; is , exauditis eorum petitionibus , 40. obsides , et frumentum petit. Interim Segontiaci , Ancalites , et ulii se dedunt. Cæsar proficitur ad oppidum Cassivellauni , quod dum oppugnatur , hostes fugiunt.*

19 **C**assivellaunus , ut supra demonstravimus , omni spe deposita contentionis , dimissis amplioribus copiis , milibus circiter iv. essedavorum retentis , itinera nostra servabat , paululumque ex via excedebat , locisque impenitus , atque silvestribus sese occultabat , atque iis regionibus , quibus nos iter facturos cognoverat , pecora , atque homines ex agris in silvas compellebat : et , cum equitatus noster liberius vastandi , prædandique causa , se in agros effunderet , omnibus viis notis , semitisque

essedarios ex silvis emittebat; et magno cum periculo nostrorum equitum cum iis confligebat, atque hoc metu latius vagari prohibebat. Relinquebatur, ut neque longius ab agmine legionum discedi Cæsar pateretur, et tantum in agris vastandis, incendiisque faciendis hostibus noceretur, quantum labore, atque itinere legionarii milites efficere poterant. Interim,<sup>23</sup> Trinobantes, prope firmissima earum regionum civitas (ex qua Mandubratius adolescens Cæsaris fidem secutus, ad eum in continentem Galliam venerat: cuius pater Imanuentius in ea civitate regnum obtinuerat: imperfectusque erat a Cassivellauno, ipse fuga mortem vitaverat) legatos ad Cæsarem mittunt, pollicenturque sese ei dedituros, et imperata facturos: petunt, ut Mandubratium ab injuria Cassivellauni defendat: atque in civitatem mittat, qui præsit, imperiumque obtineat. His Cæsar imperat obsides XL., frumentumque exercitu: Mandubratiumque ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt: obsides ad numerum, frumentumque miserunt. Trinobantibus defensis, atque ab omni militum injuria prohibitis,<sup>24</sup> Cenimagni, Segontiaci, Anclites, Bibroci, Cassi, legationibus missis, sese Cæsari dediderunt. Ab his cognoscit non longe ex eo loco<sup>25</sup> oppidum Cassivellauni abesse, silvis paludibusque munitum, quo satis magnus hominum, pecorumque numerus conveniret.<sup>26</sup> Oppidum autem Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo, atque fossa munierunt, quo, incursionis hostium vitandæ causa, convenire consueverunt. Eo proficiscitur cum legionibus: locum reperit egregie natura, atque opere munatum: tamen hunc duabus ex partibus oppugnare con-

<sup>23</sup> *Trinobantes.*) Hi Ptolomeo sunt τρινόβαντες, trans flumen Tamesim, quorum Londonum in ripa fult.

<sup>24</sup> *Cenimagni*, *Segontiaci*, *Anclites.*) Obscuri cum Bibroci, et Cassi, qui sequuntur. *Cenimagni*, Græce Key avot quasi a Cenimagnis Aulercis plura Galicarum gentium nomina in Britannis. Lipsio, et

Camdeno vox concreta est ex duabus gentibus; illi ex Icenis, et Cangis; huic ex iisdem Icenis, et Reguis. Sed pugnant haec cum libris.

<sup>25</sup> *Oppidum Cassivellauni.*) Cuius ignorant nomen.

<sup>26</sup> *Oppidum Britanni vocant.*) Strabo lib. iv. pag. 138. de Britannis; πολεῖς αὐτῶν οἱ δύο μέρες, *Oppida illorum sunt nemora.*

tendit. Hostes paulisper morati militum nostrorum impetum non tulerunt: seseque ex alia parte oppidi ejeerunt. Magnus ibi numerus pecorum repertus, multique in fuga sunt comprehensi, atque interfecti.

## CAPUT XI.

*Cassivellaunus ad Cantium nuntios mittit, hortaturque earum regionum reges, ut navalia Cæsaris castra adoriantur; quod cum facerent, eruptione facta a Cæsarianis, multi ex hostibus interficiuntur, et Cingetorix capit. Inde Cassivellaunus de ditione legatos ad Cæsarem mittit. Is præter alias conditiones, obsidibus receptis, exercitum ad mare reducit.*

32 **D**um hæc in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus *iv.* reges præeraunt, Cingetorix, Carvilius, Taximagulus, Segonax, nuntios mittit; atque his imperat, ut, coactis omnibus copiis, castra navalia de improviso adoriantur, atque oppugnant. Hi cum ad castra venissent, nostri, eruptione facta, multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Cingetorige, suos incolumes reduxerunt. Cassivellaunus, hoc prælio nuntiato, tot detrimentis acceptis, vastatis finibus, maxime etiam permotus defectione civitatum, legatos per Attrebatem Comium de ditione ad Cæsarem mittit. Cæsar cum statuissest hiemem in continente, propter repentinos Gallicæ motus, agere, neque multum æstatis superesset, atque id facile extrahi posse intelligeret, obsides imperat, et, quid in annos singulos vectigalis populo Romano Britannia penderet, constituit. Interdicit, atque imperat Cassivellauno, ne Mandubratio, neu Trinobantibus noceat. Obsidibus acceptis, exercitum reducit ad mare, naves invenit refectas.

## CAPUT XII.

Cæsar , ut exercitum duplici commeatu reportet , naves exspectat , sed frustra ; quare , cum se navigandi occasio idonea obtulisset , militibus angustius collocatis in iis , quas secum habebat , navibus , solvit : inde exercitum in hibernis collocat , legionibus in plures civitatis partes distributis ; ipse vero in Gallia moratur .

**H**is deductis , quod et captivorum magnum numerum habebat , et nonnullæ tempestate deperierant naves , duobus commeatibus exercitum reportare constituit . Ac sic accidit , ut , ex tanto navium numero , tot navigationibus , neque hoc , neque superiore anno ulla omnino navis , quæ milites portaret , desideraretur : at ex iis , quæ inane ex continente ad eum remitterentur , et prioris commeatus expositis militibus , et quas postea Labienus faciendo curaverat numero lx. , perpaucæ locum caperent ; reliquæ fere omnes rejicerentur : quas cum aliquandiu Cæsar frustra exspectasset , ne anni tempore navigatione excluderetur , quod æquinoctium suberat , necessario angustius milites collocavit , ac summam tranquillitatem consecutus , secunda inita cum solvisset vigilia , prima luce terram attigit , omnesque incolumes naves perduxit . Subductis navibus , concilioque Gallorum <sup>27</sup> 24 Samarobriva peracto , quod eo anno frumentum in Gallia , propter siccitates , angustius provenerat , coactus est aliter , ac superioribus annis , exercitum in hibernis collocare , legionesque in plures civitates distribuere : ex quibus unam in Morinos ducendam C. Fabio legato reddit : alteram in Nervios Q. Ciceroni : <sup>28</sup> tertiam in Essuos L. Roscio : quartam in Rhemis cum T. Labieno in

<sup>27</sup> Samarobriva .) Hoc verum nomen ex Fænri , et ursini codicibus Ptolomæo Σαμαροβρίνα , non Samarobrina , ut in editis multis est . Et Cicero Samarobriva , lib. viii. ep. xi. et xvi. Briva , sive briga pons est Cœticæ , quem oppidum

habet in Samara fluvio . Hodie Amiens , caput Ambianorum .

<sup>28</sup> Tertiam in Essuos .) Quod nemo umquam Essiorum meminit , D. Vossius , et Hadri . Vallesius censem Aduos legendum esse .

confinio Trevirorum hiemare jussit: <sup>29</sup> tres in Belgis collocavit; his M. Crassum quæstorem, et L. Munatium Plancum, et C. Trebonium legatos præfecit. Unam legionem, quam proxime trans Padum conscripserat, et cohortes v. in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam, et Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis, et Cativulci erant, misit: his militibus Q. Titurium Sabinum, et L. Aurunculejum Cottam legatos præsesse jussit. Ad huic modum distributis legionibus, facillime inopis frumentariae sese mederi posse existimavit; atque harum tamen omnium legionum hiberna (præter eam, quam L. Roscio in pacatissimam, et quietissimam partem ducendam dederat) millibus passuum c. continebantur. Ipse interea, quoad legiones collocasset, munitaque hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit.

*29 Tres in Belgis collocavit.) nos. Vide infra cap. 19, sect. 46. Belgum pars est Galliae Belgicae, non tota: complectitur Bel- et nostram Notit. Orbis antiqui lib II. cap. 3. ext. lovacos, Attrevates, et Ambia-*

### CAPUT XIII.

*Tasgetius ab inimicis interficitur. Cæsar re cognita mittit in Carnutes L. Plancum cum legione, et occisores ad se mitti jubet. Ambiorix, et Cativulcus seditionis autores differuntur. Ambiorigis colloquium ad C. Carpinejum, et Q. Junium; bi legatis narrant, quidquid Ambiorix dixit. Legati rem ad concilium deferunt; circa quam rem inter omnes magna controversia oritur. Au- runculeji, et Titurii sententia affertur.*

<sup>35</sup> **E**rat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius; cuius majores in sua civitate regnum obtinuerant. Huic Cæsar, pro ejus virtute, atque in se benevolentia, quod in omnibus bellis singulari ejus opera fuerat usus, majorum locum restituerat. Tertium jam hunc annum regnante inimici palam, multis etiam ex civitate aucto-ribus, interfecerunt. Defertur ea res ad Cesarem. Ille veritus, quod ad plures res pertinebat, ne civitas eorum impulso desiceret, L. Plancum cum legione ex Bel-

gio celeriter in Carnutes proficiisci jubet, ibique hiemare : quoruinque opera cognoverit Tasgetium interfatum, hos comprehensos ad se mittere. Interim ab omnibus legatis, quæstoribusque, quibus legiones tradiderat, certior factus est, in hiberna perventum, locumque hibernis esse munitum. Diebus circiter xv., qui <sup>26</sup> bus in hiberna veatum est, initium repentinum tumultus, ac defectionis ortum est ab Ambiorige, et Cativilco: qui, cum ad fines regni sui Babino, Cottæque præsto fuissent, frumentumque in hiberna comportavissent, Indutiomari Treviri nuntiis impulsi, suos concitaverunt: subitoque oppressis lignatoribus, magna manu castra oppugnatum venerunt. Cum celeriter nostri arma cepissent, vallumque adscendissent; atque una ex parte Hispanis equitibus emissis, equestri prælio superiores fuisserunt: desperata re, hostes suos ab oppugnatione reduxerunt. Tum suo more conclamaverunt, ut aliqui ex nostris ad colloquium prodirent: habere sese, quæ de re communi dicere vellent, quibus controversias minui posse sperarent. Mittitur ad eos colloquendi causa C. <sup>27</sup> Carpinejus, eques Romanus, familiaris Q. Titurii, Q. Junius ex Hispania quidam, qui jam ante iussu Cæsarlis ad Ambiorigem ventitare consueverat; apud quos Ambiorix in hunc modum locutus est: „Sese pro Cæsarlis in se beneficiis plurimum ei confiteri debere, quod ejus opera stipendio liberatus esset, quod Aduaticis finitimis suis pendere consuisset; quodque ei et filius, et fratris filius ab Cæsare remissi essent, quos Aduatici obsidum numero missos apud se in servitute, et catenis tenuissent: neque id, quod fecerat de oppugnatione castrorum, aut judicio, aut voluntate sua fecisse, sed coactu civitatis; suaque esse ejusmodi imperia, ut non minus haberet in se juris multitudo, quam ipse in multitudinem. Civitati porro hanc fuisse belli causam, quod repentinæ Gallorum coniurationi resistere non potuerit, se id facile ex utilitate sua probare posse; quod non adeo sit imperitus rerum, ut suis copiis populum Romanorum se superare posse confidat: sed esse Gallicæ commune consilium: omnibus hibernis Cæsarlis opugnandis hunc esse dictum diem, ne qua legio alteri

- legioni subsidio venire posset : non facile Gallos Gallicis negare potuisse ; præsertim cum de recuperanda communi libertate consilium initum videretur : quibus quoniam pro pietate satisfecerit , habere se nunc rationem officii : pro beneficiis Cæsar is monere , orare Titurium pro hospitio , ut suæ , ac militum saluti consulat : magnam manum Germanorum conductam Rheenum transisse ; hanc affore biduo : ipsorum esse consilium , velintne prius , quam finitimi sentiant , eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem , aut ad Labienum deducere , quorum alter millia passuum circiter L. alter paullo amplius absit : illud se polliceri , et jure-jurando confirmare , tutum se iter per fines suos datum : quod cum faciat , et civitati sese consulere , quod hibernis levetur , et Cæsari pro ejus meritis gratiam referre .<sup>28</sup> Hac oratione habita discedit Ambiorix .
- 28 Carpinejus , et Junius quæ audierant , ad legatos deferrunt . Illi , repentina re perturbati , etsi ab hoste ea dicebantur , non tamen negligenda existimabant : maximeque hac re permovebantur , quod , civitatem ignobilis , atque humilem Eburonum sua sponte populo Romano bellum facere ausam , vix erat credendum . Itaque ad Concilium rem deferunt ; magna que inter eos existit controversia . L. Aurunculejus , compluresque tribuni militum , et <sup>29</sup> primorum ordinum centuriones , „ nihil temere agendum , neque ex hibernis injussu Cæsaris discedendum existimabant : quantasvis magnas copias etiam Germanorum sustineri posse , munitis hibernis , docebant : rem esse testimonio , quod primum hostium impetum , multis ultro vulneribus illatis , fortissima sustinuerint : re frumentaria non premi : interea et ex proximis hibernis , et a Cæsare conventura subsidia : postremo quid esset levius , aut turpius , quam auctore hoste de summis rebus capere consilium ? contra ea Titurius , sero facturos clamitabat , cum majores manus hostium , adjunctis Germanis , convenissent , aut cum ali-

<sup>28</sup> Primorum ordinum centuriones .) Primi pili centurio , primus princeps , primus hasta-

tus . Vide supra lib . 1 . cap . 20 . sect . 40 . et hoc lib . 5 . cap . 15 . sect . 37 .

quid calamitatis in proximis hibernis esset acceptum: brevem consulendi esse occasionem. Cæsarem arbitrari profectum in Italiam: nec aliter Carnutes interficiendi Tasgetii consilium fuisse capturos, neque Eburones, si ille adesset, tanta cum contemptione nostri ad castra venturos esse: non hostem auctorem, sed rem spectare: <sup>31</sup> subesse Rhenum; magno <sup>32</sup> esse Germanis dolori Ario-visti mortem, et superiores nostras victorias, ardere Galliam tot contumeliis acceptis sub populi Romani imperium redactam, superiore gloria rei militaris extincta; postremo quis hoc sibi persuaderet, sine certa re Ambiorigem ad ejusmodi consilium descendisse? Suam sententiam in utramque partem esse tutam: si nil sit durius, nullo periculo ad proximam legionem perventuros; si Gallia omnis cum Germanis consentiat, unam esse in celeritate positam salutem. Cottæ quidem, atque eorum, qui dissentirent, consilium quem haberet exitum? in quo si non præsens periculum, at certe longa obsidione fames esset pertimescenda.“

<sup>31</sup> Subesse Rhenum.) Græc. πλησιαν δὲ Ρήνον.

<sup>32</sup> Esse dolori Ario-visti mor-tem.) Cluverius A. Germ. 10.

<sup>33</sup> Fortem mavult legere, quia

vulnere in Gallia accepto, auf merore mortuus esse. Et libri consentiunt orationes, et Græcus interpres θάνατον: etiam quæ Julii Celsi nomine exstat Cœsaris historia p. 65.

## CAPUT XIV.

Res multum in concilio agitata, atque altero alteri cedere nolente, tandem dat manus Cotta, et Sabini sententiam, docentis prima luce iter suscipiendum esse, amplectuntur omnes. Interim dum e castris cum impedimentis discedunt, hostes, collocatis insidiis, eos procedentes exspectant, inde prælium committunt. Qua in re Titurii timor, et Cottæ virtus perspicitur. At signis milites discedunt, quæ e contra hostes diligentissime observant. In hac pugna T. Baluentio utrumque femur perfoditur. Q. Lucanius interficitur; L. Cotta vulneratur.

Hac in utramque partem habita disputatione, cum a 30

Cotta , primisque ordinibus acriter resisteretur : „Vincite , inquit , si ita vultis , Sabinus : et id clariore voce , ut magna pars militum exaudiret ; neque is sum , inquit , qui gravissime ex vobis mortis periculo terrear ; hi sapient , et si gravius quid acciderit , abs te rationem reponsent ; qui , si per te liceat , perendino die cum proximis hibernis conjuncti , communem cum reliquis casum sustineant ; ne rejecti , et relegati longe ab ceteris aut ferro , aut fame intereant.“ Consurgitur ex consilio : <sup>33</sup> comprehendunt utrumque , et orant , „ne sua dissensione , et pertinacia rem in suminum periculum deducant : facilem esse rem , seu maneant , seu proficiscantur , si modo unum omnes sentiant , ac probent : contra in dissensione nullam se salutem perspicere.“ Res disputatione ad medianam noctem perducitur . Tandem <sup>34</sup> dat Cotta permotus manus . Superat sententia Sabini . Pronuntiatur , prima luce ituros . Consumitur vigiliis reliqua pars noctis , cum sua quisque miles circumspiceret , quid secum portare posset , quid ex instrumento hibernorum relinquare cogeretur . Omnia excogitantur , quare nec sine periculo maneatur , et languore militum , et vigiliis periculum augeatur . Prima luce sic ex castris proficiscuntur , ut quibus esset persuasum , non ab hoste , sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum , longissimo agmine , magnisque impedimentis . At hostes , posteaquam ex nocturno fremitu , vigiliisque de profectione eorum senserunt , collocatis insidiis bipartito in silvis , opportuno , atque occulto loco , a millibus passuum circiter <sup>11.</sup> Romanorum adventum exspectabant , et cum se major pars agminis in magnam convallem demisisset , ex utraque parte ejus vallis subito sese ostenderunt , novissimosque premere , et primos prohibere adscensu , atque iniquissimo nostris loco praelium comittere coeperunt . Tum denum Titurius , uti qui nihil ante providisset , trepidare , et concursare , cohortesque dispo-

<sup>33</sup> Comprehendunt utrumque.) amice , et orant .

Centuriones , et tribuni utrumque legatum Sabinum , et Cot-<sup>34</sup> Dat Cotta permotus manus .) Cedit Sabino , et regre- tam prensant , amplectuntur sentit , tamquam victus .

nere: hæc tamen ipsa timide, atque ut eum omnia deficere viderentur; quod plerumque iis accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitasset hæc posse in itinere accidere, atque ob eam causam profectionis auctor non fuisse, nulla in re communī saluti deerat: et, in appellandis, cohortandisque militibus, imperatoris, et in pugna militis officia præstabat; cumque propter longitudinem agminis minus facile per se omnia obire, et quid quoque loco faciendum esset, providere possent: jusserunt pronuntiari, ut impedimenta relinquerent, atque <sup>35</sup> in orbem consistenterent: quod consilium, etsi in ejusmodi casu reprehendendum non est, tamen incommodo accedit; nam et nostris militibus spem minuit, et hostes ad pugnandum alacriores effecit, quod non sine summo timore, et desperatione id factum videbatur. Præterea accidit, quod fieri necesse erat, ut vulgo milites ab signis discederent; quæque quisque eorum carissima haberet, ab impedimentis petere, atque arripere properaret, et clamore, ac fletu omnia completerentur. At barbaris consilium non desuit: nam duces eorum tota acie pronuntiari jusserunt, „ne quis ab loco discederet: illorum esse prædam, atque illis reservari, quæcumque Romani reliquissent: proinde omnia in victoria posita existimarent.“ Erant et <sup>36</sup> virtute, et numero pugnando pares nostri: tametsi a duce, et a fortuna deserabantur: tamen omnem spem salutis in virtute ponebant; et quoties quæque cohors procurrerat, ab ea parte magnus hostium numerus cadebat. Qua re animadversa, Ambiorix pronuntiari jubet, ut procul tela conjiciant, neu proprius accedant: et, quam in partem Roniani impetum fecerint, cedant: levitate armorum, et quotidiana exercitatione nihil iis noceri posse: rursus se ad signa recipientes insequantur. Quo præcepto ab iis diligentissime observato, cum quæpiam cohors ex orbe excesserat,

<sup>35</sup> In orbem consistenterent.) De orbe militari diximus supra ad lib. iv. cap. 19. sect. 37.

<sup>36</sup> Virtute, et numero pugnando

do pares.) Id est, inter pugnandum. Græcus interpres nullam gerundii hujus rationem habuit. Veteres libri, numero pugnandi.

atque impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant. Interim eam partem audari necesse erat, et ab latere aperto tela recipi. Rursus, cum in eum locum, unde erant egressi, reverti cœperant, et ab iis, qui cesserant, et ab iis, qui proximi steterant, circumveniebantur: sin autem locum tenere vellent, neque virtuti locus relinquebatur, neque a tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant. Tamen tam multis incommodis conticati, multis vulneribus acceptis, resistebant: et magna parte diei consumpta, cum a prima luce ad horam viii. pugnaretur, nihil, quod ipsis esset indignum, committebant. Tum T. Baluentio, qui superiore anno <sup>37</sup> primum pilum duxerat, viro forti, et magnæ auctoritatis, utrumque femur tragula trajicitur. Q. Lucanius ejusdem ordinis fortissime pugnans, dum circumvento filio subvenit, interficitur. L. Cotta Legatus omnes cohortes, ordinesque adhortans, in adversum os funda vulneratur.

<sup>37</sup> Primum pilum duxerat. ) Centurio primi pili fuerat.

#### CAPUT XV.

Q. Titurius Cn. Pompejum interpretem suum mittit ad Ambiorigem, veniam rogatum: sed dum de conditionibus agitur, Titurius circumventus occiditur; impetuque in exercitum facto ordines turbantur. Cotta, et L. Petrosidius dimicantes interficiuntur. Denique desperata salute omnes ( paucis exceptis, qui ad T. Labienum legatum ivere, eumque rem edocuere ) se occidunt.

<sup>36</sup> His rebus permotus Q. Titurius, cum procul Ambiorigem suos cohortantem conspoxisset, interpretem suum Cn. Pompejum ad eum mittit; rogatum, ut sibi, militibusque parcat. Ille appellatus respondit: „si velit secum colloqui, licere; sperare a multitudine impetrari posse, quod ad militum salutem pertineat, ipsi vero nihil nocitum iri; inque eam rem se, suamque fidem interponere. Ille cum Cotta saucio communicat, si videatur, pugna ut excedant, et cum Ambiorige una col-

loquantur; sperare se ab eo suam, ac militum salutem impetrari posse.,, Cotta se ad armatum hostem itorum negat, atque in eo perseverat. Sabinus, quos in præsencia tribunos militum circum se habebat, et primorum ordinum centuriones, se sequi jubet: et cum propius Ambiorigem accessisset, jussus arma abjicere, imperatum iacit: suisque, ut idem faciant, imperat. Interim, dum de conditionibus inter se agunt, longiorque consulto ab Ambiorige instituitur sermo, paulatim circumventus interficitur. Tum vero, suo more, <sup>38</sup> victoriam conclamant, atque ululatum tollunt: impetuque in nostros facto, ordines perturbant. Ibi L. Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum, reliqui se in castra recipiunt, unde erant egressi: ex quibus L. Petrosidius aquilifer, cum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum proiecit. Ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. Alii ægre ad noctem oppugnationem sustinent: noctu ad unum omnes, desperata salute, se ipsi interficiunt. Pauci ex prælio elapsi incertis itineribus per silvas ad T. Labienum legatum in hiberna pervenient, atque eum de rebus gestis certioreni faciunt.

<sup>38</sup> Victoriam conclamant, atque ululatum. Livius lib. v. 17. Gallis non modo in prælio trumper cantum, et horrendum so-

num, sed post victoriam etiam c. 39. ululatus, et cantus dissonos tribuit.

## CAPUT XVI.

Ambiorix in Aduaticos proficiscitur, inde in Nervios, eosque, ut injurias a Rom. acceptas ulciscantur, horribatur. Itaque maxima manu comparata ad Ciceronis hiberna advolant; et legionem, quæ cum eo erat, oppugnant. Literæ a Cicerone ad Cæsarem intercipiuntur.

Colloquium Ducum, et Principum Nerviorum cum Cicerone.

**H**ac Victoria sublatus Ambiorix, statim cum equitatu in Aduaticos, qui erant ejus regno finitimi, proficiscitur, neque diem, neque noctem intermittit; pediatumque se subsequi jubet. Re demonstrata, Aduati-

38

cisque concitatis, postero die in Nervios pervenit: "hortaturque, ne sui in perpetuum liberandi, atque ulcisci Romanos pro iis, quas acceperint, injuriis, occasionem dimittant: interfectos esse legatos duos, magnamque partem exercitum interiisse demonstrat: nihil esse negotii, subito oppressam legionem, quæ cum Cicerone hiemet, interfici: se ad eam rem profitetur 39 adjutorem., Facile hac oratione Nerviis persuadet. Itaque, confestim dimisis nuntiis ad <sup>39</sup> Centrones, Grudios, Levacos, Pleumosios, Gordunos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quam maximas manus possunt, cogunt; et de improviso ad Ciceronis hiberna advolant; nondum ad eum fama de Titurii morte perlata. Huic quoque accedit ( quod fuit necesse ) ut nonnulli milites, qui lignationis, munitionisque causa in silvas discessissent, repentina equitum adventu intercipiентur. His circumventis, magna manu Eburones, Aduatuci, Nervii, atque horum omnium socii, et clientes legionem oppugnare incipiunt. Nostri celeriter ad arma concurrunt, vallum conseedunt. Ægre is dies sustentatur, quod omnem spem hostes in celeritate ponebant, atque hanc adepti victoriam, in perpetuum se fore victores confidebant. Mittuntur ad Cæsarem confestim a Cicerone literæ, magnis propositis præmiis, si pertulissent. Obsessis omnibus viis, missi intercipiuntur. Noctu ex ea materia, quam munitionis causa comportaverant, <sup>40</sup> turres cxx. excitantur incredibili celeritate. Quæ deesse operi videbantur, perficiunt. Hostes postero die multo majoribus copiis coactis, castra oppugnant, fossam complent. A nostris eadem ratione, qua pridie, resistitur. Hoc idem deinceps reliquis fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur: non ægris, non vulneratis facultas quietis datur. Quæcumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt, noctu comparantur. Multæ præustæ su-

39 *Centrones, Grudios, Levacos, &c.*) Hi Nerviorum clientes, ac finitimi ignorantur. Certe diversi bi Centrones ab Alpinis sunt, lib. 1. cap.

6. sect. 10.

40 *Turres cxx.*) Et Metaphastes *exatōv kai elkoū*: ne de numero dubites.

des, magnus <sup>41</sup> muralium pilorum numerus instituitur: turres contabulantur; pinnæ, loricæque ex eratibus attexuntur. Ipse Cicero, cum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquiebat, ut ulti militum concursu, ac vocibus sibi parcere cogeretur. Tunc duces, principesque <sup>42</sup> Nerviorum, qui aliquem sermonis aditum, causamque amicitiae cum Cicerone habebant, colloqui sese velle dicunt. Facta potestate, eadem, quæ Ambiorix cum Titurio egerat, commemorant: "omnem esse in armis Galliam: Germanos Rhenum transisse: Cæsaris, reliquorumque hiberna oppugnari. Addunt etiam de Sabini morte. <sup>42</sup> Ambiorigem ostentant, fidei faciendæ causa. Errare eos dicunt, si quidquam ab iis præsidii sperent, qui suis rebus difidant: sese tamen hoc esse in Ciceronem, populumque Romanum animo, ut nihil, nisi hiberna recusat, atque hanc inveterascere consuetudinem nolint: licere illis incolumibus per se ex hibernis discedere, et in quasunque partes velint, sine metu proficiisci. Cicero ad hæc unum modo respondit; non esse consuetudinem populi Romani ullam accipere ab hoste armato conditionem. Si ab armis discedere velint, se adjutore utantur, legatosque ad Cæsarem mittant; sperare se pro ejus justitia, quæ petierint, impetraturos.,"

<sup>41</sup> *Muralium pilorum.*) Grandiorum, quibus murus, seu valuum contra adscendentess defensatur.

<sup>42</sup> *Ambiorigem ostentant.*) Paullo ante amicum Cæsaris

tot devinctum beneficiis, nunc hostem, et castrorum oppugnatorem: ut facilius credat Cicero, omnem Galliam in armis aduersus Romanos esse.

## CAPUT XVII.

*Nervi hiberna muniunt, inde jactis jaculis accensis casas incendunt: sed egregia in tali re militum virtus existit. Demum, quamvis Cœsariani plura damna patiantur, hostium tamen maximus numerus interficitur, et una turris incensa corruit.*

**A**42 *Ab hac spe repulsi Nervii, vallo pedum xi. et fossa pedum xv. hiberna cingunt. Hæc superiorum annorum consuetudine a nostris cognoverant: et, quosdam de exercitu nacti captivos, ab his docebantur. Sed nulla his ferramentorum copia, quæ esset ad hunc usum idonea, gladiis cespites circumcidere, 43 manibus, sagulisque terram exhaustire cogebantur. Qua quidem ex re hominum multitudo cognosci potuit: nam minus horis tribus x. millium passuum in 44 circuitu munitionem perfecerunt; reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, 45 falces, testudinesque, quas iidem captivi docuerant, parare, ac facere cœperunt. Septimo oppugnationis die, 43 maximo coorto vento, 46 ferventes fusili ex argilla glandes fundis, et fervefacta jacula in casas, quæ more gallico stramentis erant tectæ, jacere cœperunt. Hæ celeriter ignem comprehendenderunt, et, venti magnitudine, in omnem castrorum locum distulerunt. Hostes maximo clamore inseuti, quasi parta jam, atque explorata victoria, turres, testudinesque agere, et scalis vallum ascendere cœperunt. At tanta militum virtus, atque ea præsentia animi fuit, ut, cum undique flamma torrerenatur, maximaque telorum multitudine premerentur, suaque omnia impedimenta, atque oinnes fortunas conflagra-*

43 *Manibus, sagulisque.) Metaphrastes ταλπτε γεποι και ταλς γυτωσιν. Alii furculis legunt: aliis sarculis.*

44 *Decem millium passuum in circuitu.) Sic veteres libri: quiibus Græcus consentit, περισσογεγδονκοτα γεδια.*

45 *Falces.) Falces murales. Vide supra III. cap. 9. sect. 14.*

46 *Ferventes fusili ex argilla gl.) Orosius VI. 10. in hac historia: Testas ferventes intorsevere fundis, flammataque focis teta, ac mox concepto igne rutantia, intra castra fecerunt.*

re intelligerent, non modo <sup>47</sup> demigrandi causa de vallo decederet nemo, sed pene ne respiceret quidem quisquam; ac tum omnes acerrime, fortissimeque pugnarent. Hic dies nostris longe gravissimus fuit: sed tamen hunc habuit eventum, ut eo die maximus numerus hostium vulneraretur, ut se sub ipso vallo constipaverant, recessumque primis ultimi non dabant. Paullum quidem intermissa flamma, et quodam loco turri adacta, et contingente vallum, tertiae cohortis centuriones ex eo, quo stabant, loco recesserunt, suosque omnes removerunt: nutu, vocibusque hostes, si introire vellent, vocare cœperunt: quorum progredi ausus est nemo. Tum ex omni parte <sup>48</sup> lapidibus conjectis deturbati, turrisque succensa est.

<sup>47</sup> Demigrandi causa.) Fu-  
giendi, castria deserendi causa,  
Metaphrastes, οὐχ δῶντες Φυγῆς  
ἔμεμνυτο.

<sup>48</sup> Lapidibus conjectis detur-

bati, turrisque.) Romani lapi-  
dibus hostes abegerunt, eo-  
rumque turrim incenderunt.  
Græcus, Παρατοι οφεγδογκανγ-  
τες, cætera.

## CAPUT XVIII.

*T. Pulfio, et L. Varenus centuriones, cum de primo loco inter se semper contendissent, adeoque alter alteri inimicus erset; accidit, ut, dum congregiuntur cum hoste, in maximo vitæ periculo alter alteri auxilio sit, adeo ut vix possit judicari, uter ulvi anteferendus virtute sit. Plures nuntiū ad Cæsarem missi, comprehensi-  
necantur.*

**E**rant in ea legione fortissimi viri centuriones, qui <sup>49</sup> jam <sup>49</sup> primis ordinibus appropinquarent, T. Pulfio, et L. Varenus. Ii perpetuas controversias inter se habebant, uter alteri anteferretur, omnibusque annis <sup>50</sup> de loco summis simultatibus contendebant. Ex iis Pulfio, cum acerrime ad munitionem pugnaretur: “Quid dubitas,

<sup>49</sup> Primis ordinibus appro-  
pinquarent.) Quod gradatim  
centuriores promovebantur, vi-  
dentur hi in secundo principe,  
aut pilo fuisse, ac primum cer-

tatim adspirasse. Lipsium le-  
ge de Mil. Rom. lib. 11. 8.  
<sup>50</sup> De loco.) De gradu di-  
gnitatis.

inquit , Varene? aut quem locum probandæ virtutis tuæ exspectas? Hic dies de nostris controversiis judicabit.,, Hæc cum dixisset , procedit extra munitiones ; et quæ pars hostium confertissima visa est , in eam irrumpit. Ne Varenus quidem tum vallo sese continet , sed omnium veritus existimationem subsequitur , mediocri spatio relicto. Pulfio pilum in hostes mittit , atque unum ex multitudine procurrentem transjicit : quo percuسو , et examinato , hunc scutis protegunt hostes , et in illum universi tela conjiciunt ; neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur scutum Pulfioni , et verutum in balteo defigitur. Avertit hic casus vaginam , et gladium educere conantis dextram moratur manum , impeditumque hostes circumsistunt. Succurrit inimicus illi Varenus , et laboranti subvenit. Ad hunc se confestim a Pulfione omnis multitudo convertit. Illum veruto transfixum arbitrantur. Illic vero occursat oxyus gladio , communisque rem gerit Varenus : atque uno interfecto reliquos paullum propellit. Dum cupidius instat , in locum inferiorem dejectus concidit. Huic rursus circumvento fert subsidium Pulfio : atque ambo incolomes , compluribus interfectis , summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione , et certamine utrumque servabit , ut alter alteri inimicus auxilio , salutique esset ; neque dijudicari posset , uter utri virtute anteferendus videretur. Quanto erat in dies gravior , atque asperior oppugnatio , et maxime quod , magna parte militum confecta vulneribus , res ad paucitatem defensorum pervenerat , tanto crebriores literæ , nuntiique ad Cæsarem mittebantur : quorum pars deprehensa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu negabantur.

## CAPUT XIX.

*Nervius quidam, nomine Vertico, Ciceronis literas per medios Gallos ad Cæsarem defert. A Cæsare nuntii ad M. Crassum in Bellovacos, et ad C. Fabium missi; itemque literæ ad Labienum. Equitatu coacto Cæsar Crassum, ut advenit, Samarobrinæ præficit, eique legionem assignat. Labienus Cæsari rescribit. Ad Nerviorum fines Cæsar accedit; hic eidam ex Gallis literas ad Ciceronem deferendas dat: que lectæ, omnes maxima lætitia afficiunt. Galli, obsidione relicta, ad Cæsarem cum exercitu contendunt. Cæsar ex Ciceronis literis cognoscit, qua loco res sit, suosque ad pugnam hortatur.*

**E**rat unus intus Nervius, nomine Vertico, loco natus honesto, qui a prima obsidione ad Ciceronem profugerat, suamque ei fidem præstiterat. Hic servo spe libertatis, magnisque persuadet præmiis, ut literas ad Cæsarem deferrat. Has ille in jaculo illigatas aferit: et Gallus inter Gallos sine ulla suspicione versatus, ad Cæsarem pervenit. Ab eo de periculo Ciceronis, legionisque cognoscit. Cæsar, accepit literis circiter hora xi. diei, statim nuntium<sup>51</sup> in Bellovacos ad M. Crassum quæstorem mittit; cuius hiberna aberant ab eo millia passuum xxv. Jubet media nocte legionem proficisci, celeriterque ad se venire. Exit cum nuntio Crassus. Alterum ad C. Fabium legatum mittit, ut in Attrebatum fines legionem adducat, qua sibi iter faciendum sciebat. Scribit Labieno, si Reipubl. commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat: reliquam partem exercitus, quod paullo aberat longius, non putat exspectandam. Equites circiter cd. ex proximis hibernis cogit. Hora circiter iii.<sup>46</sup> ab antecursoribus de Crassi adventu certior est factus: eo die millia passuum xx. progreditur. Crassum Samarobrinæ præficit, legionemque ei attribuit, quod ibi

<sup>51</sup> In Bellovacos ad M. Crassum.) De Bellovacis ad lib. ii. cap. 2. sect. 4. dictum. Pars erant præcipua Belgii proprii, quod Cæsar ita supra cap. 12. sect. 24. nominavit. Ibi enim Crassus cum legione in Belgio lo- cavit: hic ex Bellovacis evocat.

impedimenta exercitus, obsides civitatum, literas publicas, frumentumque omne, quod eo tolerandæ hie-mis causa devexerat, relinquebat. Fabius, ut imperato-rum erat, non ita multum moratus, in itinere cum le-gione occurrit. Labienus, interitu Sabini, et cæde cohortium cognita, cum omnes ad eum Trevirorum copie ve*ssent*, <sup>52</sup> veritus, si ex hibernis fugæ similem profectionem fecisset, ut hostium impetum sustinere non posset, præsertim quod recenti victoria efferri sci-ret, literas Cæsari remittit, quanto cum periculo le-gionem ex hibernis educturus esset: <sup>53</sup> rem gestam in Eburonibus præscribit: docet, omnes peditatus, equi-tatusque copias Tervirorum III. millia passuum longe ab suis castris <sup>54</sup> consedisse. Cæsar, consilio ejus pro-bato, etsi, opinione III. legionum dejectus, ad II. redie-rat, tamen unum communis salutis auxilium in celeri-tate ponebat. Venit magnis itineribus in Nerviorum fi-nes. Ibi ex captivis cognoscit, quæ apud Ciceronem gerantur; quantoque in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis præmis persuadet, uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc Græcis con-scri-ptam literis mittit, ne intercepta epistola, nostra ab hostibus consilia cognoscantur: si adire non possit, mo<sup>re</sup>t, ut tragulam cum epistola ad amentum deli-gata intra munitiones castrorum abjiciat. In literis scri-bit, se cum legionibus profectum celeriter affore: hor-tatur, ut pristinam virtutem retineat. Gallus pericu-lum veritus, ut erat præceptum, tragulam mittit. Hæc caso ad turim adhæsit, neque ab nostris biduo ani-madversa. Tertio die a quodam milite conspicitur, dempta ad Ciceronem defertur. Ille perfectam in con-ventu militum recitat, maximaque omnes lætitia affi-cit. Tum fumi incendiorum procul videbantur, quæ

<sup>52</sup> Veritus, ut non, > Malim non deteri: aut legi ne non, v. Cl. Perizon. ad Minerv. p. 915.

<sup>53</sup> Rem gestam in Eburonibus. > Cum Tituri Sabino, et Aurun-culejo Cotta, utroque cæso. Su-pra cap. 13. sect. 28. seq.

<sup>54</sup> Consedisse. > Castra po-suisse: ut l. 2. cap. II. sect. 21. c. 8. sect. 16. l. v. c. 6. sect. 6. consedit, et castra communiit. Et Livius v. 39. Galli inter Ro-mam, atque Anienem consede-tes.

res omnem dubitationem adventus legionum expulit.  
 Galli, re cognita per exploratores, obsidionem re- 49  
 linquunt, ad Cæsarem omni bus copiis contendunt. Eæ  
 erant armatorum circiter millia ix. Cicero, data fas-  
 cultate, Gallum ab eodem Verticone, quem supra de-  
 monstravimus, repetit, qui literas ad Cæsarem defe-  
 rat; hunc admonet, iter caute, diligenterque faciat;  
 perscribit in literis, hostes abs se discessisse, omnem-  
 que ad eum multitudinem convertisse. Quibus literis  
 circiter media nocte allatis, Cæsar suos facit certiores,  
 eosque ad dimicandum animo confirmat.

## CAPUT XX.

*Cæsar castra movet; eadem conspectis hostibus communis.  
 Hostium equites ad Cæsar's castra accedunt, et prælium  
 committunt: quo inito Cæsariani se in castra recepiunt;  
 hostes proprius accedunt. At Cæsar, simulato aliquandiu  
 timore, erupit, et hostes fugat. Inde ad Ciceronem pro-  
 ficitur; eumque, et legionem commendat pro rebus  
 gestis. Interim fama de victoria a Cæsare relata ad  
 Labienum perfertur.*

**P**ostero die luce prima movet castra: et circiter mil-  
 lia passuum iv. progressus trans vallem magnam, et rivum  
 hostium multitudinem conspicatur. Erat magni periculi  
 res, cum tantis copiis iniquo loco dimicare: tamen, quo-  
 niam liberatum obsidione Ciceronem sciebat, eoque omni-  
 no 55 remittendum de celeritate existimabat, consedit; et  
 quam æquissimo loco potest, castra communis: atque haec,  
 etsi erant exigua per se, vix hominum millium viii. præser-  
 tij nullis cum impedimentis, tamen angustiis viarum,  
 quam maxime potest, contrahit; eo consilio, ut in summam  
 contemplationem hostibus veniat. Interim speculatoribus in  
 omnes partes dimissis, explorat, quo commodissime itine-  
 re vallem transire posset. Eo die parvulis equestribus 50  
 præliis ad aquam factis, utriusque sese suo loco conti-

55 Remittendum de celeritate. Ideo minus celebrandum existi-  
 mabat.

nent; Galli, quod ampliores copias, quæ nondum convererant, exspectabant; Cæsar, si forte timoris simulatione hostes in suum locum elicere posset, citra vallem, ut pro castris prælio contenderet; si id efficere non posset, ut, exploratis itineribus, minore cum periculo vallem, rivumque transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra accedit, præliumque cum nostris equitibus committit. Cæsar consulto equites cedere, seque in castra recipere jubet; simul ex omnibus partibus castra altiore vallo muniri, portasque obstrui, atque iis administrandis rebus quam maxime con-

51 cursari, et cum simulatione agi timoris jubet. Quibus omnibus rebus hostes invitati, copias transducunt, aciemque iniquo loco constituant; nostris vero etiam de vallo deductis, proprius accedunt; et tela intra munitionem ex omnibus partibus conjiciunt; præconibusque circummissis, pronuntiari jubent, "seu quis Gallus, seu Romanus velit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere, post id tempus non fore potestatem." Ac sic nostros contempserunt, ut, obstructis in speciem portis singulis ordinibus cespitum, <sup>56</sup> quod ea non posse introrumpere videbantur, alii <sup>57</sup> valum manus scandere, alii fossas complere inciperent. Tunc Cæsar, omnibus portis eruptione facta, equitatique emiso, celeriter hostes dat in fugam sic, ut omnino pugnandi causa resisteret nemo; magnumque ex his numerum occidit, atque omnes armis exuit. Longius prosequi veritus, quod silvae, paludesque intercedebant, neque etiam parvulo detimento illum locum relinquere videbat; omnibus suis incolubus copiis, eodem die ad Ciceronem pervenit. Institutas turres, testudines,

52 munitionesque hostium admiratur. Legione products, cognoscit non decimum quemque esse relictum militem sine vulnere. Ex his omnibus judicat rebus, quanto cum periculo, et quanta virtute sint res administra-

<sup>56</sup> Quod ea non posse introrumpere.) Ea, sub audi via, quæ ellipsis videtur ad verbum facere.

<sup>57</sup> Vallum manu scandere.) Dura locutio: ab recentioribus

tamen recepta. Vetustiores libri, manu scandere, sicut Græci interpres, τὸ ἔρωτα τῇ χειρὶ περιτέμνει... Alius codex, vallum vi descendere.

tæ. Ciceronem pro ejus merito , legionemque collaudat: centuriones sigillatim , tribunosque militum appellat , quorum egregiam fuisse virtutem , testimonio Ciceronis cognoverat. De casu Sabini , et Cottæ certios ex captivis cognoscit. Postero die , concione habita , rem gestam proponit : milites consolatur , et confirmat : quod detrimentum culpa , et temeritate legari sit acceptum , hoc æquiore animo ferendum docet , quod beneficio Deorum immortalium , et virtute eorum expiato incommodo , neque hostibus diutina lætatio , neque ipsis longior dolor relinquatur. Interim ad Labienum per Rhemos incredibili celeritate de victoria Cæsaris fama perfertur : ut cum ab hibernis Ciceronis millia passuum l. abesset , eoque post horam nonam diei Cæsar pervenisset , ante medium noctem ad portas castrorum clamor oriretur ; quo clamore significatio victoriae , gratulatioque ab Rhemis Labieno fieret.

## CAPUT XXI.

*Indutiomarus copias in Treviro reducit. Cæsar, Fabio in hiberna remisso, biemare statuit circum Samarobrinam. Gallorum motus, et concilia nocturna, quæ ab illis habentur. Cæsar Principes civitatum, quæ Armorice dicuntur, terrendo, et cobortando in officio retinet. Cavarinus a Senonibus regno, et domo expellitur. Treviri, et Indutiomarus civitates trans Rhenum pecunias pollicendo sollicitant.*

**H**ac fama ad Treviros perlata , Indutiomarus , qui postero die castra Labieni oppugnare decreverat , noctu profugit , <sup>58</sup> copiasque omnes in Treviros reducit. Cæsar Fabium cum legione in sua remittit hibernas ipse cum III. legionibus circum Samarobrinam trinis hibernis hiemare constituit ; et , quod tanti motus Galliae extiterant , totam hiemem ipse ad exerci-

<sup>58</sup> Copias in Treviro reducit. Non enim in Treviris castra Labieni erant , sed in con-

finio Trevirorum. Supra cap.  
12. sect. 24.

tum manere decrevit. Nam illo incommodo de Sabini morte perlato, omnes fere Galliæ civitates de bello consultabant, nuntios, legationesque in omnes partes dimittebant; et quid reliqui consilii caperent, atque unde initium belli fieret, explorabant; nocturnaque in locis desertis concilia habebant, neque ullum totius hiemis tempus intercessit sine sollicitudine Cæsaris, quin aliquem de consiliis, et metu Gallorum nuntium acciperet. In his ab L. Roscio legato, quem legioni XIII. præfecerat, certior et factus, magnas Gallorum copias earum civitatum, <sup>59</sup> quæ Armoricæ appellantur, oppugnandi sui causa, convenisse; neque longius milibus passuum viii. ab hibernis suis abfuisse; sed nuntio allato de victoria Cæsaris, discessisse, adeo ut <sup>54</sup> fugæ similis discessus videretur. At Cæsar, principibus cujusque civitatis ad se vocatis, alios territando, cum se scire, quæ fierent, denuntiaret, alios eohortando, magnam partem Galliæ in officio tenuit. Tamen Senones, quæ est civitas in primis firma, et magnæ inter Gallos auctoritatis, Cavarinum, quem Cæsar apud eos regem constituerat, cuius frater Moritasgus, adventu in Galliam Cæsaris, cujusque maiores regnum obtinuerant, interficere publico consilio conati, cum ille præsensisset, ac profugisset, usque ad fines insecuri, regno, domoque expulerunt; et, missis ad Cæsarem satisfaciendi causâ legatis, cum is omnem ad se senatum venire jussisset, dicto audientes non fuerunt. Tantum apud homines barbaros valuit, esse repertos aliquos principes belli inferendi, tantamque omnium voluntatis commutationem attulit, ut præter Æduos, et Rheinos, quos præcipuo semper honore Cæsar habuit, alteros prævetere, ac perpetua erga populum Romanum fide, alteros pro recentibus belli Gallici officiis, nulla fere fuerit civitas non suspecta nobis. Idque adeo haud scio, mirandumne sit, cum compluribus aliis de causis, tum maxime, quod qui virtute belli omnibus gentibus præ-

<sup>59</sup> Quæ Armoricæ appellantur. ) lib. vii. cap. 27. sect. 75. eorum (Celtarum) consuetudine ita appellari traditur; quod

verbum Celticum esse demonstrat. Maritimæ significantur, quia *armor* est Latine *ad mare*.

ferebantur, tantum se ejus opinionis deperdidisse, ut populi Romani imperia perferrent, gravissime dolebant. Treviri vero, atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent: civitates sollicitarent: pecunias pollicerentur: magna parte exercitus nostri interfecta, multo minorem superesse dicereat partem. Neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transire, "cum se bis expertos dicerent, Ariovisti bello, et Tencterorum transitu; non esse fortunam amplius tentaturos.",

## C A P U T XXII.

*Indutiomarus delectum habet: et armato concilio indicto, Cingetorigem generum suum, bonis publicatis, hostem iudicat; inde in concilio dicit, se per fines Remorum iturum, et Labieni castra oppugnaturum. Labienus nuntiis ad finitimas civitates missis, equitatum convocat. Indutiomarus ad castra Labieni accedit, ejusque milites ad pugnam provocat. Tandem e portis eruptione facta, milites Labieni Indutiomarum inseguuntur, et occidunt. Eburones, et Nervii, recognita, discedunt.*

Hac spe lapsus Indutiomarus nihilominus copias cogere, exigere a finitimis, equos parare, exules,<sup>60</sup> damnatosque e Gallia magnis præmiis ad se allicere cœpit; ac tantam sibi jam iis rebus in Gallia auctoritatem comparaverat, ut undique ad eum legationes concurrerent; gratiam, atque amicitiam publice, privatimque peterent. Ubi intellexit, ultiro ad se veniri; altera ex parte Senones, Carnutesque conscientia facinoris instigari; altera Nervios, Aduaticosque bellum Romanis parare; neque sibi voluntariorum copias defore, si ex finibus suis progredi cœpisset; armatum concilium indictit. Hoc more Gallorum est initium

*60 Dammatorque e Gallia.* E Gallia propria, aut latius etiam sumpta, ut Treviris soñis, ac clientibus illorum op-

ponatur. Quidam recentes libri sine præpositione; at ingentes etiam ex *πόλεσ της Ταλατίας*.

belli, quo, lege communi, omnes puberes armati convenire coguntur; et qui ex iis novissimus venit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingetorigem, alterius principem factionis, generum suum, quem supra demonstravimus Cæsaris secutum fidem ab eo non discessisse, hostem judicandum curat; bonaque ejus publicat. His rebus confectis, in concilio pronuntiat, accersitum se a Senonibus, et Carnutibus, aliisque compluribus Galliæ civitatibus; huc iter facturum per fines Rhemorum, eorumque agros populaturum, ac priusquam id faciat, castra Labieni oppugnaturum: quæque fieri velit, præcipit. Labienus, cum et loci natura, et manu munitissimis castris sese contineret, de suo, ac legionis periculo nihil timebat, sed ne quam occasionem rei bene gerendæ dimitteret, cogitabat. Itaque a Cingetorige, atque ejus propinquuis oratione Indutiomari cogita, quam in concilio habuerat, nuntios mittit ad finitimas civitates, equitesque undique convocat. Iis certam diem conveniendi dicit. Interim prope quotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris ejus vagabatur; alias ut situm castrorum cognosceret, alias colloquandi, aut territandi causa. Equites plerumque omnes tela intra vallum conjiciebant. Labienus suos intra munitiones continebat: timorisque opinionem, quibuscumque poterat rebus, augebat. Cum majore in dies contemptione Indutiomarus ad castra accederet, nocte una intromissis equitibus omnium finitimarum civitatum, quos accersendos curaverat, tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra continuit, ut nulla ratione ea res enuntiari, aut ad Treviros perferri posset. Interim ex consuetudine quotidiana Indutiomarus ad castra accedit, atque ibi magnam partem diei consumit. Equites tela conjiciunt, et magna contumelia verborum nostros ad pugna evocant. Nullo a nostris dato responso, ubi visum est, sub vesperum dispersi, ac dissipati discedunt: subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit: præcipit, atque interdicit, perterritis hostibus, atque in fugam conjectis, quod fore, sicut accidit, videbat, omnes unum peterent Indutiomarum,

neu quis quemquam prius vulneraret, quam illum interfectum videret; quod, mora reliquorum, illum spatiū nactum effugere solebat. Magna proponit iis, qui occiderint, præmia. Summittit cohortes equitibus subsidio. Comprobat hominis consilium fortuna; et, cum unum omnes peterent,<sup>61</sup> in ipso fluminis vado deprehensus Indutiomarus interficitur, caputque ejus referatur in castra. Redeunt equites, quos possunt, consectantur, atque occidunt. Hae re cognita, omnes Eboronum, et Nerviorum, quæ convenerant, copiæ descendunt, paulloque habuit post id factum Cæsar quietorem Galliam.

<sup>61</sup> In ipso fluminis vado,) tur: Rhemos autem Mosa divisit a Treviris, quod Cluverius II. 14. probavit.

C. JULII CÆSARIS  
 COMMENTARIORUM  
 DE BELLO GALLICO  
 LIBER SEXTUS.

## CAPUT I.

*Cæsar per legatos celeriter delectum habet, adjuvantē  
 Cn. Pompejo. Treviri imperium deferunt ad propinquos  
 Indutiomari. Hi finitimos, Germanosque sollicitant, Am-  
 biorige sibi socio adjuncto. Cæsar rebus cognitis, in fines  
 Nerviorum contendit, quibus in deditiōnem acceptis,  
 legiones in hiberna reducit.*

I. *Multis de causis Cæsar majoren Galliæ motum ex-  
 spectans, per M. Silanum, C. Antistium Rheginum, T.  
 Sextium legatos, delectum habere instituit; simul ab  
 Cn. Pompejo proconsule petit, quoniam ipse <sup>1</sup> ad  
 urbem cum imperio <sup>2</sup> Reipublice causa maneret, <sup>3</sup>  
 quos ex Cisalpina Gallia consulis sacramento roga-  
 visset, ad signa convenire, et ad se proficiisci juberet:*

<sup>1</sup> *Ad urbem cum imperio.)* Ad urbem, quia proconsul erat Pompejus, nec vero in provincia, quam per legatos regebat. Adi quæ ad Cic. lib. III. ep. VIII. pr. notavimus.

<sup>2</sup> *Reipublicæ causa.)* Rei frumentarie causa, quam Tiberis exundatio corruperat. Dion. Cassius, lib. XXXIX. pag. 119. <sup>4</sup> Πομπαῖως κατά τὴν τοῦ εἵτου πρόγοιαν εκδημήσας.

<sup>3</sup> *Quos consulis sacramento rogaricet.)* Quidam conjiciunt

*consul: affus consul iūs divise le-  
 gendum esse: sed nec consulis  
 sacramento male, id est, in quod  
 consul adigebat. Formula sacra-  
 menti est apud Livium XXII. 38.  
 Dicendi formula, sacramento ro-  
 gare apud eumdem XXXII. 26.  
 XXXV. 2. XL. 26. Festus dixit  
 sacramento interrogari, quia in-  
 terrogando exigebatur. Ei oppo-  
 nitur dicere sacramentum, Cæ-  
 sar Civ. I. seu dicere sacra-  
 men-  
 to, cap. 37. sect. 86.*

magni intereste etiam in reliquum tempus ad opinionem Galliae existimans, tantas videri Italie facultates, ut si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modo id brevi tempore sarciri, sed etiam majoribus adaugeri copiis posset. Quod cum Pompejus et Reipubl. et amicitiae tribuisse, celeriter confecto per suos delectu, tribus ante exactiam hiemein et constitutis, et adductis legionibus, duplicitaque earum cohortium numero, quas cum Q. Titurio amiserat, et celeritate, et copiis docuit, quid populi Romani disciplina, atque opes possent. Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad ejus propinquos a Treveris imperium defertur. Illi finitimos, atque Germanos sollicitare, et pecuniam polliceri non desistunt. Cum ab proximis impetrare non possent, ulteriores tentant: inventis nonnullis, civitates jurejurando inter se confirmant, obsidibusque de pecunia carent. Ambiorigem sibi societate, et foedere adjungunt. Quibus rebus cognitis, Cæsar, cum undique bellum parari videret, Nervios, Aduaticos, ac Menapios, adiunctis cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis; <sup>4</sup> Senones ad imperatum non venire, et cum Carnutibus, finitismisque civitatibus consilia coincommunicare; a Treviris Germanos crebris legationibus sollicitari: maturius sibi de bello cogitandum putavit. Itaque, nondum hie me confecta, proximis <sup>3</sup> iv. legionibus coactis, de improviso in fines Nerviorum contendit; et priusquam illi aut convenire, aut profugere possent, magno pecoris, atque hominum numero capto, atque ea pœna militibus concessa, vastatisque agris, in deditioinem venire, atque obsides sibi dare coegit. Eo celeriter confecto negotio, rursus legiones in hiberna reduxit.

<sup>4</sup> Σενονες ad imperatum.) Pæto scribit: nunc ades ad immorandum, Lege ibi interpretes. De Senonibus mox cap. S.

## CAPUT II.

Cæsar concilium in Lutetiam Parisiorum transfert, indeque contra Senones proficiscitur. Hi, propter tentatum defectionem, legatos ad Cæsarem mittunt veniam poscentes, quam impetrant. Porro Cæsar bellum in Treviros meditatur, et Ambiorigem; prius tamen contra Menapios contendit. Hi coacti legatos ad Cæsarem de pace mittunt.

**4** Concilio Galliæ primo vere, ut instituerat, indicto, cum reliqui <sup>5</sup> præter Senones, Carnutes, Treviroisque venissent, initium belli, ac defectionis hoc esse arbitratus, ut omnia postponere videretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. Confines erant hi Senonibus, civitatemque patrum memoria conjunxerant: sed ab hoc consilio abfuisse existimabantur. Hac re pro sugestu pronuntiata, eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur, magnisque itineribus eo pervenit. Cognito ejus adventu, Acco, qui princeps ejus consilii fuerat, jubet in oppida multitudinem convenire: conantibus, priusquam id effici posset, adesse Romanos nuntiat. Necesario sententia desistunt, legatos deprecandi causa ad Cæsarem mittunt. Adeunt per Aduos, quorum antiquitus erat in fide civitas. Libenter Cæsar, potentibus Aduis, dat veniam, excusationemque accipit, quod aestivum tempus instantis belli, non questionis esse arbitratur. Obsidibus imperatis centum, hos Aduis custodiendos tradit. Eodem Carnutes legatos, obsidesquemittunt, usi deprecatoribus Rhenis, quorum erant in clientela. Eadem ferunt responsa. Peragit concilium Cæsar, equitesque imperat civitatibus. Hac parte Galliæ pacata, totus et mente, et animo in bellum Trevorum, et Ambiorigis insistit. Cavarinum cum equitatu Senonum secum proficisci jubet, ne quis aut ex hujus iracundia, aut ex eo, quod meruerat, odio civitatis

<sup>5</sup> Præter Senones.) Senones Parisiis. Urbs illorum Agendis supra Icaunæ, et Sequanæ confluente, in meridiem vergunt <sup>2</sup> cum, delinde populi nomine Senones dicta; nunc Sens.

motus existat. His rebus constitutis, quod pro explorato habebat, Ambiorigem prælio non esse certaturum, reliqua ejus consilia animo circumspiciebat. Erant Menapii propinqui Eburonum finibus, perpetuis paludibus, silvisque muniti, qui uoi ex Gallia de pace ad Cæsarem legatos numquam miserant. Cum iis esse hospitium Ambiorigi sciebat: item per Treviros venisse Germanis in amicitiam cognoverat. Hæc prius illi detrahenda auxilia existimabat, quam ipsum bello lacesendum, ne, desperata salute, aut se in Menapios abderet, aut cum transrhenanis congregari cogeretur. Hoc inito consilio, totius exercitus impedimenta<sup>6</sup> ad Labienum in Treviros mitti, duasque legiones ad eum proficisci jubet. Ipse cum legionibus expeditis v. in Menapios proficiscitur. Illi, nulla coacta manu, loci praesidio freti, in silvas, paludesque confugunt; suaque eodem conferunt. Cæsar partitis copiis cum C. Fabio legato, et M. Crasso quæstore, celeriterque effectis pontibus, adit tripartito, ædificia, vicosque incendit, magno pecoris, atque hominum numero potitur. Quibus rebus coacti Menapii, legatos ad eum, pacis petendæ causa, mittunt. Ille, ob sidibus acceptis, hostium se habiturum numero confirmat, si aut Ambiorigem, aut ejus legatos finibus suis receperissent. His confirmatis rebus, Comium Attrebatem cum equitatu, custodis loco, in Menapiis relinquit; ipse in Treviros proficiscitur.

<sup>6</sup> Ad Labienum in Treviros.) Trevirorum, lib. v. cap. 13. Ergone promoverat castra, quæ sect. 25. Ad dicta ad lib. v. cap. in Rhemis habuerat, in confinio 22. sect. 58.

## C A P U T III.

Treviri Labienum adoriri parant, is non procul ab hostibus castra munit; paullo post motis castris milites ad pugnam hortatur, prælioque commisso hostes fugiunt. Inde civitatis receptæ imperium Cingetorigi traditur.

Dum hæc a Cæsare geruntur, Treviri magnis coætis peditatus, equitatusque copiis, Labienum cum una

legione, quæ in eorum finibus hiemaverat, adoriri parabant. Jamque ab eo non longius bidui via aberant, cum duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt. Positis castris ab eis millibus passuum xv. auxilia Germanorum exspectare constituunt. Labienus, hostium cognito consilio, sperans temeritate eorum fore aliquam dimicandi facultatem, v. cohortium præsidio impedimentis relicto, cum xxv. cohortibus, magnoque equitatu contra hostem proficiscitur, et m. passuum intermisso spatio, castra communis. Erat inter Labienum, atque hostem <sup>7</sup> difficiili transitu flumen, ripisque præruptis. Hoc neque ipse transire habebat in animo, neque hostes transituros existimabat. Augebatur auxiliorum quotidie spes. Loquitur in concilio palam, “quoniam Germani apopinqnare dicuntur, sese suas, exercitusque fortunas in dubium non devocaturum, et postero die prima luce castra moturum.” Celeriter hæc ad hostes deferuntur, ut ex magno Gallorum equitum numero nonnullos Gallicis rebus favere natura cogebat. Labienus noctu tribunis milit., <sup>8</sup> primisque ordinibus convocatis, quid suū consilii sit, proponit, et quo facilius hostibus timoris det suspicionem, majore strepitu, et tumultu, quam populi Romani fert consuetudo, castra moveri jubet. His rebus fugæ similem profectionem efficit. Hæc quoque per exploratores ante lucem in tanta propinquitate casorum ad hostes deferuntur. Vix agmen novissimum extra munitiones processerat, cum Galli cohortati inter se, “ne speratam prædam ex manibus dimitterent; longum esse, perterritis Romanis, Germanorum auxilium exspectare; neque suam pati dignitatem, ut tantis copiis tam exiguum nianum, præsertim fugientem atque impeditam, adoriri non audeant:,” flumen transire, et iniquo loco prælium committere non dubitant. Quæ fore suspicatus Labienus, ut omnes citra flumen eliceret <sup>9</sup>

<sup>7</sup> Difficili transitu flumen.)  
Quoniam castrorum locus non satis certus, ut ad cap. 5. sect. 4. debitavimus; neque flumen hoc licebit ex pluribus designare.

<sup>8</sup> Primi ordinibus convocatis.)  
Centurionibus primorum ordi-

num. Vide lib. 5. c. 13. sect. 28.

<sup>9</sup> Eadem usus simulatione unneris.) ITINERIS, discessus, recessio-  
nis, fugæ similis, ut non sit quod Fulvius timoris malit. Hoc Labieni stratagema Frontinus laudavit lib. 2. cap. 5. n. 20.

eadem usus simulatione itineris, placide progrediebatur. Tum præmissis paululum impedimentis: "Habetis, inquit, milites, quam petistis, facultatem: hostem impedito, atque iniquo loco tenetis: præstate eamdem nobis ducibus virtutem, quam sæpenumero imperatori præstistis: eum adesse, et hæc coram cernere existimate." Simul signa ad hostem converti, aciemque dirigi jubet, et paucis turmis præsidio ad impedimenta dimissis, reliquos equites ad latera disponit. Celeriter nostri, clamore sublato, pila in hostes jaciunt. Illi, ubi præter spem, quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt, impetum modo ferre non potuerunt, ac primo concursu in fugam conjecti, proximas silvas petiverunt, quos Labienus equitatu consecutatus, magno numero interfecto, compluribus captis, paucis post diebus civitatem recipit. Nam Germani, qui auxilio veniebant, percepta Trevirorum fuga, sese domum contulerunt. Cum iis propinqui Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, comitati eos ex civitate excessere. Cingetorigi, quem ab initio permansisse in officio demonstravimus, principatus, atque imperium est traditum.

## CAPUT IV.

**F**onte supra Rhenum Cæsar is jussu facto, exercitus transducitur. Ubii legatos ad Cæsarem mittunt; porro ab iisdem Cæsar certior fit, Suevos, qui auxilia Treviris miserant, exercitum cogere. Cæsar Ubiis imperat, ut cognoscant, quenam a Suevis gerantur, quod proempte faciunt.

**C**æsar postquam ex Menapiis in Treviros venit, <sup>9</sup> duas de causis Rhenum transire constituit, quarum erat altera, quod auxilia contra se Treviris miserant, altera, ne Ambiorix receptum ad eos haberet. His constitutis rebus, <sup>10</sup> paulum supra eum locum, quo antea exercitum transduxerat, facere pontem instituit. Nota, atque

<sup>10</sup> Paulum supra cum locum.) dimus; hic autem factus in Prior pons in Ubiis fuit, ut ad Treveris, sect. 6.  
lib. IV. cap. 10. ostendit.

instituta ratione, magno militum studio, paucis diebus opus efficitur: firmo in Treviris præsidio ad pontem relictio, ne quis ab iis subito motus oriretur, reliquas copias, equitatumque transducit. Ubii, qui ante obsides dederant, atque in ditionem venerant, purgandi sui causa ad eum legatos mittunt, qui doceant, "neque ex sua civitate auxilia in Treviros missa, neque ab se fidem læsam. Petunt, atque orant, ut sibi parcat, ne communio odio Germanorum, innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Si amplius obsidum velit, dare pollicentur." Cognita Cæsar causa, reperit ab Suevis auxilia missa esse, Ubiorum satisfactionem accipit, aditus, viasque in 10 Suevo perquirit. Interim paucis post diebus fit ab Ubiis certior, Suevos omnes in unum locum copias cogere, atque iis nationibus, quæ sub eorum sunt imperio, denunciare, ut auxilia peditatus, equitatusque mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam providet, castris idoneum locum deligit. Ubiis imperat, ut pecora deducant, suaque omnia ex agris in oppida conserant, sperans barbaros, atque imperitos homines, inopia cibariorum ad ductos, ad iniquam pugnandi conditionem posse deduci. Mandat, ut crebros exploratotes in Suevos mittant, quæque apud eos gerantur, cognoscant. Illi imperata faciunt, et paucis diebus intermissis referunt: "Suevos omnes, posteaquam certiores nuntii de exercitu Romanorum venerant, cum omnibus suis, sociorumque copiis, quas coegissent, penitus ad extremos fines sese recipisse. Silvam esse ibi infinitæ magnitudinis, <sup>ix</sup> quæ appellatur Bacenis: hanc longe introrsus pertinere, et pro nativo muro objectam, Cheruscos a Suevis, Suevosque a Cheruscis injuriis, incursionibusque prohibere: ad ejus initium silvæ Suevos adventum Romanorum exspectare constituisse."

<sup>ii</sup> Quæ appellatur Bacenis.) Græcus Bokevvi. Pars fuit magna Herciniæ, et quia in extremitate Cattorum, a quibus Cheruscos inter Visurgim, et Albim

populos sejungit, non videtur longius ab illis reliquis, quas hodieque *den Haartz* appellamus.

## CAPUT V.

**D**escribuntur Galliæ mores. Omnes Galliæ civitates in duas partes divisæ principes suos habent. Alterius quidem partis sunt Ædui; alterius vero Sequani; qui ad ventu Cæsaris in Galliam dimittunt principatum, quem Rheni consequuntur. Eorum, qui in honore sunt apud Gallos, duo sunt genera, alterum Druidum, equitum alterum: multæ alia præterea ad utrumque genus pertinientia narrantur.

**Q**uoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur de Galliæ, Germaniæque moribus, et quo differant eæ nationes inter se, proponere. "In Gallia non solum in omnibus civitatibus, atque pagis, partibusque, sed pæne etiam in singulis domibus factiones sunt: earumque factionum sunt principes, qui summam auctoritatem eorum judicio habere existimantur, quorum ad arbitrium, judiciumque summa omnium rerum, consiliorumque redeat. Idque ejus rei causa antiquitus institutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiores auxiliis egeret. Suos enim opprimi quisque, et circumveniri non patitur; neque aliter si faciat, ullam inter suos habet auctoritatem. "Hæc eadem ratio est in summa totius Galliæ. Namque omnes civitates in duas partes divisæ sunt. Cum Cæsar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Ædui, alterius Sequani. Ii cum per se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in Æduis, magnæque eorum erant clientelæ, Germanos, atque Arlovistum sibi adjunxerant, eosque ad se <sup>12</sup> magnis jacturis, pollicitationibusque produxerant. Præliis vero compluribus factis secundis, atque omnino nobilitate Æduorum imperfecta, tantum potentia antecesserant, ut magnam partem clientum ab Æduis ad

<sup>12</sup> Magnis jacturis, pollicitationibusque.) Interpres dicit, una voce utramque latinam complexus. Jacturæ, largitiones cum damno largientis factæ.

Noster Civil. III. extremo de principatu controversia apud milites largitiones auxilium, magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat.

se transducerent ; obsidesque ab iis principum filios acciperent ; et publice jurare cogerent , nihil se contra Sequanos consilii inituros ; et partem finitimi agri per vim occupatam possiderent , Galliæque totius principatum obtinerent . Qua necessitate adductus Divitiacus auxilii petendi causa Romam ad Senatum profectus , infecta re redierat . Adventu Cæsaris facta commutatio rerum , obsidibus Æduis redditis veteribus clientelis restitutis , novis per Cæsaren comparatis , quod ii , qui se ad eorum amicitiam aggregaverant , meliore conditione , atque imperio æquiore se uti videbant , reliquis rebus eorum gratia , dignitateque amplificata , Sequani principatum dimiserant . In eorum locum Rhemi successerant , quos quod adæquare apud Cæsarem gratia intelligebatur , ii , qui propter veteres inimicities nullo modo cum Æduis conjungi poterant , se Rhemis in clientelam dederant . Hos illi diligenter tuebantur . Ita et novam , et repente collectam auctoritatem tenebant . Eo tum statu res erat , ut longe principes haberentur Ædui , secundum locum dignitatis Rhemi obtinenterent . "In omni Gallia eorum hominum , qui aliquo sunt numero atque honore , genera sunt duo . Nam plebs pœne servorum habetur loco , quæ per se nihil audet , et nulli adhibetur consilio . Plerique , cum aut ære alieno , aut magnitudine tributorum , aut injuria potentiorum premuntur , sese in servitutem dicant nobilibus . In hos eadem omnia sunt jura , quæ dominis in servos . Sed de his duobus generibus <sup>13</sup> alterum est Druidum , alterum equitum . Illi rebus divinis intersunt , sacrificia publica , ac privata procurant , religiones interpretantur . Ad hos magnus adolescentium numerus discipline causa concurrit ; magnoque ii sunt apud eos honore . Nam fere de omnibus controversiis publicis , privatisque constituunt ; et si quod est admissum faci-

<sup>13</sup> Alterum est Druidum .) ficia obeant : et Druides proprios , qui circa philosophiam , moralem præsertim , versentur . Vide Strab . iv . pag . 136 . Quos Cæsar late vocat Druides , alii in tria genera dispergentur . Bardos , qui hymnos , et carmina tractent : et Vates et Lucan . lib . I . vers . 448 . (Ovateis Strabo ) qui sacrificia seqq .

nus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controversia est, iidem decernunt: præmia, pœnasque constituant: si quis aut privatus, aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Hæc pœna apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, ii numero impiorum, ac sceleratorum habentur; ab iis omnes decedunt; adiūcum eorum, sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant; neque iis potentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur. His autem omnibus Druidibus præest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mortuo, si quis ex reliquis excellit dignitate, succedit. At, si sunt plures pares suffragio Druidum adlegitur; nonnunquam etiam de principatu armis contendunt. II certo anni tempore in finibus Carnutum, quæ<sup>14</sup> regio totius Galliæ media habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, convenient, eorumque judiciis, decretisque parent. Disciplina in Britannia reperta, atque inde in Galliam translata esse existimatur. Et nunc, qui diligenter eam rem cognoscere volunt, plerumque illo, discendi causa, proficiscuntur. Druides a bello abesse<sup>14</sup> consueverunt, neque tributa una cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem. Tantis excitati præmiis, et sua sponte multi in disciplinam convenient, et a propinquis, parentibusque mittuntur. Magnum ibi numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent; neque fas esse existimant ea literis mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus,<sup>15</sup> Græcis literis utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgus disciplinam efferrî velint, neque eos, qui discunt, li-

<sup>14</sup> Regio totius Galliæ media.) Laxe etiam haec medietas accipienda, sicut umbilicus terræ in Delphis, quem Græci crediderunt. Vide Notit. O. A. lib. I. cap. 4.

<sup>15</sup> Græcis literis utantur.)

Quamvis interpres etiam Ἀλυπικοῖς reddiderit; tamen Hotmanus, et Dion. Vossius hanc vocem Græcis eliminandam censent. Potest tamen etiam retineri, ut explicatio ex lib. I. cap. 16. sect. 29. repetatur.

teris confisos, minus memoriae studere; quod ferre plerisque accidit, ut praesidio literarum diligentiam in perdiscendo, ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed<sup>16</sup> ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa præterea de sideribus, atque eorum motu, de mundi, ac terrarum magnitudine, de rerum natura, de Deorum immortalium vi, ac potestate disputant, et juvenis<sup>15</sup> tuti tradunt. Alterum genus est equitum. Ii, cum est usus, atque aliquod bellum incidit, (quod ante Cæsaris adventum fere quotannis accidere solebat, uti aut ipsi injurias inferrent, aut illatas propulsarent) omnes in bello versantur; atque eorum ut quisque est gener, copiisque amplissimus, ita plurimos circum se<sup>17</sup> ambactos, clientesque habet. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt. Natio est omnis Gallorum admundum dedita religionibus, atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis, quique in præliis, periculisque versantur, aut<sup>18</sup> pro victimis homines immolant, aut se immolaturos voent, administrisque ad ea sacrificia Druidibus utuntur; quod pro vita hominis, nisi vita hominis reddatur, non posse aliter Deorum immortalium numen placari arbitrantur: publiceque ejusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacula habent: quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent, quibus

<sup>16</sup> Ab aliis post mortem transire.) Hæc ipsa est μετεμψύχωσις: quam an Pythagoras a Druidibus acceperit, an hi a Pythagora, incertum. Alexander tamen, Pythagorus scriptor, tradit apud Clementem Alexandrinum lib. I. Strom. pag. 304. Pythagoram Gallorum etiam auditorem fuisse.

<sup>17</sup> Ambactos, clientesque.) Posteriore verbo explicatur prius. Cæsari certe clientes sunt

ambacti. Alibi servi, apud Ennium. Vet. Gloss. Ambactus δοῦλος μισθωτός ὁ; E'ννιος: quod etiam videtur Festus dixisse, sed interpolavit Paulus, ut genuina lectio ex glossa restituenda sit.

<sup>18</sup> Pro victimis homines immolant.) Lactantium I. 21. 3. Galli Esu, atque Teutatem humano curore placabant, quod etiam Lucanus lib. I. vers. 444 seq. confirmat.

succensis , circumventi flamma examinantur homines. Suppicia eorum , qui in furto , aut latrocinio , aut aliqua noxa sint comprehensi , gratiora diis immortalibus esse arbitrantur. Sed cum ejus generis copia deficit , etiam ad innocentium suppicia descendunt. <sup>19</sup> Deum <sup>17</sup> maxime Mercurium colunt. Hujus sunt plurima simulacra ; hunc omnium inventorem artium ferunt ; hunc viarum , atque itinerum ducem ; hunc ad quæstus pecuniae , mercaturasque habere vim maximam arbitrantur. Post hunc , Appollinem , et Martem , et Jovem , et Minervam . De his eamdem fere , quam reliquæ gentes , habent opinionem ; Appollinem morbos depellere ; Minervam operum , atque artificiorum initia tradere ; Jovem imperium cœlestium tenere ; Martem bella regere. Huic , cum prælio dimicare constituerunt , ea , quæ bello ceperunt , <sup>20</sup> plerumque devovent. Quæ superaverint , animalia capta immolant ; reliquas res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum extuctos cumulos locis consecratis conspicari licet. Neque sæpe accidit , ut , neglecta quispiam religione , aut capta apud se occultare , aut posita tollere auderet : gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est. Galli se omnes ab Dite patre prognatos prædicant : idque ab Druidibus proditum dicunt : ob eam causam spatia omnis temporis non numero dierum , sed noctium finiunt : et dies natales , et mensium , et annorum initia sic observant , ut noctem dies subsequatur. In reliquis vitæ institutis hoc fere ab reliquis differunt , quod suos liberos , nisi cum adoleverint , ut munus militiæ sustinere possint , palam ad se adire non patientur ; filiumque puerili ætate in publico , in conspectu patris assistere , turpe ducunt. Viri quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine acceperunt , tantas ex

<sup>19</sup> Deum maxime Mercurium .) Plures Deum legunt , et Græcus θεόν , quia et Tacitus German. cap. 9. Deorum maxime Mercurium colunt. Sed an id Cæsaris dictio ferat , dubitat D. Vossius , et quarto casu ma-

vult legi , præsertim quod inscriptione hoc peculiare Mercurio tribuant DEO MERCURIO.

<sup>20</sup> Plerumque devovent.) Hoe et solemne Capuanis fuit. Tacit. XIII. 56. 3.

suis bonis, aestimatione facta, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniae conjunctim ratio habetur, fructusque servantur. Uter eorum vita superarit, ad eum pars utriusque cum fructibus superiorum temporum pervenit. Viri in uxores, sicuti in liberos, vitæ necisque habent potestatem: et cum paterfamilias illustriore loco natus decessit, ejus propinqui convenient: et de morte, si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum questionem habent: et, si competunt est, igni, atque omnibus tormentis excruciatas interficiunt. Funera sunt pro cultu Gallorum magnifica, et sumptuosa; omniaque, quæ vivis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia; ac paullo supra hanc memoriam servi, et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, justis funeribus confectis, una cremabantur. Quæ civitates commodius suam Republ. administrare existimantur, habent <sup>21</sup> legibus sanctum, si quis quid de Republ. a finitimis rumore, aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat, neve cum quo alio communicet, quod sæpe homines temerarios, arque imperitos falsis rumoribus terreri, et ad facinus impelli, et de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus, quæ visa sunt, occultant: quæque esse ex usu judicaverint, multitudini produnt. De Republ. nisi per concilium loqui non conceditur.,,

<sup>21</sup> Legibus sanctum.) Id est, libri habent: castigatores auctoritatem, ut veteres quidam tem. sanctum.

## CAPUT VI.

Germaniæ mores describuntur, tum ea, quæ ad eorum religionem, judicia, dignitates, rem bellicam spectant. Loca circa silvam Herciniam fertilissima perhibentur, in qua multa animalia nascentur nobis omnino ignota.

<sup>21</sup> Germani multum ab hac consuetudine differunt. “Nam neque Druides habent, qui rebus divinis praesint; neque sacrificiis student. Deorum numero eos

solos ducunt, quos cernunt, et quorum opibus aperte  
juvantur, Solem, et Vulcanum, et Lunam: reliquos ne  
fama quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus,  
atque in studiis rei militaris consistit. Ab parvulis la-  
bore, ac duritiae student. Qui diutissime impuberes per-  
manserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc  
ali staturam, ali vires, nervosque confirmari putant.  
Intra annum vero xx. feminæ notitiam habuisse, in  
turpissimis habent rebus. Cujus rei nulla est occultatio;  
quod et promiscue in fluminibus perlungunt, et pelli-  
bus, aut <sup>22</sup> parvis rhenorum tegumentis utuntur, ma-  
gna corporis parte nuda. Agriculturæ non student: ma-  
jorque pars victus eorum in lacte, et caseo, et carne  
consistit: neque quisquam agri modum certum, aut fi-  
nes proprios habet; sed magistratus, ac principes in  
annos singulos gentibus, cognationibusque hominum, qui  
una coierunt, quantum eis, et quo loco visum est, at-  
tribuunt agri, atque anno post allo transire cogunt.  
Eius rei multas afferunt causas; ne assidua consuetudi-  
ne capti studium belli gerendi agricultura commutent;  
ne latos fines parare studeant, potentioresque humilio-  
res possessionibus expellant; ne accuratius ad frigora,  
atque æstus vitandos ædificant; ne qua oriatur pecu-  
niæ cupiditas, qua ex re factiones, dissensionesque na-  
scuntur; ut animi æquitate plebem contineant, cum  
suas quisque opes cum potentissimis æquari videat. Ci-  
vitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se  
vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium vir-  
tutis existimant, expulsos agris finitimos cedere, ne-  
que quemquam prope se audere consistere: simul hoc  
se fore tutiores arbitrantur, repentinæ incursionis ti-  
more sublato. Cum bellum civitas aut illatum defendit,  
aut infert, magistratus, qui eo bello præsint, ut vi-

<sup>22</sup> Parvis rhenorum tegu-  
mentis.) Varroni 4. 35. de LL.  
rheno peregrinum est vocabu-  
lum. Isidorus Orig. xxix. 23.  
Rhenones sunt velamina humero-  
rum, et pectoris usque ad umbi-  
licum, atque intortis villis adeo  
hispida, ut imbreves respuant. Ad-

dit ex Sallustii Hist. fragmen-  
tum: Germani integrum rhenoni-  
bus corporis tegunt. Sidonius lib.  
4. epist. xx. clausa bullatis ta-  
teru rhenonibus. Et Servius ad  
111. Georg. 183. ut Sallustius  
dicit in Historiis vestes de gallie  
rhenones vocantur.

tæ , necisque habeant potestatem , deliguntur . In pace nullus communis est magistratus , sed principes regionum , atque pagorum inter suos jus dicunt , controversiasque minuunt . Latrocinia nullam habeat infamiam , quæ extra fines cuiusvis civitatis fiunt ; atque ea juventutis exercendæ , ac desidiæ minuendæ causa fieri prædicant . Atque , ubi quis ex principibus in concilio se dixit ducem fore , ut qui sequi velint , profiteantur , consurgunt ii , qui et causam , et hominem probant , suumque auxilium pollicentur , atque ab multitudine collaudantur : qui ex iis secuti non sunt , in desertorum , ac proditorum numero ducuntur ; omniumque rerum iis postea fides abrogatur . Hospites violare , fas non putant : qui quaque de causa ad eos venerunt , ab injuria prohibent , sanctosque habent , iisque omnium domus patent , victusque communicatur ., Ac fuit ante tempus , cum Germanos Galli virtute superarent , et ultiro bella inferrent , ac , propter hominum multitudinem , agrique inopiam , trans Rhenum colonias mitterent . Itaque ea , quæ fertilissima sunt , Germania loca circum Herciniam silvam ( quam <sup>23</sup> Eratostheni , et quibusdam Græcis fama notam esse video , quam illi Orciniam appellant ) <sup>24</sup> Volcæ Tectosages occuparunt , atque ibi consederunt : quæ gens ad hoc tempus iis sedibus se continet , summamque habet justitiæ , et bellicæ laudis opinionem ; nuncque in eadem inopia , egestate , patientia , qua Germani , permanent ; eodem victu , et cultu corporis utuntur . Gallis autem propinquitas , et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam , atque usum largitur ; paulatim assuefacti superrari , multisque victi præliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant . Hujus Herciniæ silvæ , quæ supra

<sup>23</sup> Eratosteni , et aliis q.) Eratosthenes geographus , cuius sœpe Strabo mentionem fecit . Quod sequitur alii , a Cluverio est Serm . p . 702 . quia et ipse Eratosthenes Græcus fuit .

<sup>24</sup> Volcæ Tectosages . ) Galli genere , quorum ut colonia

in Asiam venit , ita filius in viciniam Germaniam deduci potuit . Male quidam libri , vulgo Tectosages . Græcus interpres : οἱ τε βόλκοι καὶ οἱ Τεκτόσαγες . Sed abundat καὶ , quia non diversi sunt , sed genus Volcarum Tectosages .

demonstrata est, latitudo ix. dierum iter expedito patet: non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum, et Nemetum, et Rauracorum finibus, rectaque fluminis Danubii regione pertinet ad fines <sup>25</sup> Dacorum, et Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus, diversis a flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est hujus Germaniae, qui se adisse ad initium ejus silvae dicat, cum dierum iter <sup>26</sup> lx. processerit, aut quo ex loco oriatur, acceperit. Multa in ea genera ferarum nasci constat, quæ reliquis in locis visa non sint: ex quibus quæ maxime differant ab cæteris, et memorie prodenda videantur, hæc sunt. <sup>26</sup>

*"Est bos cervi figura, cujus a media fronte inter aurem unum cornu existit excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt, cornibus. Ab ejus summo sicut palmæ, ramique late diffunduntur. Eadem est feminae, marisque natura, eadem forma, magnitudoque cornuum. Sunt item, quæ appellantur <sup>27</sup> Alces. Harum <sup>27</sup> est consimilis capreis figura, et varietas pellium; sed magnitudine paullo antecedunt, multilæque sunt cornibus, et <sup>28</sup> crura sine nodis, articulisque habent, neque quietis causa procumbunt, neque, si quo afflictæ casu conciderint, erigere sese, aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus. Ad eas se applicant, atque ita paullum modo reclinatae quietem capiunt; quarum ex vestigiis cum est animadversum a venatoribus, quo*

<sup>25</sup> *Dacorum, et Anartium.) figura.*) CAPREIS Salmasius Exerc. Pl. p. 164. emendavit. Vulgo capris. Sed et iu harum explicazione dissensus est. Pausaniae ἀλκὴ alce est media inter cervum, et camelum specie, Beot. cap. 21. Plinius dicto loco: Alces, ut proceritas aurium, et cervicis distinguat, jumento similis.

<sup>26</sup> *Est bos cervi figura.*) Vulgo bisonte interpretantur. Plinius viii. 15. jubatos bisontes dixit. Seneca Hippolyto v. 64. villosos: neuter de cornu, sicut nec Cæsar de juba, aut villosis. Videtur Cæsar ex fama potius, quam quod ipse viderit, hæc animalia descripsisse.

<sup>27</sup> *Alces, consimilis capreis*

<sup>28</sup> *Crura sine nodis.*) Plinio ibidem non alces, sed achilles, sive mæcubilis animal haud dissimile alci, est nullo suffraginum flexu.

se recipere consueverit, omnes eo loco aut a radicibus subruunt, aut accident arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se ex consuetudine reclinaverint, infirmas arbres pondere affligunt, atque una ipsæ concidunt. Tertium est genus eorum,<sup>29</sup> qui Uri appellantur. Iii sunt magnitudine paulo infra elephatos; specie, et colore, et figura tauri. Magna vis est eorum, et magna velocitas. Neque homini, neque feræ, quam conspicerint, parcunt. Hos studiose foveis captos interficiunt. Hoc se labore durant adolesceates, atque hoc genere venationis exercent; et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, et mansueti, ne parvuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum, figura, et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Hæc studiose conquisita ab labris argento circumcludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.,,

<sup>VII</sup> 29. *Qui uri appellantur.*) Plinius ante dicto loco: gignit Germania excellenti vi, et velocitate uros, Hos æque ac bisontes, feros boves vocat, et a bubalis distinguunt Seneca Hippolyto v. 6. Tibi villosi terga bisontes, Latisque feri cornibus urit.

## CAPUT VII.

Cesar ultimam pontis partem rescindit, ut auxilia barbarorum tardet, ibique ad praesidium reliquit C. Volcatium Tullum; ipse vero ad bellum contra Ambiorigem proficietur; cuius adventu cognito Ambiorix fugit.

<sup>29</sup> Cesar, postquam per Ubios exploratores compedit, Suevos sese in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime omnes Germani agriculturæ student, constituit non progredi longius: sed, ne omnino metum redditus sui barbaris tolleret, atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem optimam pontis, que<sup>30</sup> ripas Ubiorum

<sup>30</sup> *Ripas Ubiorum.*) Adhuc Rheni ripa coletium; nondum in Germania barbara, et dextra transductorum.

contingebat, in longitudinem pedum. cc. rescindit, atque in extremo ponte turrim tabulatorum iv. constituit, præsidiumque cohortium xii. pontis tuendi causa ponit: magnisque eum locum munitionibus firmat. Ei loco, præsidioque C. Volcatium Tullum adolescentem præfecit; ipse, cum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus, per Arduennam silvam, „quæ est totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni, finitusque Trevirorum ad Nervios pertinet, <sup>31</sup> millibusque amplius l. in longitudinem patet,“ L. Minucium Basilum cum omni equitatu præmittit; si quid celeritate itineris, atque opportunitate temporis proficere possit, monet, ut ignes fieri in castris prohibeat, ne qua ejus adventus procul significatio fiat. Sese confessum <sup>30</sup> subsequi dicit. Basilus, ut imperatum est, facit; ceteriter, contraque omnium opinionem confecto illi ere multos in agris inopinantes deprehendit: eorum indicio ad Ambiorigem contendit, quo in loco cum paucis equitatibus esse dicebatur. Multum cum in omnibus rebus, tum in re militari fortuna potest: nam sicut magno accedit casu, ut in ipsum incautum, atque imparatum incideret, priusque ejus adventus ab hominibus videretur, quam fama, ac nuntiis afferretur: sic magna fuit fortunæ, omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto, rheldis, equisque comprehensis, ipsum <sup>32</sup> effugere mortem. Sed hoc eo factum est, quod, ædificio circumdato silva, „(ut sunt fere domicilia Gallorum, qui, vitandi æstus causa, plerumque silvarum, ac fluminum petunt propinquitates)“ co-  
mitem, familiaresque ejus angusto in loco equitum nostrorum vim paulisper sustinuerunt. Iis pugnantibus, illum in equum quidam ex suis intulit. Fugientem silvæ texerunt. Sic ad subeundum periculum, et ad vitandum,

<sup>31</sup> Millibus amplius L. in long-  
git. Quinquaginta ex Orosii ve-  
tustis lib. et hist. Miscellan. Va-  
lelius legit Not. Gall. p. 37. quod  
ante ipsum etiam Cluverius ob-  
servaverat: et confirmat D.  
Vossius. Vulgo legebatur D. id

est, quingentis, quod nimium  
est. Græcus hæc de magnitu-  
dine silvæ prætermisit.

<sup>32</sup> Effugere mortem.) Vide-  
tur vox mortem a librario adje-  
cta, quod piures observarunt,  
etiam D. Vossius.

3<sup>1</sup> multum fortuna valuit. Ambiorix copias suas judicio ne non conduxerit, quod prælio dimicandum non existimaverit, an tempore exclusus, et repentino equitum adventu prohibitus fuerit, cum reliquum exercitum subsequi crederet, dubium est. Sed certe, clam dimissis per agros nuntiis, sibi quemque consulere jussit, quorum pars in Arduennam silvam, pars in continentes paludes profugit. Qui proximi Oceano fuerunt, ii in insulis sese occultaverunt: quas aestus efficere consuerunt. Multi ex suis finibus egressi, se, suaque omnia alienis simis crediderunt.

## CAPUT VIII.

*Cativilcus se interimit. Segni, et Condrusi legatos ad Cæsarem mittunt, ne ipsi credantur in hostium numero. Cæsar impedimenta ad Atuaticam confert, et Q. Tullium Ciceronem ad præsidium cum legione relinquit. T. Labienus in Menapiorum, et Trebonius in Aduaticorum fines proficiscuntur Cæsaris jussu, qui flumen Scaldim petit, quo ierat Ambiorix.*

**C**ativilcus rex dimidiæ partis Eburonum, qui una cum Ambiorige consilium inierat, ætate jam confectus, cum labore aut belli, aut fugæ ferre non posset, omnibus <sup>33</sup> precibus detestatus Ambiorigem, qui ejus consilii auctor fuisset, <sup>34</sup> taxo, cuius magna in Gallia, Germaniaque copia est, se exanimavit. Segni, Condrusique, ex gente, et numero Germanorum, qui sunt inter Eburones, Treviroisque, legatos ad Cæsarem miserunt, oratum, ne se in hostium numero duceret, neve omnium Germanorum, qui essent citra Rhenum, causam esse unam judicaret: nihil se de bello cogitasse, nulla Ambiorigi auxilia misisse. Cæsar explorata re quæstione captivorum, si qui ad eos Eburones

<sup>33</sup> *Precibus detestatus.)* Dis-  
ris imprecationibus: quod ex  
Horatio II. Satyr. VI. 30. iratae

<sup>34</sup> *Taxo se exanimavit.)* Et  
succus, et fructus hujus arbo-  
ris lethiferi dicuntur esse.

ex fuga convenienter, ad se ut reducerentur, imperavit: si ita fecissent, fines eorum se violaturum negavit. Tum copiis in tres partes distributis, impedimenta omnium legionum ad 35 Atuatuam contulit: id castelli nomen est. Hoc fere est in mediis Eburonum finibus, ubi Titurius, atque Aurunculejus hiemandi causa conserderant. Huic cum reliquis rebus locum probabat Cæsar; tum quod superioris anni munitiones integræ manebant, ut militum laborem sublevaret. Præsidio impedimentis legionem xiv. reliquit, unam ex iis 111. quas proxime conscriptas ex Italia transduxerat. Ei legioni, castrisque Q. Tullium Ciceronem præfecit, ducentosque equites attribuit. Partito exercitu, T. 33 Labienum cum legionibus 111. ad Oceanum versus in eas partes, quæ Menapios attingunt, proficisci jubet. C. Trebonium cum pari legionum numero ad eam regionem, quæ Aduaticis adjacet, depopulandam mittit: ipse cum reliquis tribus 36 ad flumen Scaldim, quod influit in Mosam, extremasque Arduennæ partes ire constituit; quo cum paucis equitibus profectum Ambiorigem audiebat. Discedens post diem vii. sese reverturum confirmat: quam ad diem ei legioni, quæ in præsidio relinquebatur, deberi frumentum sciebat. Labienum, Treboniumque hortatur, si Reipubl. commodo facere possint, ad eam diem revertantur; ut rursus communitaco consilio, exploratisque hostium rationibus, aliud initium belli capere possint.

35 *Atuatuam.*) Postea urbs ex castello facta adsumpsit gentis nomen Tuntri, Tengem.

36 *Ad Iumen Scaldim, quod influit in Mosam.*) Interpres Zapus, Sabinus, nunc Sambre, atque ita expeditæ rationes sunt.

Qui Scaldim tueruntur, vel errasse Cæsarem dicunt, vel aliam nunc faciem horum fluminum, mersa forte terre parte, per quam Scaldis ad Mosam decurrerit.

## CAPUT IX.

*Milites dispersi vallem quamdam, et silvestria loca ad præsidium, et defensionem occupant. Cæsar nuntios ad finitimos dimittit, quos convocat ad deripiendos Eburones.*

34 **E**rat, ut supra demonstravimus, manus certa nulla, non præsidium, non oppidum, quod se armis defenderet, sed in omnes partes dispersa multitudo. Ubi cuique aut vallis abdita, aut locus silvestris, aut palus impedita spem præsidii, aut salutis aliquam offerebat, consederat. Hæc 37 loca vicinitatibus erant nota, magnamque res diligentiam requirebat, non in summa exercitus tuenda ( nullum enim poterat universis ab perterritis, ac dispersis periculum accidere ) sed in singulis militibus conservandis: quæ tamen ex parte res ad salutem exercitus pertinebat. Nam et prædæ cupiditas multos longius evocabat, ac silvæ incertis, occultisque itineribus confertos adire prohibebant. Si negotium confici, stirpemque hominum sclerorum interfici vellet, dimittendæ plures manus, di-ducendique erant milites. Si continere ad signa manipulos vellet, ut instituta ratio, et consuetudo exercitus Rom. postulabat, locus ipse erat præsidio barbaris, neque ex occulto insidiandi, et dispersos circumveniendi singulis deerat audacia. At in ejusmodi difficultatibus, quantum diligentia provideri poterat, providebatur: ut potius in nocendo aliquid omitteretur, etsi omnium animi ad ulciscendum ardebant, quam cum aliquo detri-mento militum noceretur. Cæsar ad finitimas civitates nuntios dimittit. Omnes evocat spe prædæ ad diripendos Eburones, ut potius in silvis Gallorum vita, quam legioniorum periclitetur: simul, ut magna multitudine circumfusa, pro tali facinore, 38 stirps, ac nomen civitatis tollatur. Magnus undique numerus celeriter convenit.

37. *Loca vicinitatibus nota.)*  
Vicinis accolis, μετωνυμικώς.

38. *Stirps, ac nomen civitatis tollatur.)* Civitas, gens, popu-

lus Eburonum, quorum ne nomen quidem superstes mansit: qui ex stirpe reliqui in Tungrorum nomen concesserunt.

## CAPUT X.

*Germani intelligunt, Eburones diripi. Sicambrī Rhenum transeunt, et Eburonum fines adeunt, inde ad Atuaticam contendunt, ubi sunt impedimenta Romanorum. Germani in Ciceronis castra irrumpunt, ex quo magna perturbatio, et timor in castris cooritur.*

**H**ec in omnibus Eburonum partibus gerebantur, 35 diesque appetebat vii., quem ad diem Cæsar ad impedimenta, legionemque reverti constituerat. Hic, quantum in bello fortuna possit, et quantos afferat casus, cognosci potuit. Dissipatis, ac perterritis hostibus, ut demonstravimus, manus erat nulla, quæ parvam modo timoris causam afferret. Trans Rhenum ad Germanos pervenit fama, diripi Eburones, atque ultiro omnes ad prædam evocari. Cogunt equitum ii. millia Sicambrī, qui sunt proximi Reno, a quibus receptos ex fuga Tectoros, atque Usipetes, supra docuimus. Transeuntes Rhenum navibus, ratibusque, xxx. millibus passuum infra eum locum, ubi pons erat imperfectus, præsidiumque ab Cæsare relictum, primos Eburonum fines adeunt, multos ex fuga dispersos excipiunt, magno pecoris numero, cuius sunt cupidissimi barbari, potiuntur. Invitati præda longius procedunt. Non hos palus in bello, latrociniisque natos, non silvæ morantur: quibus in locis sit Cæsar, ex captivis quærunt: profectum longius reperiunt, omnemque exercitum discessisse cognoscunt. Atque unus ex captivis: „Quid vos, *inquit*, hanc miseram, ac tenuem sectamini prædam, quibus jam licet esse fortunatissimis? iiii. horis ad Atuaticam venire potestis: *huc* omnes fortunas exercitus Romanorum contulit. Præsidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit, neque quisquam egredi extra munitiones audeat.“ Oblata spe Germani, quam nacti erant, prædam in occidente relinquunt; ipsi ad Atuaticam contendunt, usi codem duce, cuius hæc indicio cognoverant. Cicero, qui fer 35 omnes superiores dies præceptis Cæsaris summa di-

gentia milites in castris continuisset, ac ne calonem quidem quemquam extra munitionem egredi passus esset: vii. die diffidens, Cæsarem de numero dierum fidem servaturum, quod longius eum progressum audiebat, neque ulla de ejus reditu fama afferebatur, simul, eorum permotus vocibus, qui illius patientiam pene obsessionem appellabant, siquidem ex castris egredi non liceret, nullum hujusmodi casum exspectans, quo ix. oppositis legionibus, maximoque equitatu, dispersis, ac pene deletis hostibus, in millibus passuum 111. offendendi posset, v. cohortes frumentatum in proximas segetes mittit, quas inter et castra unus omnino collis intererat. Complures erant in castris ex legionibus ægri relicti, ex quibus, qui hoc spatio dierum convaluerant, circiter ccc. sub vexillo una mittuntur: magna præterea multitudo calonum, magna vis jumentorum, quæ 37 in castris subsederat, facta potestate, sequitur. Hoc ipso tempore, et casu Germani equites interveniunt, protinusque eodem illo, quo venerant, cursu ab Decumana porta in castra irrumpere conantur; nec prius sunt visi, objectis ab ea parte silvis, quam castris appropinquarent, usque eo, ut 39 qui sub vallum tendenter mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem. Inopinantes nostri re nova perturbantur, ac vix primum impetum cohors in statione sustinet. Circumfunduntur hostes ex reliquis partibus, si quem aditum reperire possent. Ægre nostri portas tuentur. Reliquos aditus locus ipse per se, munitioque defendit. „Totis trepidatur castris, atque alius ex alio causam tumultus querit, neque quo signa ferantur, neque quam in partem quisque conveniat, provident. Alius jam capti castra pronuntiat, alius deleto exercitu, atque imperatore, victores barbaros venisse contendit: plerique 40 novas sibi ex loco religiones fingunt, Cottæque, et Titufii calamitatem, qui in eodem occiderint castello,

39 Qui sub vallum tendentes. ) Tentoria haberent. Virgil. Aen. 11. vers. 29.

Hic rexus tendebat Achilles. Curtius x. 7. extr.

Excedere urbe, et tendere in campo.

40 Novas religiones.) Metus, et mala omnia ex loco infasto.

ante oculos ponunt. " Tali timore omnibus perterritis, confirmatur opinio barbaris, ut ex captivo audierant, nullum esse intos praesidium. Perrumpere nituntur, sequi ipsi adhortantur, ne tantam fortunam ex manibus dimittant.

## CAPUT XI.

*Publius Sextius Baculus æger in præsidio relictus initio  
micorum impetum sustinet. Adventu eorum, qui frumentatum ierant, barbari ab oppugnatione desistunt,  
sed cognito parvo numero, iterum impetum faciunt; sed  
tamen desperata expugnatione Rhenum transeunt, remanente magno in castris terrore, quem tamen  
Cæsaris adventus aufert.*

**E**rat æger in præsidio relictus P. <sup>41</sup> Sextius Baculus, qui primum pilum apud Cæsarem duxerat, cuius mentionem superioribus præliis fecimus; ac diem jam v. cibo caruerat. Hic diffisus suæ, ac omnium saluti, inernis ex tabernaculo prodit: videt imminere hostes, atque in summo esse rem discriminæ: capit arma a proximis, atque in porta consistit. Sequuntur hunc centuriones ejus cohortis, quæ in statione erat. Paulisper prælium una sustinent. Relinquit animus Sextium, gravibus acceptis vulneribus: deficiens ægre <sup>42</sup> per manus tractus servatur. Hoc spatio interposito, reliqui sese confirmant, tantum in munitionibus consistere audeant, speciemque defensorum præbeant. Interrim, confecta frumentatione, milites nostri clamorem exaudiunt, præcurrunt equites: quanto res sit in periculo, cognoscunt. Hic vero nulla munitio est, quæ perterritos recipiat. Modo conscripti, atque usus militaris imperiti, ad tribunum milit. centurionesque ora convertunt: quid ab eis præcipiatur, exspectant. Nemo est tam fortis, quin rei novitate perturbetur. Bar-

<sup>41</sup> *Sextius Baculus, qui pri-*  
*mum pilum.) Vide supra lib. 2.*  
*cap. 12. sect. 25. et cap. 4. sect.*  
*5. Adi Baluentii exemplum,*  
*lib. 5. cap. 14. sect. 35.*

<sup>42</sup> *Per manus tractus.) Quia  
æger, et vulneratus se recipere  
non poterat, manu prehensum  
retraxerunt socii a periculo.*

bari signa procul conspicati, ab oppugnatione desistunt; redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse, ex captivis cognoverant. Postea, despecta paucitate, ex omnibus partibus impetum faciunt. Calones in proximum tumulum procurrunt. Hinc celeriter detecti se in signa, manipulosque conjiciunt; eo magis timidos perterrent milites. Alii, cuneo facto, ut celeriter perrumpant, censem; quoniam tam propinqua sunt castra, etsi pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt: alii, ut in jugo consistant, atque eundem omnes ferant casum. Hoc veteres non probant milites, quos sub vexillo una profectos docuimus. Itaque inter se cohortati, duce C. Trebonio equite Romano, qui eis erat praepositus, per medios hostes perrumpunt, incolumesque ad unum in castra pervenient omnes. Hos subsecuti calones, equitesque eodem impetu militum virtute servantur. At ii, qui in jugo constiterant, <sup>43</sup> nullo etiam nunc usu rei militaris percepto, neque in eo, quod probaverant, consilio permanere, ut se loco superiore defenderent, neque eam, quam profuisse aliis vim, celeritatemque viderant, imitari potuerunt; sed se in castra recipere conati, iniquum in locum demiserunt. Centuriones, quorum nonnulli <sup>44</sup> ex inferioribus ordinibus reliquarum legionum causa virtutis in superiores erant ordines hujus legionis transducti, ne ante partam rei militaris laudem amitterent, fortissime pugnantes conciderunt. Militum pars horum virtute summotis hostibus, praeter spem incolumis in castra pervenit: pars a barbaris circumventa periit. Germani, desperata expugnatione castrorum, quod nostros jam constitisse in munitionibus videbant, cum ea præda, quam in silvis

<sup>43</sup> *Nullo usu rei militaris percepto.*) Ciacconio, et Scaligero soppersum est *percepto*, et ab alieni manu additum.

<sup>44</sup> *Ex inferioribus ordinibus religiorum legiunum.*) Inferiores ordines opponuntur primis ordinibus, de quibus sepe dictum.

Descendebant ordines usque ad decimum pro cohortium numero. Nec promocio centurionum semper in eodem genere per saltum, et ex legione in legiunem, ex cohorte in cohortem aliam, Lipsius de M. R. lib. II. 8.

deposituerant, trans Rhenum sese receperunt. At tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut ea nocte, cum C. Volusenus missus cum equitatu ad castra venisset, fidem non faceret, adesse cum incolumi Cæsarem exercitu. Sic omnium animos timor præoccupaverat, ut 45 pene alienata mente, deletis omnibus copiis, equitatum tantum se ex fuga recepisse dicerent, neque incolumi exercitu, Germanos castra oppugnatores fuisse contendenter. Quem timorem Cæsaris adventus sustulit.

45 Pene alienata mente.) Ita commota, ut vix compotes sui essent. Voss. Sic Celsus IV. 2. oculorum caligo, mentis alienatio. Et Ulpianus lege 15. D. de injuriis, principio: *Si quis men-*

*tem alicujus medicamento alienaverit. Lactantius dixit I. 4. 3. quis emota mentis, id est, furiosus: et 4. 27. 2. hominum mentes emotas in pristinos sensus reponebat.*

## CAPUT XII.

*Cæsar conquestus, cohortes missas e statione fuisse, ad vexandos hostes parum felici eventu progreditur. Concilio indicto de conjuratione Senonum, & Carnutum quæstionem habet. Supplicium de Accone sumptum.*

*Cæsar's iter in Italiam.*

**R**eversus ille, eventus belli non ignarus, unum 42 quod cohortes ex statione, et praesidio essent emissæ, questus, ne minimo quidem casu locum relinqui debuisse, multum fortunam in repentina hostium adventu potuisse judicavit: multo etiam amplius, quod pene ab ipso vallo, portisque castrorum barbaros avertissent. Quarum omnium rerum maxime admirandum videbatur, quod Germani, qui eo consilio Rhenum transierant, ut Ambiorigis fines depopularentur, ad castra Romanorum delati, optatissimum Ambiorigi beneficium obtulerant. Cæsar ad vexandos rursus hostes 43 profectus, magno coacto numero ex finitimis civitatibus, in omnes partes dimittit. Omnes vici, atque omnia ædificia, quæ quisque conspexerat, incendebantur: præda ex omnibus locis agebatur: frumenta non

solē a tanta multitudine jumentorum , atque hominum consumebantur , sed etiam anni tempore , atque imbris procubuerant , ut si qui etiam in præsentia se occultassent , tamen iis , deducto exercitu , rerum omnium inopia pereundum videretur . Ac saepe in eum locum ventum est , tanto in omnes partes diviso equitatu , ut non modo visum ab se Ambiorigem in fuga captivi , sed nec plane etiam abisse ex conspectu contenderent : ut spe consequendi illata , atque infinito labore suscepto , qui se summam a Cæsare gratiam inituros putarent , pene naturam studio vincerent , semperque paulum ad summam felicitatem defuisse videretur : atque ille latebris , ac silvis , aut saltibus se eriperet , et noctu occultatus alias regiones , partesque peteret , non majore equitum præsidio , quam iv. quibus solis vitam suam committere audebat . Tali modo vastatis regionibus , exercitum Cæsar , duarum cohortium damno , Durocortum Rhemorum reducit : concilioque in eum locum Galliæ indicto , de conjuratione Senonum , et Carnutum quæstionem habere instituit ; et de Accone , qui princeps ejus consilii fuerat , graviore sententia pronuntiata more majorum supplicium sumpsit . Nonnulli judicium veriti profugerunt , quibus cum aqua , atque igni interdixisset , ii. legiones ad fines Treviorum , ii. in Lingonibus , vi. reliquas in Senonum finibus Agendici in hibernis collocavit , frumentoque exercitui proviso , ut instituerat , in Italiā ad convenitus agendos prefectus est .

C. JULII CÆSARIS  
 COMMENTARIORUM  
*DE BELLO GALLICO*  
 LIBER SEPTIMUS.

CAPUT PRIMUM.

*Cæsar cognita Clodii cæde delectum habet. Gallie principes initio concilio contra Cæsarem conjurant.*

**Q**uieta Gallia, Cæsar, ut constituerat, in Italiam ad conventus agendos proficiscitur, ubi cognoscit<sup>1</sup> de P. Clodii cæde; de Senatusque consulto certior factus,<sup>2</sup> ut omnes Italiae juniores conjurarent, delectum tota provincia habere instituit. Eæ res in Galliam Transalpinam celeriter perferuntur. Addunt ipsi, et affingunt rumoribus Galli, quod res poscere videbatur, „retineri urbano motu Cæsarem, neque in tantis dissensionibus ad exercitum venire posse.“ Hac impulsi occasione, qui jam ante se populi Romani imperio subjectos dolerent, liberius, atque audacius de bello consilia iniuste incipiunt. Indictis inter se principes Galliæ conciliis, silvestribus, ac remotis locis queruntur<sup>3</sup> de Acconis morte: hunc casum ad ipsos recidere posse demonstrant: miserantur communem Galliæ fortunam: omnibus polli-

<sup>1</sup> *De P. Clodii cæde.*) Nota res ex Cic. Orat. pro Milone.

<sup>2</sup> *Ut omnes Italiae juniores conjurarent.*) In bonam partem hic conjurare, id est, simul jurare: cum enim per periculi vicinitatem non liceret singulos sacramento rogare, omnes si-

mul jurabant, edicto in unum locum convocati, quæ militia conjuratio dicta. Ritum Servius scripsit ad principium, *JEn. viii.*

<sup>3</sup> *De Acconis morte.*) Quem Cæsar, auctorem rebellionis, supplicio adfecerat, lib. 6. c. 2. sect. 4. et c. 12. sect. 43. extr.

citationibus, ac præmiis depositum, qui belli initium faciant, et sui capitum periculo Galliam in libertatem vindicent. Ejus in primis rationem habendam esse dicunt, priusquam eorum clandestina consilia efferantur, ut Cæsar ab exercitu intercludatur: id esse facile, quod neque legiones, absente imperatore, audeant ex hibernis egredi, neque imperator sine præsidio ad legiones pervenire possit. Postremo in acie præstare interfici, quam non veterem belli gloriam, libertatemque, quam a majoribus acceperint, recuperare.

## CAPUT II.

*Carnutes bellum contra Rom. suscipiunt, et ductu Cotuati, et Conetoduni Genabum concurrunt, et C. Fusium Cottam interficiunt. Hujus rei fama ad omnes civitates Galliæ perfertur. Vercingetorix expulsus oppido Gergovia a patruo suo defectum perditorum hominum habet; bisque, a quibus expulsus fuerat, civitate ejctis, Rex a suis appellatus, adjungit sibi plures populos, et exercitum cogit.*

**H**is rebus agitatis, profitentur Carnutes, „se nullum periculum communis salutis causa recusare, principesque se ex omnibus <sup>4</sup> bellum facturos pollicentur: et quoniam in præsentia de obsidibus cavere inter se non possent, ne res efferatur, ut jurejurando, ac fide sanciantur, petunt, collatis militaribus signis, quo more eorum gravissimæ cæremoniæ continentur, ne facto initio belli, a reliquis desiderantur.“ Tunc collaudatis Carnutibus, dato jurejurando ab omnibus, qui aderant, tempore ejus rei constituto, ab concilio disceditur. Ubi ea dies venit, Carnutes, Cotuato, et Conetoduno ducibus, desperatis hominibus, <sup>5</sup> Genabum dato signo concurrunt, civesque Romanos, qui negotiandi causa ibi constiterant, in iis C. Fusium Cottam, honestum Equitem Romanum, qui

<sup>4</sup> Bellum facturos.) videtur  
præ ad lib. 2. cap. 17. sect. 35.  
extr.

<sup>5</sup> Genabum concurrunt. ) Ge-

nabum ad Ligerim, post Aurelianum dictum: nunc Orleans: in extremis finibus Carnutum.  
Intra cap. 6. sect. 11.

rei frumentariæ jussu Cæsar is præterat, interficiunt, bōnaque eorum diripiunt. Celeriter ad omnes Galliæ civitates fama perfertur. „Nam ubi major atque illustrior incidit res, clamore per agros, regionesque significant: hunc alii deinceps excipiunt, et proximis tradunt, ut tunc accidit.“ Nam, quæ Genabi oriente sole gesta es-  
sent,<sup>6</sup> ante primam confectam vigiliam in finibus Ar-  
vernorum audita sunt: quod spatium est millium pas-  
suum circiter clx. Simili ratione ibi Vercingetorix, Cel- 4  
tilli filius, Arvernus, summæ potentiae adolescens, cu-  
jus pater principatum Galliæ totius obtinuerat, et ob  
eam causam, quod Regnum appetebat, ab civitate erat  
interfectus, convocatis suis clientibus, facile eos incen-  
dit. Cognito ejus consilio, ad arma concurritur: ab Go-  
banitione, patruo suo, reliquisque principibus, qui hanc  
tentandam fortunam non existimabant, expellitur ex op-  
pido Gergovia: non tamen desistit; atque in agris ha-  
bet delectum egentium, ac perditorum. Hac coacta ma-  
nu, quoscumque adit ex civitate, in suam sententiam  
perducit. Hortatur, ut communis libertatis causa arma  
cipient: magnisque coactis copiis, adversarios suos, a  
quibus paullo ante erat ejectus, expellit ex civitate. Rex  
ab suis appellatur. Dimittit quoquaversus legationes;  
obtestatur, ut in fide maneant. Celeriter sibi Senones,  
Parisios, Pictones, Cadurcos, Turones, Aulerkos, Le-  
movices, Andes, reliquosque omnes, qui Oceanum at-  
tingunt, adjungit. Omnium consensu ad eum defertur  
imperium. Qua oblata potestate, omnibus iis civitatibus  
obsides imperat; certum numerum militum celeriter ad  
se adduci jubet. Armorum quantum quæque civitas do-  
mi, quodque ante tempus efficiat, constituit. In primis  
equitatui studet: summæ diligentie sumimam imperii  
severitatem addit: magnitudine supplicii dubitantes co-  
git. Nam, majore commisso delicto, igni, atque omni-  
bus tormentis necat: leviore de causa, auribus desectis,  
aut singulis effossis oculis, domum remittit, ut sint reli-  
quis documento, et magnitudine pœnæ perterreant alios.

<sup>6</sup> Αντε πριμανην καιρον η μην πρωτην της νυκτος  
vigiliam.) Metaphrasis Græca, τας δικυρευ ανησθαι φυλακης

## CAPUT III.

*Vercingetorix, missso Lucterio Cadurco in Ruthenos, proficiuntur ad Bituriges. Hi legatos ad Aeduos mittunt subsidium petentes. Equites, et pedites, qui ab Aeduis in auxilium Biturigum missi erant, demum revertuntur. Bituriges se cum Arvernis conjungunt.*

**H**is suppliciis celeriter coacto exercitu, Lucterium Cadurecum summae hominem audacie cum parte copiarum in Ruthenos mittit. <sup>7</sup> Ipse in Bituriges proficitur. Ejus adventu Bituriges ad Aeduos, quorum erant in fide, legatos mittunt, subsidium rogatum, quo facilius hostium copias sustinere possint. Aedi de consilio legatorum, quos Cæsar ad exercitum reliquerat, copias equitatus, peditatusque subsidio Biturigibus mittunt: qui cum ad flumen Ligerim venissent, quod Bituriges ab Aeduis dividit, paucos dies ibi morati, neque flumen transire ausi, domum revertuntur, legatisque nostris renuntiant, se Biturigum perfidiam veritos revertisse, quibus id consilii fuisse cognoverint, ut si flumen transissent, una ex parte ipsi, altera Arverni se circumsternerent. Id ea ne de causa, quam legatis pronuntiarunt, an perfidia adducti fecerint, quod nihil nobis constat, non videtur pro certo esse ponendum. Bituriges eorum discessu statim se cum Arvernis conjungunt.

<sup>7</sup> *Ipse in Bituriges.)* Bituriges sunt Vibissi. Adi georges Cubos, nunc Berry; alii graphos.

## CAPUT IV.

*Cæsar in Galliam Transalpinam it. Lucterius Caducus Ruthenos Arvernus conciliat: inde in Narbonem erumpit, quo Cæsar pervenit. Inde in Helvios proficitur, et fines Arvernorum attingit.*

**H**is rebus in Italianam Cæsari nuntiatis, cum jam ille virtute Cn. Pompeji urbanas res commodiorem in sta-

tum pervenisse intelligeret, in Transalpinam Galliam profectus est. Eo cum venisset, magna difficultate affiebat, qua ratione ad exercitum pervenire posset. Nam, si legiones in provinciam accerseret, se absente in itinere prælio dimicaturas intelligebat; si ipse ad exercitum contenderet, ne iis quidem, qui eo tempore pacati viderentur, suam salutem recte committi videbat. Interim Lucterius Caducus<sup>8</sup> in Ruthenos missus, eam civitatem Arvernus conciliat. Progressus<sup>9</sup> in Nitiobrigès, et Gabalos, ab utrisque obsides accipit; magna coacta manu, in provinciam Narbonem versus eruptionem facere contendit. Qua re nuntiata, Cæsar omnibus consiliis antevertendum existimavit, ut Narbonem proficisciatur. Eo cum venisset, timentes confirmat: præsidia in Ruthenis provincialibus, <sup>10</sup> Volcis Arecomicis, Tolosatibus, circumque Narbonem, quæ loca erant hostibus finitima, constituit; partem copiarum ex provincia, supplementumque, quod ex Italia adduxerat, in Helvios, qui fines Arvernorum contingunt, convenire jubet. His rebus comparatis, represso jam Lucterio, et remoto, quod intrare intra præsidia periculosum putabat, in Helvios proficiscitur; etsi mons Gebenna, qui Arvernes ab Helvis discludit, durissimo tempore anni, altissima nive iter impedithebat: tamen discussa nive vi, in altitudinem pedum, atque ita viis patefactis, summo militum labore ad fines Arvernorum pervenit. Quibus oppressis inopinantibus, quod se Gebenna, ut murro, munitos existimabant, ac ne singulari quidem homini unquam eo tempore anni semita patuerant; equitibus imperat, ut, quam latissime possent, vagentur: et quam maximum hostibus terrorem inferant.

<sup>8</sup> In Ruthenos missus.) Vide alibi.

<sup>9</sup> In Nitiobrigès, et Gabalos.) Nitiobrigès ultra Ruthenos ad Garumnam, ubi Aginnum est: Gabali, sub Gebenna monte.

<sup>10</sup> Ruthenis Provincialibus.) Rutheni in limites provinciæ

Romanæ ad occasum: pars illorum in provincia: pars altera extra illam.

<sup>11</sup> Volcis Areomicis.) Volcarum duo genera, Areomici, quorum Nemausus, et Tectusages, quorum Narbona caput erat.

## CAPUT V.

*Vercingetorix, cognito Cœsaris adventu, castra in Arvernos movet. Cœsar, præfecto castris Bruto, ab exercitu discedit ad cogendum copiarum supplementum, et Viennam pervenit; unde in Lingones contendit.*

**C**eleriter hæc fama, ac nuntiis ad Vercingetorigem perferuntur; quem perterriti omnes Arverni circumstidunt, atque obsecrant, ut suis fortunis consulat, neu se ab hostibus diripi patiatur, præsertim cum videat omne ad se bellum translatum. Quorum ille precebus permotus castra ex Biturigibus movet <sup>12</sup> in Arvernos versus. At Cœsar bidaum in his locis moratus, quod hæc de Vercingetorige usuventura opinione præceperat, per causam supplementi, equitatusque cogeni ab exercitu discedit. Brutum adolescentem iis copiis præficit: hunc monet, ut in omnes partes equites quam latissime pervagentur. Daturum se operam, ne longius triduo ab castris absit. His constitutis rebus, suis inopinantibus, quam maximis potest itineribus, <sup>13</sup> Viennam pervenit. Ibi nactus recentem equitatum, quem multis ante diebus eo præmisserat, neque diurno, neque nocturno itinere intermisso, per fines Aeduorum in Lingones contendit, ubi legiones hiemabant; ut, si quid etiam de sua salute ab Aeduis iniretur consilii, celeritate præcurreret. Eo cum pervenisset, ad reliquas legiones mittit, priusque in unum locum omnes cogit, quam de ejus adventu Arvernisi nuntiari posset.

<sup>12</sup> In Arvernos versus.) Ut supra lib. vi. cap. 8, sect. 33. <sup>23</sup> Viennam pervenit.) Urim ad Oceanum versus. bem ad Rhodanum, Allobrogum caput.

## CAPUT VI.

*Vercingetorix exercitum in Bituriges reducit. Postea Gergoviam Bojorum oppidum oppugnat. Cæsar nuntios de suo adventu ad Bojos mittit, eosque, ut in fide maneant, bortatur. Oppido Senonum a Cæsare oppugnatur. Cæsar Genabum petit, ibique castra ponit. Genabenses noctu ex oppido fugiunt. Cæsar oppido potitus in Biturigum fines pervenit.*

**H**ac re cognita, Vercingetorix rursus in Bituriges exercitum reducit, atque inde profectus<sup>14</sup> Gergoviam, Bojorum oppidum, quos ibi Helvetico prælio victos Cæsar collocaverat, Æduisque attribuerat, oppugnare instituit. Magnam hæc res Cæsaris difficultatem ad consilium capiendum afferebat, si reliquam partem hiemis uno in loco legiones contineret, ne stipendiariis Æduorum expugnatis, cuncta Gallia deficeret, quod nullum in eo amicis præsidium videretur positum esse; sin maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentaria duris subvectionibus laboraret. Præstare visum est tamen omnes difficultates perpeti, quam tanta contumelia accepta, omnium suorum voluntates alienare. Itaque cohortatus Æduos de supportando comedatu, præmittit ad Bojos, qui de suo adventu doceat, horrenturque, ut in fide maneant, atque hostium impetum magno animo sustineant. Duabus Agendici legionibus, atque impedimentis totius exercitus relictis, ad Bojos proficiuntur. Altero die cum ad oppidum Senonum Vellaunodunum venisset, ne quem post se hostem relinqueret, quo expeditiore re frumentaria uteretur, oppugnare instituit. Idque biduo circunvallabit. Tertio die missis ex oppido legatis

<sup>14</sup> *Gergoviam, Bojorum oppidum.* Suspecta multis Gergovia Bojorum: nota, et probata Arvernorum. Accedit varietas vetustorum codicum, Gerbonia, Gergobinna quemadmodum et Græcus Τεργοβίτην vocat hanc Bojorum. Nihilominus, quod plures habent, servamus, præsertim quo et aliæ urbes

plures uno vocabulo (e. gr. Novioduni) in Galliis usæ sunt. *Anonymous Julli excerptor*, pag. 88. *Profectus in Bojos Transalpinos, oppidum illorum sub Helvetice viciniora tempus adificatum a Cæsare, Æduisque attributum, oppugnare disporuit, oppido nomen Gergovia.*

de deditio[n]e, arma proferri, jumenta produci, ne obsides dari jubet. Ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit. Ipse ut quamprimum iter faceret, Genabum Carnutum proficiuntur; qui tunc primum allato nuntio de oppugnatione Vellaunoduni, cum longius eam rem ductum iri existimarent, praesidium Genabi tuendi causa, quod eo mitterent, comparabant. Huc biduo Cæsar pervenit, et castris ante oppidum positis, diei tempore exclusus, in posterum oppugnationem differunt; quæque ad eam rem usi sint militibus, imperat; et quod oppidum Genabum pons fluminis Ligeris contingebat, veritus, ne noctu ex oppido profugerent, II. legiones in armis excubare jubet. Genabenses paullo ante medium noctem silentio ex oppido egressi flumen transire coeperunt. Qua re per exploratores nuntiata, Cæsar legiones, quas expeditas esse jussérat, portis incensis, intromittit, atque oppido potitur, per paucis ex hostium numero desideratis, quin cuncti caperentur, quod pontis, atque itinerum angustiæ multitudinis fugam intercluserant. Oppidum diripit, atque incendit, prædam militibus donat: exercitum Ligerim transducit, atque in Biturigum fines pervenit.

## CAPUT VII.

*Vercingetorix Cæsari occurrit. Oppidum Biturigum se Cæsari dedit; sed postea, viso hostium equitatu, quem oppidani in auxilium venire opinabantur, arma sumuntur.*

*Cæsar equestre prælum committit, cui tandem oppidani se rursus dedunt.*

22 **V**ercingetorix, ubi de Cæsaris adventu cognovit, oppugnatione desistit, atque obviam Cæsari proficitur. Ille <sup>15</sup> oppidum Biturigum positum in via Noviodunum oppugnare instituerat. Quo ex oppido cum legati ad eum venissent, oratum, ut sibi ignosceret, suæque vita consuleret, ut celeritate reliquas res conficeret, qua pleraque erat consecutus, arma proferri, equos

<sup>15</sup> Oppidum Biturigum, Noviodunum. Pagus hodie, Neuryg<sup>m</sup>one Buronum.

producī, obsides dari jubet. Parte jam obsidum tradita, cum reliqua administrarentur, centurionibus, et paucis militibus intromissis, qui arma, jumentaque conquirerent, equitatus hostium procul visus est, qui agmen Vercingetorigis antecesserat, quem simul atque oppidani conspexerunt, atque iu spem auxilii venerunt, clamore sublato arma capere, portas claudere, murum complere cœperunt. Centuriones in oppido, cum ex significatione Gallorum novi aliquid ab iis inire consilii intellexissent, gladiis districtis portas occupaverunt, suosque omnes incolumes receperunt. Cæsar ex castris equitatum educi jubet, præliumque equestre committit: laborantibus jam suis Germanos equites circiter <sup>cd.</sup> submittit, ab initio secum habere instituerat. Eorum impetuū Galli sustinere non potuerunt, atque in fugam conjecti, multis amissis, sese ad agmen receperunt: quibus profligatis, rursus oppidani perterriti, comprehensos eos, quorum opera plebem concitatam existimabant, ad Cæsarem produxerunt, seseque ei dediderunt. <sup>13</sup>

## CAPUT VIII.

*Cæsar oppidum Avaricum petit. Vercingetorix Romanos pabulo, commeatuque prohibet; cuius rei causa urbes Biturigum, et alia loca incenduntur. Vercingetorix Cæarem insequitur; inde non nimis longe ab Avarico castra ponit; Cæsar quoque castra communit.*

**Q**uibus rebus confectis, Cæsar apud oppidum <sup>16</sup> Avaricum, quod erat maximum, munitissimumque in finibus Biturigum, atque agri fertilissima regione, profectus est; quod, eo oppido recepto, civitatem Biturigum se in potestatem redacturum confidebat. Vercingetorix, tot continuis incommodis Vellaunoduni, Genabi, Novioduni acceptis, suos ad consilium convocat. “Docet longe alia ratione esse bellum gerendum, atque antea sit gestum: omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione, et commeatu Romani prohibeantur. Id sese

<sup>16</sup> *Avaricum.*) Medio ævo Bituricæ Sidonio lib. viii. ep. v. gentis nomine *Bituriges*, sive pr. nunc *Bourges*.

facile , quod equitatu ipsi abundant , et quod anni tempore subleventur , pabulum secari non posse. Necessario dispersos hostes ex ædificiis petere : hos omnes quotidie ab equitibus deleri posse. Præterea , salutis causa , rei familiaris commoda negligenda. Vicos , atque ædificia incendi oportere hoc spatio <sup>17</sup> a Boja quoquaversus , quo pabulandi causa adire posse videantur. Harum ipsis rerum copiam suppeteret , quod , quorum in finibus bellum geratur , eorum opibus subleventur. Romanos aut inopiam non laturos , aut magno cum periculo longius a castris progressuros. Neque interesse , ipsos ne interficiant , impedimentis exuant , quibus amissis bellum geri non possit. Præterea oppida incendi oportere , quæ non munitione , et loci natura ab omni sint periculo tuta , neu suis sint ad detrectandam militiam receptacula , neu Romanis proposita ad copiam commieatus , prædamque tollendam. Hæc si gravia , aut acerba videantur , multo illa gravius existimare debere , liberos , conjuges in servitatem abstrahi , ipsos interfici , quæ sit necesse accidere victis . „Omnium consensu hac sententia probata , uno die amplius xx. urbes Biturigum incenduntur. Hoc idem fit in reliquis civitatibus. In omnibus partibus incendia conspicuntur ; quæ etsi magno cum dolore omnes ferebant , tamen hoc sibi solatii proponebant , quod se prope explorata Victoria celeriter amissa recuperaturos confidebant. Deliberatur de Avarico in communi concilio , incendi placeret , an defendi. Procumbunt Gallis omnibus ad pedes Bituriges , “ne pulcherrimam prope totius Galliæ urbem , quæ et præsidio , et ornamento sit civitati , suis manibus succendere cogerentur , facile se loci natura defensuros dicunt , quod prope ex omnibus partibus flumine , et palude circumdata , unum habeat , et per angustum aditum. Datur petentibus veniam , disuadente primo Vercingetorige , post concedente et precibus ipsorum , et misericordia vulgi .

<sup>15</sup> Defensores idonei oppido deliguntur. Vercingetorix mi-

<sup>17</sup> A Boja quoquaversus .) ἀπὸ τῆς Βοΐας . Cæsaris stilus Locus dubius . et nomen suum spectum , Græcus tamen etiam proprius a Bojis esset .

noribus Cæsarem itineribus subsequitur, et locum castris deligit, paludibus, silvisque munitum, Avarico longe millia passuum xv. Ibi per certos exploratores in singula diei tempora, quæ ad Avaricum agerentur, cognoscebat, et, quid fieri vellet, imperabat. Omnes nostras pabulationes, frumentationesque observabat, dispersosque, cum longius necessario procederent, adoriebatur, magnoque incommodo afflicebat: etsi, quantum ratione provideri poterat, ab nostris occurrebatur, ut incertis temporibus, diversisque itineribus iretur. Castris ad eam partem oppidi positis, Cæsar, quæ intermissa a flumine, et palude aditum, ut supra diximus, angustum habebat, aggerem apparare, vineas agere, turres duas constituere coepit: nam circumvallare loci natura prohibebat. De re frumentaria Bojos, atque Æduos adhortari non destitit: <sup>18</sup> quorum alteri, quod nullo studio agebant, non multum adjuvabant, alteri non magnis facultatibus, quod civitas erat exigua, et infirma, celeriter, quod habuerunt, consumpsérunt. Summa difficultate rei frumentaria affecto exercitu, tenuitatem Bojorum, indigentia Ædiorum, incendiis ædificiorum, usque eo, ut complures dies milites frumento caruerint, et <sup>19</sup> pecore e longinquieribus vicis adacto, extremam famam sustentarent: nulla tamen vox est ab iis audita populi Romani majestate, et superioribus victoriis indigna. Quin etiam Cæsar, cum in opere singulas legiones appellaret; et si acerbius inopiam ferrent, se dimissurum oppugnationem diceret: universi ab eo, "ne id faceret, petebant: sic se complures annos, illo imperante, meruisse, ut nullam ignominiam aciperent, nunquam infecta re discederent: hoc se ignominie laturos loco, si inceptam oppugnationem reliquissent; præstare omnes per-

<sup>18</sup> Quorum alteri... alteri.) Illi sunt Ædui, opulentii, sed languido studio: hi sunt Boji, exigua civitas. Unde sequitur, sec. 3. tenuitatem Bojorum, indigentia Ædiorum, id est, par, vel propter tenuitatem, indilli-

gentiam, interprete Gronovio, Observ. lib. iv. cap. 17. p. 271. <sup>19</sup> Pictore e longinquieribus vicis: adacto, bene adacto omnes libri, puta, in castra ex vicis, non adacto. Adigere vero est adducere.

ferre acerbitates, quam non civibus Romanis, qui Genabi perfidia Gallorum interiissent,<sup>20</sup> parentarent. Hæc eadem centurionibus, tribunisque militum mandabant, ut per eos ad Cæsarem deferrent.

<sup>20</sup> Parentarent.) Cædem il- Livius xxiv. 21. et Curtius, lorum ulciscerentur. Sic et Florus, alii.

## CAPUT IX.

*Cæsar Avaricum petit, insidias Vercingetorigi strukturus, ad cuius adventum arma utrimque sumuntur.*

<sup>18</sup> **C**um jam muro appropinquassent turres, ex capti- vis Cæsar cognovit, Vercingetorigem consumpto pabulo castra movisse propius Avaricum, atque ipsum cum equitatu, expeditisque, qui inter equites præliari con- suessent, insidiarum causa eo profectum, quo nostros postero die pabulatum venturos arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, media nocte silentio profectus, ad hos- tium castra mane pervenit. Illi celeriter, per explo- ratores adventu Cæsaris cognito, carros, impedimenta que sua<sup>21</sup> in arctiores silvas abdiderunt, copias o- mnes in loco edito, atque aperto instruxerunt. Qua re nuntiata, Cæsar celeriter<sup>22</sup> sarcinas conferri, arma expediri jussit. Collis erat leniter ab infimo acclivis. Hunc ex omnibus fere partibus palus difficilis, atque impedita cingebat, non latior pedibus L. Hoc se colle interruptis pontibus, Galli fiducia loci continebant, ge- neratimque distributi in civitates, omnia vada, ac sal- tus ejus paludis certis custodiis obtinebant; sic animo parati, ut si eam paludem Romani perrumpere cona- rentur, hæsitantes premerent ex loco superiore: ut qui propinquitate loci viderent, paratos prope æquo marte ad dimicandum existimarent: qui iniquitatem

<sup>21</sup> In arctiores silvas.) Dōn- adjecit interpres εἰσ ἔγε- siores. Græcus εἰς δασὸτερα τόπον, in unum locum, quod ἐρυζε.

<sup>22</sup> Sarcinas conferri.) Bene

adiebat ante pugnam.

conditionis perspicerent, inani simulatione sese ostentare cognoscerent. Indignantes milites Cæsar, quod conspectum suum hostes ferre possent, tantu[m] spatio interjecto, et signum prælii exposcentes edocet, "quanto detrimento, et quot virorum fortium morte necesse esset constare victoriam: quos cum sic animo paratos videret, ut nullum pro sua laude periculum recusarent, summæ se iniquitatis condemnari debere, nisi eorum vitam sua salute habeat cariorem." Sic milites consolatus eodem die reducit in castra, reliquaque, quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit.

## CAPUT X.

*Vercingetorix proditionis insimulatus, quod castra proprius Romanos movisset, se purgat. Decem millia hominum in oppidum Biturigum. Describitur forma muri Gallici.*

**V**ercingetorix, cum ad suos rediisset, proditionis <sup>20</sup> insimulatur, quod castra proprius Romanos movisset, quod cum omni equitatu discessisset, quod sine imperio tantas copias reliquisset, quod ejus discessu Romani tanta opportunitate, et celeritate venissent: non hæc omnia fortuito, aut sine consilio accidere potuisse: regnum illum Gallæ malle Cæsaris concessu, quam ipsorum habere beneficio. Tali modo accusatus ad hæc respondit: "Quod castra movisset, factum in opia pabuli, etiam ipsis hortantibus: quod proprius Romanos accessisset, persuasum loci opportunitate, qui se ipsum munitione defenderet: equitum vero operam neque in loco palustri desiderari debuisse, et illic fuisse utilem, quo sint profecti: summam imperii se consulto nulli discedentem tradidisse, ne is multitudinis studio ad dimicandum impelleretur: cui rei propter animi mollitiem stndere omnes videret, quod diutius laborem ferre non possent. Romani si casu intervenerint, fortunæ; si alicujus indicio vocati, huic habendam gratiam, quod et paucitatem eorum ex loco

superiore cognoscere, et virtutem despicere potuerint, qui, dimicare non ausi, turpiter se in castra receperint. Imperium se a Cæsare per præditionem nullum desiderare, quod habere victoria posset, quæ jam esset sibi, ac omnibus Gallis explorata. Quin etiam ipsis remittere, si sibi magis honorem tribuere, quam ab se salutem acciperé videantur. Quod ut intelligatis, inquit, siacere a me pronuntiari, audite Romanos milites. "Producit servos, quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat, et fame, vinculisque excrucierat. Il jam ante edocti, quæ interrogari pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt; fame, et inopia adductos, clam ex castris exiisse, si quid frumenti, aut pecoris in agris reperire possent. Simili omnem exercitum inopia premi, nec jam vires sufficere cuiusquam, nec ferre operis laborem posse. Itaque statuisse imperatorem, si nihil in oppugnatione oppidi profecisset, triduo exercitum deducere. "Hæc a me, inquit *Vercingetorix*, beneficia haberis, quem præditionis insimulatis, cuius opera sine vestro sanguine tantum exercitum victorem fame pene consumptum videtis; quem turpiter se ex fuga recipientem, ne qua civitas suis finibus recipiat, a me provisum est.," Conclamat omnis multitudo, et suo more armis concrepat, quod facere in eo consueverunt, cuius orationem approbant: summum esse Vercingetorigem ducem, nec de ejus fide dubitandum, nec majori ratione bellum administrari posse. Statuunt, ut decem milia hominum delecta ex omnibus copiis in oppidum submittantur: nec solis Biturigibus communem salutem committendam censem, quod penes eos, si oppidum retinuisserint, summam victoriæ constare intelligebant.

*Desunt nonnulla.*

22 Singulari militum nostrorum virtuti consilia cujusque modi Gallorum occurrebant, "ut est summæ genus sollertiæ, atque ad omnia imitanda, atque efficien-

23 *Constare intelligebant.*) nullum in vetustis codicibus, Recentiores putant hic quædam neque in Græco lacunæ indicum. *D. Voss.*

da, quæ ab quoque traduntur, aptissimum., Nam et <sup>24</sup> laqueis falces avertabant, <sup>25</sup> quas cum destinaverant, tormentis introrsus deducebant, et aggerem cuniculis subtrahebant; eo scientius, quod <sup>26</sup> apud eos magna sunt ferrariae, atque omne genus cuniculorum notum, atque usitatum est. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulaverant, atque has coriis intexerant. Tum crebris diurnis, nocturnisque eruptionibus aut aggeri ignem inferebant, aut milites occupatos in opere adoriebantur, et nostrarum turrium altitudinem, quantum has <sup>27</sup> quotidianus agger expresserat, <sup>28</sup> commissis suarum turrium malis, adæquabant; et <sup>29</sup> apertos cuniculos præsta, et præacuta materia, et pice fervefacta, et maximi ponderis saxis morabantur, mœnibusque propinquare prohibebant. " Muris autem omnibus Gallicis hæc <sup>23</sup> fere forma est. Trabes directæ perpetuae in longitudinem, paribus interyallis distantes inter se binos pedes in solo collocantur. Eæ revinciuntur introrsus, et multo aggere vestiuntur. Ea autem, quæ diximus, intervalla grandibus in fronte saxis effartiuntur, Iis collocatis, et coagmentatis, aliis insuper ordo adjicitur, ut idem illud intervallum servetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis, singulæ singulis saxis interjectis, arte contineantur. Sic deinceps omne opus con-

<sup>24</sup> Laqueis falces avertabant.) Murales falces, de quibus supra lib. III. cap. 9. sect. 14.

<sup>25</sup> Quas cum destinaverant.) Destinare hoc loco est, quod petit attingere. Turnebo interprete Advers. XIV. II.

<sup>26</sup> Apud eos magna ferrariae.) Rutilius Itinerar. lib. I. vers. 351. insulæ Iluse laudans chalybem, addit:

*Qua nibi uberior Norica glesba tuli.*

*Non Biturix largo potior strictura camino,*  
*Nec quæ Sardoo cespite massa fuit.*

<sup>27</sup> Quotidianus agger ex-

presserat.) Græcus δρον χάρατι καθ' ἐκάσην οἱ Ρωμαῖοι ἀδύναντα ἀνυψοῦ.

<sup>28</sup> Commissis suarum turrium malis.) Nec alis, nec alia, neque scalis aliorum placet. Mali sunt arbores grandiores, instar earum, quæ in navibus eriguntur.

<sup>29</sup> Apertos cuniculos.) Opponuntur tectis, Hirt. VIII. cap. II. sect. 41. An vero similes obliquisductibus, quos approches vocant; non videtur tam antiquus illorum usus fuisse. Ad appropinquationem tamen, et irruptionem videntur hoc loco facti esse.

textitur, dum justa muri altitudo expleatur. Hoc cum in speciem, varietatemque opus deforme non est, alterius trabibus, ac saxis, quæ rectis lineis suos ordines servant, tum ad utilitatem, et defensionem urbium summam habet opportunitatem, quod et ab incendio lapis, et ab ariete materia defendit, quæ perpetuis trabibus pedes quadragenos plerumque introrsus revincta neque per rumpi, neque distrahi potest.,,

## CAPUT XI.

*Cæsar aggerem extruendum curat. Hostes, incenso aggere, e turribus erumpunt. Narratur cujusdam Galli factum, scorpionis iocu extincti.*

24 **I**lis tot rebus impedita oppugnatione, milites cum toto tempore frigore, et assiduis imbribus tardarentur, tamen continentis labore omnia hæc superaverunt, et diebus xxv. aggerem latum pedes cccxxx. altum pedes lxxx. extruxerunt. Cum is murum hostium pene contingeret, et Cæsar ad opus consuetudine excubaret, militesque cohortaretur, ne quod omnino tempus ab opere intermitteretur, paullo ante tertiam vigiliam est animadversum, fumare aggerem, quem cuniculo hostes succenderant, eodemque tempore toto muro clamore sublato, duabus portis ab utroque latere turrium eruptio siebat. Alii faces, atque aridam materiem de muro in aggerem eminus jaciebant: picem, alii, reliquasque res, quibus ignis excitari potest, fundebant, ut quo primum occurreretur, aut cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset. Tamen, quod instituto Cæsaris duæ semper legiones pro castris excubabant, duæque partitis temporibus in opere erant, celeriter factum est, ut alii eruptionibus resisterent, alii turres reducerent, aggeremque interscinderent, omnis vero ex castris multitudo ad restinguendum concurreret. Cum in omnibus locis, consumpta jam reliqua parte noctis, pugnaretur, semperque hostibus spes victoriae redintegraretur, eo magis, quod deustos plu-

25

teos<sup>30</sup> turrium videbant, nec facile adire apertos ad auxiliandum animadvertebant, semperque ipsi recentes defessis succederent, omnemque Galliæ salutem<sup>31</sup> in illo vestigio temporis positam arbitrarentur: accidit inspectantibus nobis, quod dignum memoria visum, prætermittendum non existimavimus. Quidam ante portam oppidi Gallus, qui per manus sevi, ac picis traditas glebas in ignem e regione turris projiciebat,<sup>32</sup> scorponie ab latere dextro trajectus, exanimatusque concidit: hunc ex proximis unus jacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur: eadem ratione ictu scorponis exanimato altero, successit tertius, et tertio quartus; nec ille prius est a propugnatoribus vacuus relictus locus, quam restincto aggere, atque omni parte submotis hostibus, finis est pugnandi factus.

*30 Deustos pluteos turrium.) Tabulas, et asseres: id enim plutei Latinis, quamquam et machinæ sic dictæ, quibus et oppugnatores tegebantur, etiam qui tures admovebant.*

*31 In illo vestigio temporis.) Sic et infra Civil. II. cap. 10. sect. 26. vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. Et Cicero in Pis. cap. 9. extr.*

eodem et loci vestigio, et temporis. Interpres hoc nostro loco: ἐν ταῦτα τῇ Ὀρᾳ.

*32 Scorpione.) Tertulliano principio libri de hoc nomine dicti, machina est bellica, quam cum spiculo et virus in vulnus effundit. Cæteris nulla mentione est veneni. Postiores manubalistam dixerunt, teste Vettio.*

## CAPUT XII.

*Galli ex oppido profugeve meditantes a matribus familiis detinentur, quæ Romanos de suorum fuga certiores faciunt, clamoribus sublatis.*

*Omnia experti Galli, quod res nulla successerat, postero die consilium ceperunt ex oppido profugere, hortante, et jubente Vercingetorige. Id silentio noctis conati, non magna jactura suorum sese effecturos sperabant, propterea quod neque longi ab oppido castra Vercingetorigis aberant; et palus, quæ perpetua intercedebat, Romanos ad insequendum tardabat. Jamque hoc facere noctu apparabant, cum matres familias repente in publicum procurrerunt, flentesque*

projectæ ad pedes suorum omuibus precibus petierunt, ne se, et communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam natura, et virium infirmitas impediret. Ubi eos perstare in sententia viderunt, quod plerumque in summo periculo timor misericordiam non recipit, clamare, et significare de fuga Romanis cœperunt. Quo timore perterriti Galli, ne ab equitatu Romanorum viæ præoccuparentur, consilio destiterunt.

## CAPUT XIII.

Cæsar positis præmiis Milites hortatur, ut hostium murum ascendant, quod illi prompte faciunt. Magna pars hostium interficitur. Nonnulli ad Vercingetorigem fugiunt, quos ille postero die alloquitur. Galli castra muniunt. Vercingetorix necessaria ad bellum parat.

- 27** Postero die Cæsar promota turri, perfectisque operibus, quæ facere instituerat, magno coorto imbre, non inutilem hanc ad capiendum consilium tempestatem arbitratus est, quod paullo incautius custodias in muro dispositas videbat, suosque languidius in opere versari jussit, et, quid fieri vellet, ostendit. Legiones <sup>33</sup> intra vineas in occulto expeditas cohortatus, ut aliquando pro tantis laboribus fructum victoriæ perciperent, iis, qui primi murum ascendissent, præmia proposuit, militibusque signum dedit. Illi subito ex omnibus partibus evolaverunt, murumque celeriter complerunt. Hostes re nova perterriti, muro, turribusque dejectis, in foro, ac locis patentioribus cunctam constituerunt; hoc animo ut, si qua ex parte obviam contraveniretur, acie instructa, depugnarent. Ubi neminem in æquum locum sese demittere, sed toto undique muro circumfundi viderunt, veriti, ne omnino spe fugæ tolleretur, abjectis armis, ultimas oppidi partes continentí impetu petiverunt; parsque ibi, cum
- 28**

<sup>33</sup> Intra vineas.) Machibantur. Græcus. ὅπλα τάξις, quibus oppugnatores tege-

angusto exitu portarum se ipsi premerent, a militibus, pars iam egressa portis ab equitibus est interfecta. Nec fuit quisquam, qui prædæ studebat. Sic et <sup>34</sup> Genabensi cæde, et labore operis incitatî, non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercérunt. Denique ex omni eo numero, qui fuit circiter XL. milium, vix CCC. qui primo clamore audito se ex oppido ejecerant, incolumes ad Vercingetorigem pervererunt. Quos ille multa jam nocte, silentio sic ex fuga exceptit (veritus, ne qua in castris ex eorum concursu, et misericordia vulgi seditio oriretur) ut procul in via dispositis familiaribus suis, principibusque civitatum, <sup>35</sup> disparandos, reducendosque ad suos curaret, quæ cuique civitati pars castrorum ab initio obvenerat. Postero die concilio convocato, consolatus, cohortatusque est, “ne se admodum animo demitterent, neve perturbarentur incommodo: non virtute, neque acie vices Romanos, sed artificio quodam, et scientia oppugnationis, cujus rei fuerint ipsi imperiti: errare, si qui in bello omnes secundos rerum eventus exspectent: sibi nunquam placuisse Avaricum defendi, cujus rei testes ipsos haberet; sed factum imprudentia Biturigum, et nimia obsequentia reliquorum, ut hoc incommodum acciperetur: id tamen se celeriter majoribus comodis sanaturum. Nam quæ ab reliquis Gallis civitates dissentirent, has sua diligentia adjuncturum: atque unum totius Galliæ consilium effecturum, cujus consensui ne orbis quidem terrarum possit obsistere: idque se prope jam effectum habere. Interea æquum esse, ab iis communis salutis causa impetrari, ut castra munire instituerent, quo facilius hostium repentinós impetus sustinere possent. “Fuit hæc oratio non <sup>30</sup> ingrata Gallis, maxime quod ipse animo non defecerat, tanto accepto incommodo, neque se in occultum addiderat, neque conspectum multitudinis fugerat: plus-

<sup>34</sup> Genabensi cæde.) Metaprabastes, τῶν τῶν ἐν τῇ Γενάβῃ πόλει Ρωμαῖοι ὅπο τῶν Ιταλῶν γεγενημένω φύνων. Historia est cap. 2. sect. 3. hu-

jus libri.

<sup>35</sup> Disparandos, deducendosque.) Ne numerus animadverteretur, si, facto agmine, incastra pervenissent, Goduia.

que animo providere, et præsentire existimabatur, quod re integra primo incendendum Avaricum, post deserendum censuerat. Itaque ut reliquorum imperatorum res adversæ auctoritatem minuunt; sic hujus ex contrario dignitas, incommodo accepto, in dies augebatur. Simul in spem veniebant ejus affirmatione de reliquis adjungendis civitatibus, primumque eo tempore Galli castra munire instituerunt: et sic sunt animo consternati homines insueti laboris, ut omnia, quæ im-  
 3<sup>r</sup> perarentur, sibi patienda existimarent. Nec minus, quam est pollicitus, Vercingetorix animo laborabat, ut reliquias civitates adjungeret, atque earum principes donis, pollicitationibusque alliciebat. Huic rei idoneos homines diligebat, quorum quisque aut oratione subdola, aut amicitia facillime capi posset. Qui, Avarico expnato, refugerant, armandos, vestiendosque curat. Simul ut diminutæ copiæ redintegrarentur, imperat certum numerum militum civitatibus; quem, et quam ante diem in castra adduci velit, sagittariosque omnes, quorum erat permagnus numerus in Gallia, conquiri, et ad se mitti jubet. His rebus celeriter id, quod Avari-  
 ci deperierat, expletur.

## C P A U T XIV.

*Theutomatus Rex Nitiobrigum Vercingetorigem conve-  
 nit. Æduorum legati Cæsarem adeunti orantes, ut ipsis  
 auxilio sit. Cæsar ad Æduos projectus eorum rebus op-  
 portune succurrit: inde exercitum in duas partes dividit:  
 alteram Labieno in Senones, et Parisios ducentam com-  
 mittit, alteram secum ducit in Arvernos juxta  
 flumen Elaverim.*

**I**nterim Theutomatus, Olloviconis filius, rex Nitio-  
 brigum, cuius pater ab senatu nostro amicus erat ap-  
 pellatus, cum magno equitum suorum numero, et quos  
 3<sup>2</sup> ex Aquitania conduxerat, ad eum pervenit. Cæsar  
 Avarici complures dies commoratus, summamque  
 ibi copiam frumenti, et reliqui commeatus nactus,  
 exercitum ex labore, atque inopia refecit. Jam prope  
 hieme confecta, cum ipse anni tempore ad gerendum

bellum vocaretur; et ad hostem proficisci constituisset, sive eum ex paludibus, silvisque eliceret, sive ob-sidione premere posset; legati ad eum principes *A*-duorum veniunt, oratum, "ut maxime necessario tem-pore civitati subveniat: summo esse in periculo rem; quod, cum singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam potestatem annum obtinere consuevissent, duo magistratum gerant, et se uterque eorum legibus crea-tum esse dicat. Horum esse alterum Convictolitanem, florentem, et illustrem adolescentem; alterum Cotum, antiquissima familia natum, atque ipsum hominem summæ potentiae, et magnæ cognationis, cuius fra-ter Vedeliacus proximo anno eundem magistratum ges-serit; civitatem omnem esse in armis: divisum sena-tum, divisum populum: suas cujusque eorum cliente-las. Quod si diutius alatur controversia, fore, uti pars cum civitatis parte configitat: id ne accidat, positum in ejus diligentia, atque auctoritate.", Cæsar, etsi a 33 bello, atque hostile discedere, detrimentosum esse exis-timabat; tamen non ignorat, quanta ex dissensioni-bus incommoda oriri consuissent; ne tanta, et tam conjuncta populo Romano civitas, quam ipse semper aluisset, omnibusque rebus ornasset, ad viam, atque ad arma descendere, atque ea pars, quæ minus sibi confideret, auxilia a Vercingetorige accerseret, huic rei præverteendum existimavit: et, quod legibus *A*-duorum, iis, qui summum magistratum obtinerent, excedere ex finibus non liceret, ne quid de jure, aut legibus eorum diminuisse videretur, ipse in *A*duos pro-ficisci statuit, senatumque omnem, et quos inter con-troversia esset, 36 Decetiam ad se vocavit. Cum pro-pe omnis civitas eo convenisset, docereturque, paucis clam vocatis, alio loco, alio tempore, atque opor-

36 Decetiam ad se vocavit.) Fulvii codex ita clare: etiam duo alii, Ciacconio teste. Vett. edd. etiam ad se evoc. quod et in Vaticano legi dicitur. Oppidi nomen subesse sequentia *cum eo* venisset ostendunt. Eo enim

certum locum signat. Antonini autem itinere ab Augustoduno Lutetiam Decetio occurrit, quæ haud dubie est Declze in dex-trâ Ligeris ripa, medio fere loco inter Nevres, et Bourbon Lancy.

tuerit, fratrem a fratre renuntiatum, cum leges, duos ex una familia, vivo utroque, non solum magistratus creari vetarent, sed etiam in senatu esse prohiberent; Cotum magistratum deponere coegit: Convictolitanem, qui per sacerdotes, more civitatis, intermissis magistratibus, esset creatus, potestatem obtinere jus sit. Hoc decreto interposito, cohortatur Æduos, ut controversiarum, ac dissensionum obliviscerentur, atque, omnibus omissis rebus, huic bello servirent; ea- que, quæ meruissent, præmia ab se, devicta Gal- lia, exspectarent equitatumque omnem, et peditum milia x. sibi celeriter mitterent, quæ in præsidiis rei frumentariæ causa disponeret, exercitum in duas par- des divisit: iv. legiones in Senones, Parisiosque La- bieno ducendas dedit: vi. ipse in Arvernos, ad oppi- dum Gergoviam secundum <sup>37</sup> flumen Elaverim duxit, Equitatus partem illi attribuit, partem sibi reliquit.

<sup>37</sup> Flumen Elaver.) Ex Ge- dens, eidem ad Noviodunum, benna monte ruens, ab occasu seu Nivernum se adfundens. Ligeris in septemtrionem ten-

## CAPUT XV.

Vercingetorix, pontibus rescissis, iter facit ab altera Elaveris parte. Cæsar pontem reficit, et exercitum trans- ducit; inde Gergoviam pervenit. Vercingetorix castra in monte ponit: Cæsar præsidio dejecto, potitur loco in quo legiones collocat.

<sup>32</sup> Qua re cognita, Vercingetorix, omnibus inter- ruptis ejus fluminis pontibus, ab altera Elaveris parte iter facere cœpit. Cum uterque utriusque esset exercitus in conspectu, fereque e regione castra pone- ret; dispositis exploratoribus, necubi effecto ponte Ro- mani copias transducerent; erat in magnis Cæsari dif- ficultatibus res, ne majorem æstatis partem illo tempore im- pediretur; quod non fere ante autumnum Elaver vado transiri soleat. Itaque, ne id accideret, silvestri loco castris positis, e regione unius eorum pontium, quos

Vercingetorix rescindendos curaverat, postero die cum <sup>31</sup> II. legionibus in occulto restitit: reliquas copias cum omnibus impedimentis, ut consueverat, misit, <sup>38</sup> demptis quartis quibusque cohortibus, uti numerus legiōnum constare videretur. Iis, quam longissime possent, progrederi jussis, cum jam ex diei tempore conjecturā in caperet, in castra perventum; iisdem sublicis, quarum pars inferior integra remanebat, pontem reficere coepit. Celeriter effecto opere, legionibusque transductis, et loco castris idoneo delecto, reliquas copias revocavit. Vercingetorix, re cognita, ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit. Cæsar ex eo loco quintis castris Gergoviam pervenit; equestri que prælio eo die levi facto, perspecto urbis situ, quæ posita in altissimo monte omnes aditus difficiles habebat, de expugnatione desperavit: de obsessione non prius agendum constituit, quam rem frumentariam expedisset. At Vercingetorix, castris prope oppidum in monte positis, mediocribus circum se intervallis, separatim singularum civitatum copias collocaverat; atque omnibus ejus jugi collibus occupatis, qua despici poterat, horribilem speciem præbebat; principesque earum civitatum, quos sibi ad consilium delegerat, prima luce ad se quotidie convenire jubebat, seu quid communicandum, seu quid administrandum videretur: nequé ullum fere diem intermittebat, quin, equestri prælio interiectis sagittariis, quid in quoque esset animi, ac virtutis suorum, periclitaretur. Erat e regione oppidi collis sub ipsis radibus montis egregie munitus, atque ex omn parte circumcisus: quem si tenerent nostri, et aquæ magna parte, et pabulatione libera prohibituri hostes vide-

36

<sup>38</sup> Demptis quartis quibusque cohortibus. Torquent se interpres in his, et superioribus de II. legionibus, quibuscum Cæsar restitit; quæ doctissime ita D. Vossius expedit: Cæsar cum vi. legionibus in Arvernos profectus est, et cum Elaverim non nisi æstu transire posset, ipse

cum duabus legionibus restitit. Dein ut ostendat, qua ratione illas duas legiones detrahere de exercitu potuerit, ut nihil omnibus vi. legionum species maneret, ait, se quartam quemque cohortem aumpsisse. Jam ix. cohortes ubi numerantur, necessario quarta pars est xv.

N

bantur. Sed is locus præsidio ab iis non nimis firmo tenebatur. Tamen silentio noctis Cæsar ex castris egressus, priusquam subsidium ex oppido venire posset, dejecto præsidio, potitus loco, duas ibi legiones collocavit, fossamque duplēm duodenūm pedum a majoribus castris ad minora perduxit; ut tuto ab repentinō hostiū incursu etiam singuli comeare possent.

## CAPUT XVI.

*Convictolitanis Æduus sollicitatus ab Arvernis quosdam adolescentes alloquitur, quorum princeps Litavicus contra Romanos exercitum dicit. Eporedorix rem hanc Cæsari aperit, eumque rogat, ut auxilio sit.*

37 **D**um hæc ad Gergoviam geruntur, Convictolitanis Æduus, cui magistratum adjudicatum a Cæsare demonstravimus, sollicitatus ab Arvernis pecunia, cum quibusdam adolescentibus colloquitur, quorum erat princeps Litavicus, atque ejus fratres, amplissima familia nati adolescentes. Cum iis præmium communicat, hortaturque eos, „ut se liberos, et imperio natos meminerint: unam esse Æduorum civitatem, quæ certissimam Galliæ victoriā distineat: ejus auctoritati reliquas contineri, qua transducta, locum consistendi Romanis in Gallia non fore: esse nonnullo se Cæsaris beneficio affectum, sic tamen, ut justissimam apud eum causam obtinuerit; sed plus communī libertati tribuere. Cur enim potius Ædui de suo jure, et de legibus ad Cæsarem disceptaturi, quam Romani ad Æduos veniant?“ Celeriter adolescentibus et <sup>39</sup> oratione magistratus, et præmii spe ductis, cum se, vel principes ejus consilii fore profiterentur, ratio perficiendi quærebatur, quod civi-

39. *Oratione magistratus, et præmii spe ductis.*) Vulgo nunc legunt ratione magistratus, et præmio deductis. Inepte. Veteres libri, etiam excusi, oratione, et Græcus ταν ἀρχευτος

δημηγορα. Alterum verit χρι- ματων ελποι, quod arguit spe legisse in suo codice. Consule Dion. Vossium.

tatem temere ad suscipiendum bellum adduci posse non confidebant. Placuit, ut Litavicus decem illis millibus, quæ Cæsari ad bellum mitterentur, præficeretur, atque ea ducenda curaret, fratresque ejus ad Cæsarem præcurrerent: reliqua, qua ratione agi placeat, constituunt. Litavicus, accepto exercitu, cum millia passuum circiter xxx. ab Gergovia abesset, convocatis subito militibus, lacrymans: „Quo proficiscimur, inquit, milites? Omnis noster equitatus, nobilitas omnis interiit: principes civitatis Eporedorix, et Viridomarus insimulati productionis ab Romanis, indicta causa, interfici sunt. Hæc ab iis cognoscite, qui ex ipsa cæde fugerunt. Nam ego, fratribus, atque omnibus propinquis meis interfectis, dolore prohibeor, quæ gesta sunt, pronuntiare.“ Producuntur ii, quos ille edocuerat, quæ dici vellet, atque eadem, quæ Litavicus proununtiaverat, multitudini exponunt: „multos equites Æduorum interfectos, quod collocuti cum Arvernis dicentur; ipsos se inter multitudinem militum occultasse, atque ex media cæde profugisse.“ Conclamant Ædui, et Litavicum obsecrant, ut sibi consulat. „Quasi vero, inquit ille, consilii sit res, ac non necesse sit nobis Gergoviam contendere, et cum Arvernis nosmet conjungere. An dubitamus, quin, nefario facinore admisso, Romani jam ad nos interficiendos concurrant? Proinde, si quid in nobis animi est, persequamur eorum mortem, qui indignissime interierunt: atque hos latrones interficiamus.“ Ostendit cives Romanos, qui ejus præsidii fiducia una erant. Continuo magnum numerum frumenti, commeatusque diripit, ipsos crudeliter excruciatus interficit: nuntios tota civitate Ædiorum dimittit, eodem mendacio de cæde equitum, et principum permovet: hortatur, ut simili ratione, atque ipse fecerit, suas injurias persequantur. Eporedorix Æduus summo loco natus adolescens, et suminæ domi potentiae, et una Viridomarus, p̄sri ætate, et gratia, sed genere dispari, quem Cæsar sibi ab Divitiaco traditum ex humili loco ad summam dignitatem perduxerat, in equitum numero convenerant, nominatim ab eo evocati. His erat inter se de principa-

tu contentio: et in illa magistratum controversia alter pro Convictolitane, alter pro Coto summis opibus pugnaverat. Ex iis Eporedorix, cognito Litavici consilio, media fere nocte rem ad Cæsarem defert; orat, „ne patiatur, civitatem pravis adolescentium consiliis ab amicitia populi Romani deficere: quod futurum provideat, si se tot hominum millia cum hostibus conjungerint; quorum salutem neque propinquai negligere, neque civitas levi momento aestimare possit.“

## CAPUT XVII.

*Cæsar, relicto C. Fabio legato ad castrorum præsidium, Æduorum agmen insequitur, eorumque iter moratur. Dum Ædui armorum profectione ditionem significant, Litavicus Gergoviam profugit; quo Cæsar ipse paullo post contendit.*

40 **M**agna affectus sollicitudine hoc nuntio Cæsar, quod semper Æduorum civitate præcipue indulserat, nulla interposita dubitatione, legiones expeditas iv., equitatumque omnem ex castris educit. Nec fuit spatium tali tempore ad contrahenda castra: quod res in celeritate posita esse videbatur. C. Fabium legatum cum legionibus ii. castris præsidio relinquit. Fratres Litavici, cum comprehendendi jussisset, paulo ante reperit ad hostes profugisse. Adhortatus milites: „ne necessario tempore itineris labore permoveantur,“ cupidissimis omnibus, progressus millia passuum xxv. agmen Æduorum conspicatus, immisso equitatu, iter eorum moratur, atque impedit: interdicisque omnibus, ne quemquam interficiant. Eporedorigem, et Viridomarum, quos illi imperfectos existimabant, inter equites versari, suosque appellare jubet. His cognitis, et Litavici fraude perspecta, Ædui manus tendere, et ditionem significare, et projectis armis, mortem deprecari incipiunt. Litavicus cum suis clientibus, „quibus nefas more Gallorum est etiam in extrema fortuna de-  
41 serere patronos,“ Gergoviam profugit. Cæsar, nuntiis ad civitatem Æduorum missis, qui suo beneficio con-

servatos docerent, quos jure belli interficere potuisset, tribusque horis noctis exercitui ad quietem datis, castra ad Gergoviam movit. Medio fere itinere equites a Fabio missi, quanto res in periculo fuerit, exponunt: summis copiis castra oppugnata demonstrant: quam crebro integri defessis succederent, nostrosque assiduo labore defatigarent, quibus propter magnitudinem castorum perpetuo esset iisdem eodem in vallo permanendum: multitudine sagittarum, atque omnis generis telorum multos vulneratos: ad hæc sustinenda <sup>40</sup> magno usui fuisse tormenta: Fabium discessu eorum, duabus relictis portis, obstruere cæteras, <sup>41</sup> pluteosque vallo addere, et se in posterum diem similem ad casum parare. Iis rebus cognitis, Cæsar summo studio militum ante ortum Solis in castra pervenit.

<sup>40</sup> Magno usui fuisse tormenta.)  
Bene interpres: τὰς μηχανὰς πρὸς τὴν τῶν πολεμῶν ἀτάγε γε γέρμην.

<sup>41</sup> Pluteosque vallo addere.)  
Plutei hic non machinae sunt, sed asseres, et tabulae, quibus altitudo vallii augebatur, quia su-

bito terram adgerere non licebat. Festus in PLUTEI, cum de machinae, et tegumenti notione dixisset, addit: *Nunc etiam tabulae, quibus quid præsepitur, eodem nomine dicuntur. Vide et supra cap. II, sect. 25.*

## CAPUT XVIII.

Ædui Romanorum bona diripiunt, multosque cœdunt. At vero fama perlata, omnes milites in Cæsaris potestatem devenisse, primum se apud Aristium purgant, deinde legatos, qui idem faciant, ad Cæsarem mittunt: sed postea clandestina colloquia de bello suscipiendo habent, Cæsare interim omnia hæc dissimulante.

Dum hæc ad Gergoviam geruntur, Ædui, primis <sup>42</sup> nuntiis a Litavico acceptis, nullum sibi ad cognoscendum spatiū relinquunt. Impellit alios avaritia, alios iracundia, et temeritas, quæ maxime illi hominum generi est innata, ut levem auditionem habeat pro re comperta. Bona civium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in servitutem abstrahunt. Adjuvat rem proclinationis Convictolitanis, plebemque ad furorem im-

pellit, ut, facinore admisso, ad sanitatem reverti pudeat. M. Aristium tribunum milit. iter ad legionem facientem, fide data, ex <sup>42</sup> oppido Cabillono educunt; idem facere cogunt eos, qui negotiandi causa ibi constiterant. Hos continuo itinere adorti, omnibus impedimentis exeunt; repugnantes diem, noctemque ob-sident, multis utrinque interfectis, majorem multitudinem ad arma concitant.

**43** Interim nuntio allato, omnes eorum milites in potestate Cæsaris teneri, concurrunt ad Aristium; nihil publico factum consilio demonstrant: quæstionem de bonis direptis decernunt: Litavici, fratrumque bona publicant: legatos ad Cæsarem, sui purgandi gratia, mittunt: hæc faciunt recuperandorum suorum causa: sed contaminati facinore, et capti compendio ex direptis bonis, quod ea res ad multos pertinebat, et timore pœnæ exterriti, consilia clam de bello iniri incipiunt, civitatesque reliquas relationibus sollicitant. Quæ tametsi Cæsar intelligebat; tamen quammittissime potest, legatos appellat: „nihil se, propter inscientiam, levitatemque vulgi, gravius de civitate judicare, neque de sua in Aeduos benevolentia diminuere.“ Ipse majorem Galliæ motum exspectans, ne ab omnibus civitatibus circumsisteretur, consilia inibat, quemadmodum a Gergovia discederet, ac rursus omnem exercitum contraheret, ne profectio nata a timore defectionis similis fugæ videretur.

<sup>42</sup> Oppido Cabillono.) Cabillo- men Ararim: Chalenum Aeduorum oppidum ad flu-

## CAPUT XIX.

*Cæsar collem quemdam ab hostibus detentum occupat; hostes omni exitu, et pabulo prohibet: mandata militibus dat. Describitur oppidi murus, et situs. Cæsarei hostium castris potiuntur, ac dum ad portas oppidi approxinant, hostes territi se e muro dejiciunt. L. Fa-bius oppidi murum ascendit: Hostes oppido, qua maxime laborat, succurrunt.*

**44** Hæc cogitanti accidere visa est facultas bene rei

gerendæ. Nam cum minora in castra operis perspicendi cava venisset, animadvertisit collem, qui ab hostibus tenebatur, nudatum hominibus, qui superioribus diebus vix præ multitudine cerni poterat. Admiratus, quærerit ex perfugis causam, quorum magnus ad eum quotidie numerus confluebat. Constatbat inter omnes, quod jam ipse Cæsar per exploratores cognoverat, dorsum esse ejus jugi prope æquum, sed silvestre, et angustum, qua esset aditus ad alteram partem oppidi, vehementer huic illos loco timere, nec jam aliter sentire, uno colle ab Romanis occupato, si alterum amissent, quin pene circumvallati, atque omni exitu, et pabulatione interclusi viderentur, ad hunc munendum locum omnes a Vercingetorige evocatos. Hac re cognita, Cæsar mittit complures equitum 45 turmas eo de media nocte. Iis imperat, ut paullo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur. Prima luce magnum numerum impedimentorum ex castris, mulorumque produci, <sup>43</sup> atque iis stramenta detrahi, mulionesque cum cassidibus, equitum specie, ac simulatione, collibus circumvehi jubet. His paucos addit equites, qui latius ostentationis causa vagarentur. Longo circuitu easdem omnes jubet petere regiones. Hæ procul ex oppido videbantur, ut erat a Gergovia despectus in castra, neque tanto spatio, certi quid esset, explorari poterat. Legionem unam eodem jugo mittit, et paulum progressam inferiore loco constituit, silvisque occultat. Augetur Gallis suspicio, atque omnes illo munitionum copiæ transducuntur. Vacua castra hostium Cæsar conspicatus, <sup>44</sup> tectis insignibus suorum, occultatisque signis militaribus, raros milites, ne ex oppido animadverterentur, ex majoribus castris in minora transducit, legatisque, quos singulis legionibus præfecerat, quid fieri vellet, ostendit:

<sup>43</sup> Atque iis stramenta.) In vet. cod. neque it: quod Scaliger emendavit æque iis, ut in per-

risque nunc editis est: elegun-  
tius atque D. Vossius substituit:  
quia detrahere cui dicimus, non

ex quo. Stramenta autem hic  
clitelæ, straminibus effartæ.  
Goduin.

<sup>44</sup> Tectis insignibus suorum.)  
Vide supra l. II. cap. II. sect.  
21.

in primis monet, ut contineant milites, ne studio pugnandi, aut spe prædæ longius progrediantur. Quid iniqüitas loci habeat incommodi, proponit. Hoc una celeritate posse vitari. Occasionis esse rem, non prælii. His rebus expositis, signum dat, et ab dextera

<sup>46</sup> parte alio adscensu eodem tempore Ædnos mittit. Oppidi murus ab planicie, atque initio adscensus, recta regione, si nullos anfractus intercederet, mœc. passus aberat. Quidquid huic circuitus ad moliendum clivum accesserat, spatium itineris augebat. A medio ferre colle in longitudinem, ut natura montis ferebat, ex grandibus saxis vi. pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, præduxerant Galli, atque inferiore omni spatio vacuo relicto, superiore partem collis usque ad murum oppidi densissimis castris compleverant. Milites signo dato celeriter ad munitionem perveniunt, eamque transgressi <sup>45</sup> trinis castris potiuntur. Ac tanta fuit in capiendis castris celeritas, ut Theutomathus rex Nitibrigum subito in tabernaculo oppressus, ut meridie conquiererat, superiore corporis parte nudata, vulnerato equo, vix se ex manibus prædan-

<sup>47</sup> tiū militum eriperet. Consecutus id, quod animo proposuerat, Cæsar receptui cani jussit, legionisque decimæ, <sup>46</sup> qua tum erat comitatus, signa consistere. At reliquarum milites legionum, non exaudito tubæ sono, quo satis magna vallis intercedebat, tamen a tribunis militum, legatisque, ut erat a Cæsare præceptum, retinebantur. Sed elati spe celeris victoriæ, et hostium fuga, superiorumque temporum secundis præliis, nihil adeo arduum sibi existimabant, quod non virtute consequi possent; neque prius finem sequendi fecerunt, quam muro oppidi, portisque appropinquarunt. Tum vero ex omnibus urbis partibus orto claimo-

<sup>45</sup> Trinis castris potiuntur.) Hostium castris, separatum ibi metatis: nunc autem vacuis, cap. 19. sect. 45. Et Græcus τρισὶ στοπέδαι.

<sup>46</sup> Quia tum erat comitatus. Sic Gryphiana editum est, quod

Lipsius probavit, et D. Vossius: nec melior emendatio adhuc allata fuit. Omnes priores, quæcum erat concionatus; et Græcus ἐπηγορεῖται. Quis vero latine dixit, concionari cum quo?

more, qui longius aberant, repentinio tumultu perterriti, cum hostes intra portas esse existimarent, sese ex oppido ejecerunt. Matresfamilias de muro vestem, argentunque jactabant, et pectore nudo prominentes, passis manibus obtestabant Romanos, ut sibi parcerent; neu, sicut Avarici fecissent, ne mulieribus quidem, atque infantibus abstinerent. Nonnullæ de muris per manus demissæ, sese militibus tradebant. L. Fabius centurio legionis VIII, quem inter suos eo die dixisse constabat, excitari se Avaricensibus præmiis, neque commisurum, ut prius quisquam murum adscenderet, tres suos nactus manipulares, atque ab iis sublevatus, murum adscendit. Eos ipse rursus singulos exceptans, in murum extulit. Interim ii, qui ad alteram partem oppidi, ut supra demonstravimus, munitionis causa convenerant, primo exaudito clamore, inde etiam crebris nuntiis incitati, oppidum ab Romanis teneri, præmissis equitibus, magno concursu eo contenderunt. Eorum ut quisque primus venerat, sub muro consistebat, suorumque pugnantium numerum augebat. Quorum cum magna multitudo convenisset, matresfamilias, quæ paullo ante Romanis de muro manus tendebant, suos obtestari, et, more Gallico, passum capillum ostentare, liberosque in conspectum proferre cœperunt. Erat Romanis nec loco, nec numero æqua contentio; simul et cursu, et spatio pugnæ defatigati non facile recentes, atque integrlos sustinebant.

## CAPUT XX.

*T. Labienus legatus nuntiis Cæsaris admonitus, cohortibus sub infimo colle hostium constitutis, eosdem terret.*

*L. Fabius interficitur, et e muro præcipitatur. M. Petrus pugnans diem suum obit.*

**C**æsar, cum iniquo loco pugnari, hostiumque augeri copias videret, præmetuens suis, ad T. Sextium legatum, quem minoribus castris præsidio reliquerat, mitit, ut cohortes ex castris celeriter educeret, et sub infimo colle ab dextro latere hostium constitueret; ut, si nostros depulsos loco vidisset, quominus libere ho-

stes insequerentur, terreret. Ipse paulum ex eo loco  
 50 cum legione progressus, ubi constiterat, eventum pugnæ exspectabat. Cum acerrime cominus pugnaretur, hostes loco, et numero, nostri virtute confiderent; subito sunt Ædui visi, ab latere nostris aperto, quos Cæsar ab dextera parte alio adscensu manus distinendæ causa miserat. Ii similitudine armorum vehementer nostros perterruerunt, ac tametsi dextris humeris exertis animadvertebantur, quod insigne pacatis esse consueverat, tamen id ipsum sui fallendi causa milites ab hostibus factum existimabant. Eodem tempore L. Fabius centurio, qui que una murum adscenderant, circumventi, atque interfecti, de muro præcipitantur. M. Petrejus ejusdem legionis centurio, cum portas excindere conatus esset, a multitudine oppressus, ac sibi desperans, multis jam vulneribus acceptis, manipularibus suis, qui illum secuti erant: „Quoniam, inquit, me una vobiscum servare non possum, vestræ quidem certe saluti prospiciam, quos cupiditate gloriæ adductus, in periculum deduxi. Vos, data facultate, vobis consulite.“ Simul irrupit in medios hostes; duobusque imperfectis, reliquos a porta paulum submovit. Conantibus auxiliari suis: „Frustra, inquit, meæ vitæ subvenire conamini, quem jam sanguis, viresque deficiunt. Proinde hinc abite, dum est facultas, vosque ad legionem recipite.“ Ita pugnans post paulum concidit, ac  
 51 suis saluti fuit. Nostri cum undique premerentur, XLVI. centurionibus amissis, dejecti sunt loco; sed 47 intolerantius Gallos insequentes legio x. tardavit, quæ pro subsidio paullo æquiore loco constiterat. Hanc rursus XIII. legionis cohortes exceperunt; quæ ex castris minoribus eductæ, cum T. Sextio legato ceperant locum superiorem. Legiones ubi primum planitiem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt. Vercingetorix ab radicibus collis suos intra munitiones reduxit. Eo die milites sunt paullo minus dec. desiderati.

47 Intolerantius Gallos inse- tius; Græcus θρασεως.  
quentes.) Cupidius, immodera-

## CAPUT XXI.

*Cæsar legiones e castris educit. Vercingetorix in Æduos castra movet; atque ex Viridomaro, et Eporedore intelligit, Litavicumisse ad sollicitandos Æduos. Cæsar Æduos, quos secum habet, dimittit. Eporedorix, et Viridomarus, ut ad oppidum Æduorum peruentum est, utilibus rebus servatis, oppidum incendunt, et copias cogunt. Cæsar flumen Ligerim transit cum omni exercitu, et in Senones proficiscitur.*

**P**ostero die Cæsar, concione advocata, „temeritatem, cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi judicavissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur, neque signo recipiendi dato, constitissent, neque a tribunis militum, legatisque retineri potuissent; exposuit, quid iniquitas loci posset, quid ipse ad Avaricum sensisset, cum sine duce, et sine equitate deprehensis hostibus, exploratam victoriam dimisisset, ne parvum modo detrimentum in contentione propter iniquitatem loci acciperet. Quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset, tantopere licentiam, arrogantiarnque reprehendere, quod plus se, quam imperatorem de victoria, atque exitum rerum sentire existimarent: nec minus se in milite modestiam, et continentiam, quam virtutem, atque animi magnitudinem desiderare. Hac habita concione, et ad extremum oratione confirmatis militibus, „ne ob hanc causam animo permoverentur, neu, quod iniquitas loci attulisset, id virtuti hostium tribuerent: „eadem de profectione cogitans, quæ ante senserat, legiones ex castris eduxit, aciemque idoneo loco constituit. Cum Vercingetorix nihilo magis in æquum locum descenderet, levè facto equestri prælio, atque eo secundo, in castra exercitum reduxit. Cum hoc idem postero die fecisset, satis ad Gallicam ostentationem minuendam, militumque animos confirmandos factum existimans, in Æduos castra movit. Ne tum quidem insecuris hostibus, 111. die ad

flumen Elaverim pontem refecit, atque exercitum trans-  
 54 duxit. Ibi a Viridomaro, atque Eporedorige *Æduis* ap-  
 pellatus, discit, cum omni equitatu Litavicum ad solli-  
 citandos *Æduos* profectum; opus esse ipsos præcedere ad  
 confirmandam civitatem. Et multis jam rebus perfidiam  
*Æduorum* Cæsar perspectam habebat, atque horum dis-  
 ccessu admaturari defectionem civitatis existimabat; ta-  
 men retinendos eos non censuit, ne aut inferre inju-  
 riam videretur, aut dare timoris aliquam suspicionem.  
 Discedentibus his, breviter sua in *Æduos* merita expo-  
 suit; „quos, et quam humiles accepisset, compulsos in  
 oppida, multatos agris, omnibus erexit copiis, impos-  
 sito stipendio, obsidibus summa cum contumelia extor-  
 tis, quam in fortunam, quamque in amplitudinem de-  
 duxisset, ut non solum in pristinum statum redissent,  
 sed omnium temporum dignitatem, et gratiam anteces-  
 sisse viderentur. „His datis mandatis, eos ab se dimi-  
 55 sit. <sup>48</sup> Noviodunum erat oppidum *Æduorum*, ad ripas  
 Ligeris opportuno loco positum. Huc Cæsar omnes ob-  
 sides Gallie, frumentum, pecuniam publicam, suorum,  
 atque exercitus impedimentorum magnam partem con-  
 tulerat; huc magnum numerum equorum hujus belli cau-  
 sa in Italia, atque Hispania coemptorum miserat. Eo cum  
 Eporedorix, Viridomarusque venissent, et de statu civi-  
 tatis cognovissent, Litavicum <sup>49</sup> Bibracte ab *Æduis* re-  
 ceptum, quod est oppidum apud eos maximæ auctorita-  
 tis, Convictolitanem magistratum, magnamque partem  
 senatus ad eum convenisse, legatos ad Vercingetorigem  
 de pace, et amicitia conciliunda publice missos, non  
 prætermittendum tantum commodum existimaverunt.  
 Itaque interfectis Novioduni custodibus, quique eo ne-

<sup>48</sup> Noviodunum: *Æduorum.*) Antonini Itinerarii Nivernum,  
 hodie Nevers, prope confluen-  
 tem Elaveris, Ligerisque.

<sup>49</sup> Bibracte ab *Æduis* rece-  
 ptum.) Id est, oppido Bibracte,  
 seu in oppidum illud. Claros  
 viros esse, qui idem oppidum  
 Bibracte, et Augustodunum

censeant, in Notit. Orb. Anti-  
 qui demonstravimus. Ibidem  
 tamen diversa statuimus, secu-  
 ti Eumenium rhetorem, pane-  
 gyrico Flavieasium nomine, ex-  
 tremo. Tuit etiam in *Æduis*, et  
 ut vestigia quidam observasse  
 dicuntur, non longe ab Augu-  
 stoduno.

gotiandi, aut itineris causa convenerant, pecuniam, atque equos inter se partiti sunt, obsides civitatum Bibracte ad magistratum deducendos curaverunt, oppidum, quod ab se teneri non posse judicabant, ne cui esset usui Romanis, incenderunt; frumenti, quod subito potuerunt, navibus avexerunt, reliquum flumine, atque incendio corruperunt; ipsi ex finitimis regionibus copias cogere, praesidia, custodiasque ad ripas Ligeris disponere, equitatumque omnibus locis, injiciendi timoris causa, ostentare coeperunt, si aut re frumentaria Romanos excludere, aut adductos inopia<sup>50</sup> ex provincia expellere possent: quam ad spem multum eos adjuvabat, quod Liger ex nivibus creverat, ut omnino vado transiri non posse videretur. Quibus rebus cognitis Cæsar maturandum sibi censuit, si esset in perficiendis pontibus periclitandum, ut prius, quam essent maiores eo copiæ coactæ, dimicaret. Nam ut commutato consilio iter in provinciam converteret, id ne tum quidem necessario faciendum existimabat, cum infamia, atque indignitas rei, et oppositus mons Gebenna, viarumque difficultas impeditiebat; tum maxime, quod adjungi Labieno, atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer cupiebat. Itaque admodum magnis diurnis, atque nocturnis itineribus confectis, contra omnium opinionem ad Ligerim pervenit, vadoque per equites invento, pro rei necessitate, opportuno, ut brachia modo, atque humeri ad sustinenda arma liberi ab aqua esse possent, disposito equitatu, qui vim fluminis refringeret, atque hostibus primo aspectu perturbaris, incolumem exercitum transduxit; frumentumque in agris, et copiam percoris nactus, repleto iis rebus exercitu, iter in Senones facere instituit.

20 *Ex provincia expellere.*  
At quanam? regione, in qua tum erat? Insolens Cæsari ad id abuti *provinciæ* vocabulo. Si manerent, ait, re frumentaria excludere voluerunt, si inopia adducti in provinciam Romanam reverti pararent, redditu quoque

volebant exclusos, ut fame conicerentur. Dionys. Vossius in codice ingenit lectionem sine dubio saniores, si re frumentaria Romanos, aut adductos inopia ex provincia excludere possent. Suspectum sane verbum *expellere* hoc loco est.

## CAPUT XXII.

*Labienus Lutetiam proficiscitur. Camulegonus Aulericus (cui summa imperii a finitimis civitatibus commissa) Labienum transitu cuiusdam paludis prohibet. Is Melodunum petit, quo oppido potitur: inde refecto ponte, et exercitu transducto Lutetiam petit. Hostes ejus adventu cognito Lutetiam incendunt, et pontes scindunt; inde in ripis Sequanæ considunt. Labienus multis irritatus difficultatibus exercitum Agendicum reducere cogitat: interim equites secundo flumine progredi aliquantum, ibique commorari jubet, donec ipse superveniat. Alio præterea mandata dat. Hostes copias contra Labienum ducunt.*

57 **D**um hæc apud Cæsarem geruntur, Labienus, eo supplemento, quod nuper ex Italia venerat, relieto Agendici, ut esset impedimentis præsidio, cum quatuor legionibus Lutetiam proficiscitur (id est oppidum Parisiorum, positum in insula fluminis Sequanæ) cuius adventu ab hostibus cognito, magna ex finitimis civitatibus copiæ convenerunt. Summa imperii traditur Camulogeno Aulerco: qui prope confectus ætate, tamen propter singularem scientiam rei militaris ad eum est honorem evocatus. Is, cum animadvertisset, perpetuam esse paludem, quæ influeret in Sequanam, atque illum omnem locum magnopere impediret, hic consedit; nostrosque 58 transitu prohibere instituit. Labienus primo vineas agere, cratibus, atque aggere paludem explere, atque iter munire conabatur. Postquam id difficilius confieri animadvertisit, silentio e castris tertia vigilia egressus, eodem, quo venerat, itinere s<sup>r</sup> Melodunum pervenit. Id

51 *Melodunum pervenit.) In- de a Scaligeri ætate fere omni- bus editionibus Metiosedum le- gitur, illius auctoritate. At ve- teres omnes Melodunum, quod et situ, et nomine convenit cum oppido, quod nunc est Melad.*

Et sane ipse Cæsar mox hoc cap. sect. 61. a Metiosedo di- stinxit ita, ut Meloduno Lute- tiam secundo flumine, Luteria Metiosedum itidem secundo per xv. millia passuum. Valesius consulatur in Not. Galliæ.

est oppidum Senonum, in insula Sequanæ positum, ut paullo ante de Lutetia diximus. Deprehensis navibus circiter quinquaginta, celeriterque conjunctis, atque eo militibus impositis, et rei novitate perterritis oppidanis, quorum magna pars erat ad bellum evocata, sine contentione oppido potitur. Refecto ponte, quem superioribus diebus hostes resciderant, exercitum transducit, et secundo flumine ad Lutetiam iter facere incipit. Hostes, re cognita ab iis, qui a Meloduno profugerant, Lutetiam incendi, pontesque ejus oppidi rescindi jubent; ipsi profecti a palude, in ripis Sequanæ, e regione Lutetiae, contra Labieni castra considunt. Jam Cæsar a Gergovia 59 discessisse audiebatur: jam de Æduorum defectione, et secundo Galliæ motu rumores afferebantur, Gallique in colloquiis interclusum itinere, et Ligeri Cæsarem, in nopia frumenti coactum, in provinciam contendisse confirmabant. Bellovaci autem, defectione Æduorum cognita, qui ante erant per se infideles, manus cogere, atque aperte bellum parare cœperunt. Tum Labienus, tanta rerum commutatione, longe aliud sibi capiendum consilium, atque antea senserat, intelligebat. Neque jam, ut aliquid acquireret, prælioque hostes lassceret, sed ut incolumem exercitum Agendicum reduceret, cogitabat. Namque altera ex parte Bellovaci, quæ civitas in Gallia maximam habet opinionem virtutis, instabant, alteram Camulogenus parato, atque instructo exercitu tenebat. Tum legiones a præsidio, atque impedimentis interclusas maximum flumen destinebat. Tantis subito difficultatibus objectis, ab animi virtute auxilium petendum videbat. Itaque sub vesperum concilio convocato, 60 cohortatus, ut ea, quæ imperasset, diligenter, industrieque administrarent; naves, quas a Meloduno deduxerat, singulas equitibus Romanis attribuit; et, prima confecta vigilia, iv. millia passuum secundo flumine progreedi silentio, ibique se exspectari jubet: v. cohortes, quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat, castris præsidio relinquit: v. ejusdem legionis reliquias de media nocte cum omnibus impedimentis adverso flumine magno tumultu proficiisci imperat. Conquirit etiam lntres, has magno sonitu remorum incita-

tas, in eamdem partem imittit. Ipse post paullo, silentio egressus cum tribus legionibus, eum locum petit,  
 61 quo naves appelli jusserat. Eo cum esset vestum, exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, inopinantes, quod magna subito erat coorta tempestas; ab nostris opprimuntur: peditatus, equitatusque, equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio praefererat, celeriter transmittitur. Uno fere tempore sub lucem hostibus nuntiarunt, in castris Romanorum præter consuetudinem tumultuari, et magnum ire agmen adverso flumine, sonitumque remorum in eadem parte exaudiri, et paullo infra milites navibus transportari. Quibus rebus auditis, quod existimabant tribus locis transire legiones, atque ommes perturbatos defectione Aduorum fugam parare, suas quoque copias in tres partes distribuerunt. Nam et præsidio e regione castrorum relicto, et parva manu <sup>52</sup> Melodunum versus missa, que tantum progrederetur, quantum naves processissent, reliquas copias contra Labienum duxerunt.

<sup>52</sup> Melodunum.) Infra Lutetiam ad Sequanam. Vide sect. 58. notata.

### CAPUT XXIII.

Labienus, conspecta hostium acie, dat signum prælii. Primum hostes fugantur, et plures ordines concidunt; tandem omnes una cum Cumulogeno interficiuntur. Labienus Agendicum ad impedimenta revertitur; inde ad Cæsarem.

<sup>62</sup> Prima luce et nostri omnes erant transportati, et hostium acies cernebatur. Labienus, milites cohortatus, „ut suæ pristinæ virtutis, et tot secundissimorum præliorum memoriam tenerent, atque ipsum Cæsarem, cuius ductu sèpenumero hostes superassent, adesse existimarent;“ dat signum prælii. Primo concurso ab dextero cornu, ubi vii. legio constiterat, hostes pelluntur, atque in fugam conjiciuntur; ab sinistro, quem locum xii. legio tenebat, cum primi ordines

hostium transfixi pilis concidissent, tamen acerrime reliqui resistebant, nec dabat suspicionem fugae quisquam. Ipse dux hostium Camulogenus suis aderat, atque eos cohortabatur. At, incerto etiam nunc exitu victoriae, cum vii. legionis Tribunis esset nuntiatum, quae in sinistro cornu gererentur, post tergum hostium legionem ostenderunt, signaque intulerunt. Ne eo quidem tempore quisquam loco cessit, sed circumventi omnes, interfectique sunt. Eamdem fortunam tulit Camulogenus. At ii, qui praesidio contra castra Labieni erant relictii, cum prælium commissum audissent, subsidio suis ierunt, collemque ceperunt, neque nostrorum militum Victorum impetum sustinere potuerunt. Sic cum suis fugientibus permisisti, quos non sylvæ, montesque texerunt, ab equitatu sunt interfici. Hoc negotio confecto, Labienus revertitur Agendicum, ubi impedimenta totius exercitus reicta erant. Inde cum omnibus copiis ad Cæsarem pervenit.

## CAPUT XXIV.

*Ædui Vercingetorigem ad se convocant, petuntque, ut ipsis summa imperii committatur; sed re suffragiis permissa, ab omnibus Vercingetorix imperator eligitur. Is coacto exercitu ex una parte Allobrogibus bellum infert; ex altera mittit, qui depopulentur Helvios, Volcas Aremicos. Cæsar equites peditesque ab illis civitutibus accersit, quas antea in Germania pacaverat.*

**D**efectione Æduorum cognita, bellum augetur. Legationes in omnes partes circummittuntur. Quantum gratia, auctoritate, pecunia valent, ad sollicitandas civitates nituntur. Nacti obsides, quos Cæsar apud eos deposuerat, horum suppicio dubitantes territant. Petunt a Vercingetorige Ædui, ut ad se veniat, rationesque belli gerendi communicet. Re impremita, contendunt, ut ipsis summa imperii tradatur; et re in controversiam deducta, totius Gallie concilium Bibracte indicitur. Eodem convenient undique frequentes. Multi-

O

tudinis suffragiis res permittitur. Ad unum omnes Vercingetorigem probant imperatorem. Ab hoc concilio Remi, Lingones, Treviri absuerunt: illi, quod amicitiam Romanorum sequebantur: Treviri, quod aberant longius, et ab Germanis premebantur, quæ fuit causa, quare toto abessent bello, et neutris auxilia mitterent. Magno dolore Aedui ferunt se dejectos principatu; queruntur fortunæ commutationem; et Cæsaris indulgentiam in se requirunt: neque tamen, suspecto bello, suum consilium ab reliquis separare audent. Inviti summæ spei adolescentes Eporedorix, et Viridomarus Vercingetorigi parent. Ille imperat reliquis civitatibus obsides. Denique ei rei constituit diem: hic omnes equites quindecim milia numero celeriter convenire jubet. Peditatu, quem ante habuerit, se fore contentum dicit: neque fortunam tentaturum, neque acie dimicaturum; sed quoniam abundet equitatu, perfacile esse factu, frumentationibus, pabulationibusque Romanos prohibere: æquo modo animo sua ipsi frumenta corrumpant, ædificiaque incendant; qua rei familiaris jactura perpetuum imperium, libertatemque se consequi videant. His constitutis rebus,<sup>43</sup> Aeduis, Segusianisque, qui sunt finitimi provinciæ, x. millia peditum imperat. Huc addit equites cc. His præficit fratrem Eporedorigis, bellumque inferre Allobrogibus jubet. Altera ex parte Gabalos, proximosque pagos Arvernorum in Helvios, item Ruthenos, Cadurcosque ad fines Volcarum Aremicorum depopulandos mittit. Hic nihil minus clandestinis nuntiis, legationibusque Allobroges sollicitant, quorum mentes nondum a superiore bello resedisse sperabat. Horum principibus pecunias, civitati autem imperium totius provinciæ pollicetur. Ad hos omnes casus provisa erant præsidia cohortium duarum et viginti, quæ ex ipsa coacta provincia, ab L. Cæsare legato ad omnes partes opponebantur. Helvii sua sponte cum finitimi prælio congressi pelluntur, et C. Valerio Donotauro Caburi filio principe civitatis, compluribusque aliis inter-

<sup>43</sup> Aeduis, Segusianisque.) dani, et Araris confluunt. Meridie sunt Aduatuorum finitimi usque ad Rhône.

fectis, intra oppida murosque compelluntur. Allobrogesque, crebris ad Rhodanum dispositis praesidiis, magna cum cura, et diligentia suos fines tueruntur. Cæsar, quod hostes equitatu superiores esse intelligebat, et interclusis omnibus itineribus, nulla re ex Provincia, atque Italia sublevari poterat, trans Rhenum in Germaniam mittit ad eas civitates, quas superioribus annis pacaverat; equitesque ab his accersit, et levis armaturæ pedites, qui inter eos præliari consueverant. Eorum adventu, quod minus idoneis equis utebantur, a Tribunis militum, reliquisque equitibus Romanis, atque <sup>54</sup> evocatis equos sumit, Germanisque distribuit.

*54. Evocatis.*) Millites emē-  
ritis stipendiis, qui repentina  
necessitate ex sedē, quā in post  
militiam occupaverant, ad ar-

ma resumenda, et tuendam  
Rempublicam evocabantur.  
*Lips. M. R. lib. I. dial. 8.*

## C A P U T XXV.

*Cum Cæsar per Lingonum fines iter faceret, intelligit Vercingetorix non multum abesse. Vercingetorix jubet praefectos equitum Cæsarem itinere prohibere. Cæsar in hostes fertur, qui, pluribus interfectis, fugantur. Cotus, Cavarillus, et Eporedorix capti ad Cæsarem ducuntur. Vercingetorix Alesiam petit, quem Cæsar insecutus, ad Alesiam ipse quoque castra ponit, oppidumque circumvallat, cuius situs describitur.*

*I*nterea dum hæc geruntur, hostium copiæ ex Arvernis, equites, qui toti Galliæ erant imperati, convenient. Magno horum coacto numero, cum Cæsar in Sequanos per extremos Lingonum fines iter faceret, quo facilius subsidium provinciæ ferri posset, circiter millia pasuum ab Romanis trinis castris Vercingetorix consedit, convocatisque ad concilium praefectis equitum, „ venisse tempus victoriae demonstrat: fugere in Provinciam Romanos, Galliaque excedere: id sibi ad presentem obtinendam libertatem satis esse: ad reliqui temporis pacem, atque otium parum profici. Majoribus enim coactis copiis

reversuros, neque finem bellandi facturos. Proinde agmine impeditos adoriantur. Si pedites suis auxilium ferant, atque in eis morientur, iter confici non posse: sin, id quod magis futurum confidebat, relictis impedimentis, suæ saluti consulant, et usu rerum necessariarum, et dignitate spoliatum iri. Nam de equitibus hostium, quin nemo eorum progredi modo extra agmen audeat, ne ipsos quidem debere dubitare. Id quod majore faciant animo, copias se omnes pro castris habiturum, et terrori hostibus futurum. Conclamat equites sanctissimo jurejuringando confirmari oportere, ne tecto recipiatur, ne ad parentes, ne ad uxorem aditum habeat, qui non bis per 67 hostium agmen perequitasset. „Probata re, atque omnibus ad jusjurandum adactis, postero die in tres partes distributo equitatu, duæ se acies a duobus lateribus ostendunt. Una a primo agmine iter impedire cœpit. Qua re nuntiata, Cæsar suum quoque equitatum tripartito divisum ire contra hostem jubet. Pugnatur una omnibus in partibus. Consistit agmen. Impedimenta inter legiones recipiuntur. Si qua in parte nostri laborare, aut gravius premi videbantur, eo signa inferri Cæsar, aciemque converti jubebat. Quæ res et hostes ad insequendum tardabat, et nostros spe auxilii confirmabat. Tandem Germani ab dextero latere, summum jugum naeti hostes loco depellunt: fugientes usque ad flumen, ubi Vercingetorix cum pedestribus copiis conserderat, persequuntur, compluresque interficiunt. Qua re animadversa, reliqui, ne circumvenirentur, veriti, se fugæ mandant. Omnibus locis fit cædes. Tres nobilissimi Ædui capti ad Cæsarem reducuntur; Cotus præfectus equitum, qui controversiam cum Convictolitane proximis comitiis habuerat: Cavarillus, qui post defectionem Litavici pedestribus copiis præfuerat; et Eporedorix, quo duce ante adventum Cæsaris Ædui cum Sequanis bello 68 contendenterant. Fugato omni equitatu, Vercingetorix copias suas, ut pro castris collocaverat, reduxit; protinusque <sup>ss</sup> Alesiam, quod est oppidum Mandubiorum, iter

<sup>ss</sup> Alesiam Mandubiorum.) ab austro. Horum fuit municipium populus inter Seine- tissimum opidum Alesia. nes a septentrione, et Æduos

facere cœpit; celeriterque impedimenta ex castris educi, et se subsequi jussit. Cæsar, impedimentis in proximum collem deductis, duabusque legionibus præsidio relictis, sequutus, quantum diei tempus est passum, circiter  $\text{III}.$  millibus hostium ex novissimo agmine interfectis, altero die ad Alesiam castra fecit. Perspecto urbis situ, perterritisque hostibus, quod equitatu, qua maxime parte exercitus confidebant, erant pulsi; adhortatus ad laborem milites, Alesiam circumvallare instituit. “Ipsum erat oppidum in colle summo, admodum edito loco, ut nisi obsidione expugnari non posse videretur. Cujus collis radices  $56$  duo duabus ex partibus flumina subluebant. Ante oppidum planities circiter millia passuum  $111.$  in longitudinem patet. Reliquis ex omnibus partibus colles, mediocri interjecto spatio, pari altitudinis fastigio oppidum cingebant. Sub muro, quæ pars collis ad orientem spectabat, hunc omnem locum copiæ Gallorum compleverant; fossamque, et maceriam sex in altitudinem pedum præduxerant. Ejus munitionis, quæ ab Romanis instituebatur, circuitus  $\text{xI.}$  millium pasuum tenebat.

$56$  Duo duabus ex partibus flumina.) Lutosa, et Osera, Goduin.

## C A P U T XXVI.

*Castris Cæsaris opportuno loco positis, fit equestre prærium. Hostes fuguntur, et plures a Germanis insequuntur. Vercingetorix equitatum à se cum mandatis dimittit. Cæsar omnium hostium consilia ex perfugis cognoscit, quæ ut impeditat, plura munitionum genera circa oppidum exstruit.*

**C**astra opportunis locis erant posita; ibique castella  $xxii.$  facta, in quibus interdu stationes disponebantur, ne qua subito irruptio fieret. Hæc endem noctu excubitoribus, ac firmis præsidiis tenebantur. Opere  $70$  iunctu, fit equestre prælium in ea planicie, quam intermissam collibus  $111.$  millia passuum in longitudinem patere supra demonstravimus. Somma vi. ab utrisque contenditur. Laborantibus nostris Cæsar Germa-

nos submittit, legionesque pro castris constituit, ne qua subito irruptio ab hostium pedicatu fiat. Præsidio legionum addito, nostris animus augetur: hostes in fugam conjecti se ipsi multitudine impediunt; atque <sup>57</sup> angustioribus portis relictis coacervantur. Germani acrius usque ad munitiones sequuntur. Fit magna cædes. Nonnulli, relictis equis, fossam transire, et maceiam transcendere conantur. Paullum legiones Cæsar, quas pro vallo constituerat, promoveri jubet. Non minus qui intra munitiones erant, Galli perturbantur. Venire ad se confestim existimantes, ad arma conclamat. Nonnulli perterriti in oppidum irrumpunt. Vercingetorix jubet portas claudi, ne castra nudentur. Multis interfectis, compluribus equis captis, Germani sese <sup>71</sup> recipiunt. Vercingetorix, priusquam munitiones ab Romanis perficiantur, consilium capit, omnem a se equitatum noctu dimittere. Discedentibus mandat, "ut suam quisque eorum civitatem adeat, omnesque, qui per ætatem arma ferre possint, ad bellum cogant. Sua in filios merita proponit, neu se de communi libertate optimæ meritum in cruciatum hostibus dedant: qui si indiligenter fuerint, millia hominum <sup>80</sup>, delecta secum interitura demonstrat: ratione inita, frumentum se exigue dierum triginta habere, sed paulo etiam longius tolerare posse parcendo." His datis mandatis, qua erat nostrum opus intermissum, secunda vigilia silentio equitatum dimittit; frumentum omne ad se ferri jubet: capitis poenam iis, qui non paruerint, constituit: pecus, cuius magna erat ab Mandubilis compulsa copia, viritim distribuit; frumentum parce, et paulatim metiri instituit: copias omnes, quas pro oppido collocaverat, in oppidum recipit. His rationibus auxilia Gallie exspectare, et bellum administrare parat.

<sup>72</sup> Quibus rebus cognitis ex perfugis, et captivis, Cæsar hæc genera munitionis instituit. "Fossam pedum

<sup>57</sup> Angustioribus portis relictis. ) Superfluum relictis con-

forsan librario ex sequentis ver-  
sus verbis, *relictis equis*, huc  
sensu omnium, ab oscitante etiam adsumptum.

**xx.** 58 Iatam directis lateribus duxit; ut ejus solum tantumdem pateret, quantum summa labra distabant. Reliquas omnes munitiones ab ea fossa pedibus cō. reduxit: id hoc consilio, quoniam tantum esset necessario spatium complexus, ne facile totum opus 59 militum corona cingeretur; neve de improviso, aut noctu ad munitiones hostium multitudo advolaret, aut interdiu tela in nostros operi destinatos conjicere possent. Hoc intermisso spatio, duas fossas xv. pedes latae, eadem altitudine, perduxit: quarum interiorem campestribus, ac demissis locis, aqua ex flumine derivata, complevit. Post eas aggerem, et vallum xii. pedum exstruxit. Huic loricam, pinnasque adjecit, 60 grandibus cervis eminentibus ad commissuras 61 pluteorum, atque aggeris, qui adscensum hostium tardarent; turres toto operi circumdedidit: quæ pedes lxxx. inter se distarent.  
**“Erat uno tempore et materiari, et frumentari, et tan-** 73  
**tas** 62 munitiones fieri necesse, diminutis nostris copiis, quæ longius ab castris progrediebantur; et nonnumquam opera nostra Galli tentare, atque eruptionem ex oppido pluribus portis facere summa vi conabantur. Quare ad hæc rursus opera addendum Cæsar putavit, quo minore numero militum munitiones defendi possent., Itaque truncis arborum, 63 aut admodum firmis ramis abscisis, atque horum dolabritis, atque præacutis cacuminibus, perpetuae fossæ quinos pedes altæ ducebantur. Huc illi stipites demissi, et ab infimo revincti, ne revelli possent, ab remis eminebant. Qui ni erant ordines conjuncti inter se, atque implicati, quo qui intraverant, se ipsi acutissimis vallis indu-

58 Latam.) Vox hæc deest in aliqua edit.

59 Militum corona cingetur.) Corona cingere est armato milite in circuitu oppidum circumdare, ut nemo exire possit. v. Lips. Poliorc. lib. 4.

60 Grandibus cervis.) Cervi, furcae instar cornuum cervinorum. Servius ad Eclog. 11. 29.

61 Pluteorum atque aggeris.) Plutei ipsa loria tumultuaria ex asseribus facta.

62 Munitiones fieri necesse.) Gronovius, Observ. IV. 8. auctoritate Andini codicis delet necesse. Nihil vero modo contra cæterorum omnium consensionem, etiam Græci, qui vertit, q̄d ἀνύκαλι.

bant.<sup>64</sup> Hos Cippis appellabant. Ante hos,<sup>65</sup> obliquis ordinibus in quincuncem dispositis, scrobes trium in altitudinem pedum fodiebantur, paullatim angustiore ad summum fastigio. Huc teretes stipites feminis crassitudine, ab summo præacuti, et præusti, demittebantur, ita ut non amplius iv. digitis ex terra eminerent. Simul confirmandi, et stabiliendi causa singuli ab infimo solo pedes terra exculcabantur: reliqua pars scrobis ad occultandas insidias viminibus, ac virgultis integrabantur. Hujus generis octoni ordines ducti, ternos inter se pedes distabant. Id<sup>66</sup> ex similitudine floris Liliū appellabant. Aate hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram infodiebantur; mediocribusque intermissis spatiis, omnibus locis disserebantur,

<sup>74</sup> tur, quos Stimulos nominabant. „ His rebus perfectis, regiones secutus, quam potuit, æquissimas pro loci natura, xiv. millia passuum complexus, partes ejusdem generis munitiones diversas ab his contra exteriorem hostem perfecit, ut ne magnā quidem multitudine, si ita accidat, ejus discessu, munitionum præsidia circumfundи possent, neu cum periculo ex castris egredi cogentur, dierum xxx. pabulum, frumentumque habere omnes convectum jubet.

<sup>63</sup> Aut admodum firmis armis.) Plures olim legebant band admodum: quod Lipsius rejectit Poliorc. II. I. Idque non tam ratione, quam veterum librorum auctoritate. Venetus sane 1499, impressus aut admodum: quod etiam de vetere Florentino, et aliquot scriptis manu.

<sup>64</sup> Hos Cippis appellabant.) Glos. vet. Cippus, κορμός στῦλος, truncus, columna.

<sup>65</sup> Obliquis ordinibus in quin-

cunsem.) Dicitur a quinarii nota V, quæ si inversa duplicatur, fit X figura decussationis.

<sup>66</sup> Ex similitudine floris liliū.) Difficilis inventu similitudo. An quod fovea superne expansa? Ita plerique interpretantur, etiam Lipsius Poliorc. II. 2. sed hoc repugnat verbis, sect. 5. angustiores ad summum fastigio scrobes. An propter stipites, qui decidentibus sint, quod stamen liliū naribus?

## CAPUT XXVII.

**Galli omnibus populis certum militum numerum imperant.**  
**Comissa summa imperii Vergasillauno, exercitus ad**  
**Alesiam proficiscitur. Ab ob sessis concilium habetur, in**  
**quo Critognatus crudelem habet orationem; inde statuitur**  
**optimum esse, ut ægroti, et ad arma inepti oppido ex-**  
**eant, qui ad Cæsarem frustra confugunt.**

**D**um hæc ad Alesiam geruntur, Galli, concilio 75  
 principum indicto, non omnes, qui arma ferre  
 possent, ut censui Vercingetorix, convocandos sta-  
 tuunt, sed certum numerum cuique civitati imperan-  
 dum; ne, tanta multitudine confusa, nec moderari,  
 nec discernere suos, nec frumentandi rationem habere  
 possent. Imperant Æduis, atque eorum clientibus, Se-  
 gusianis, <sup>67</sup> Ambivaretis, Aulercis, Brannovicibus,  
 Brannoviis millia xxxv., parem numerum Arvernis, ad-  
 junctis <sup>68</sup> Eleutheris, Cadurcis, Gabalis, Velaunis, qui  
 sub imperio Arvernorum esse consueverunt, Senonibus,  
 Sequanis, Biturigibus, Santonibus, Ruthenis, Carnu-  
 titibus xii. millia; Bellovacis x. : totidem Lemovicibus:  
 octona Pictonibus, et Turonibus, Parisiis, et <sup>69</sup> Hel-  
 viis; Suessionibus, Ambianis, Mediomaticis <sup>70</sup> Pe-  
 trocoriis, Nerviis, Morinis, Nitiobrigibus quina mil-  
 lia; Aulercis Cenomanis totidem; Attribatibus ix. mil-  
 lia; <sup>71</sup> Bellocassis, Lexoviis, Aulercis Eburonibus ter-  
 na; Rauracis, et Bojis xxx. ; universis civitatibus, quæ

<sup>67</sup> Ambivaretis.) Hi longe  
 alii ab Ambivaretis lib. iv. cap.  
 4. sect. 9. memoratis. Variant  
 etiam libri hoc loco, ut nec de  
 lectione certi simus. Qui se-  
 quuntur Brannovices, ignoti sunt.

<sup>68</sup> Eleutheris Cadurcis.) Sine  
 inclinione, ut unus populus, isque  
 libertate usus, significetur. Ca-  
 durci autem in citeriore Aquitana-  
 nia, ubi nunc Cabors. Sequuntur  
 Verauni, qui sub Averniis erant.

<sup>69</sup> Heviis, Suessionibus,) D.o.

nysil emendatio, quem consulat.

<sup>70</sup> Petrocoriis.) Et in Aqui-  
 tania, eorumque urbs Vesunna,  
 medio ævo Petrocorii, gentis  
 nomine, nunc Perigord, trans  
 Garumnam sit. De cæteris po-  
 pulis supra actum.

<sup>71</sup> Bellocassis.) Qui supra  
 lib. II. cap. 2. sect. 4. Vellocasses:  
 et lib. VIII. Hirtii cap. 3. sect. 7.  
 Vellocasses dicti. Facilis vero, et  
 sueta permutatio V et B litera-  
 rum. Horum est Rotomagus.

Oceanum attingunt, quæque eorum consuetudine Armorice appellantur (quo sunt in numero Curiosolites, Rhedones, Ambibari, Cadetes, <sup>72</sup> Osismii, Lemovices, Unelli) sena; ex his Bellovaci suum numerum non contulerunt; quod se suo nomine, atque arbitrio cum Românis bellum gesturos dicerent, neque cujusquam imperio obtemperaturos; rogati tamen a <sup>76</sup> Comio, pro ejus hospitio ii. millia miserunt. Hujus opera Comii, ut antea demonstravimus, fideli atque utili superioribus annis erat usus in Britannia Cæsar: pro quibus meritis civitatem ejus immunem esse jusserat; jura, legesque rediderat: atque ipsi Morinos attribuerat. Tanta tamen universæ Galliæ consensio fuit libertatis vindicandæ, et pristinæ belli laudis recuperandæ, ut neque beneficiis, neque amicitiæ memoria moverentur, omnesque et animo, et opibus in id bellum incumberent, coactis equitum viii. milibus, et peditum circiter ccxl. Hæc in Æduorum finibus recensebantur, numerosque inibatur; præfecti constituebantur; Comio Atrebati, Viridomaro, et Eporodorigi Æduis, Vergasilauno Arverno consobrino Vercingetorigis summa imperii traditur. Iis delectis ex civitatibus attribuuntur, quorum consilio bellum administraretur. Omnes alacres, et fiduciæ pleni ad Alesiam profiscuntur. Nec erat omnium quisquam, qui adspectum modo tantæ multitudinis sustineri posse arbitraretur, præsertim ancipiti prælio, cum ex oppido eruptione pugnaretur, et foris tantæ copiæ equitatus, <sup>77</sup> peditatusque cernerentur. At ii, qui Alesiae obsidebantur, præterita die, qua suorum auxilia expectaverant, consumpto omni frumento, inscii, quid in Æduis gereretur, concilio coacto, de exitu fortunarum suarum

<sup>72</sup> Osismii, Lemovices.) At ante paullo sect. 3. etiam Lemovices memorati, ideoque posteriores multis sunt suspecti. Tuetur vero et hos Hadr. Valesius populum diversum ab illis nobilioribus Aquitanæ Lemovicibus longe ab Oceano re-

motis. Alteri in Armorice hoc loco censemur, proximi Osismiis, ultimis in magna Galliæ peninsula: propterea Armorici, seu Celtici Lemovices videntur Leonenses esse, ubi oppidum *S. Paul. de Leon.*

consultabant. Ac variis dictis sententiis, quarum pars deditio nem; pars, dum vires suppet erent, eruptionem censebant, non prætereunda videtur oratio Critognati, propter ejus singularem, ac nefariam crudelitatem. Hic summo in Arvernis natus loco, et magnæ habitus auctoritatis: "Nihil *inquit*, de eorum sententia dicitur sum, qui turpissimam servitutem deditio nis nomine appellant; neque hos habendos civium loco, neque ad consilium adhibendos censeo. Cum iis mibi res sit, qui eruptionem probant: quorum in consilium omnium vestrum consensu pristinæ residere virtutis memoria videtur. Animi est ista molli ties, non virtus, inopiam paulisper ferre non posse. Qui se ultro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant. Atque ego hanc sententiam probarem (nam apud me multum dignitas potest) si nullam, præterquam vitæ nostræ, jacturam fieri viderem: sed in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus, quam ad nostrum auxilium concitavimus. Quid hominum millibus LXXX. uno loco interfectis, propinquis, consanguineisque nostris animi fere existimatis, si pene in ipsis cadaveribus prælio decertare cogentur? Nolite hos vestro auxilio spoliare, qui vestræ salutis causa suum periculum neglexerunt, nec stultitia, ac temeritate vestra, aut imbecillitate animi omnem Galliam prosternere, ac perpetuæ servituti addicere. An, quod ad diem non venerint, de eorum fide, constantia que dubitatis? Quid ergo? Romanos in illis ulterioribus munitionibus animi ne causa quotidie exerceri putatis? Si illorum nuntiis confirmari non potestis, omni aditu præsepto, iis utimini testibus, appropinquare eorum adventum, qui hujus rei timore exterriti, diem, noctemque in opere versantur. Quid ergo mei consilii est? facere quod nostri majores nequaquam pari bello Cimbrorum, Teutonumque fecerunt: qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam toleraverunt, neque se hostibus tradiderunt. Cujus rei exemplum si non habemus; tamen libertatis causa institui, et posteris po-

di pulcherrimum judicarem. Nam quid huic simile bello fuit? Depopulata Gallia, magna que illata calamitate, Cimbro finibus nostris aliquando excesserunt, atque alias terras petierunt: jura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt. Romani vero quid petunt aliud, aut quid volunt, nisi invidia adducti, quos fama nobiles, potentesque bello cognoverunt, horum in agris, civitatibusque considerere, atque his æternam injungere servitutem? Neque enim unquam alia conditione bella gesserunt. Quod si ea, quæ in longinquis nationibus geruntur, ignoratis, respicite finitimam Galliam, quæ in provinciam redacta, jure, et legibus commutatis,<sup>73</sup> securibus subjecta, perpetua premitur servitute.

78 „Sententiis dictis constituunt, ut, qui valetudine, aut ætate inutiles sunt bello, oppido excedant; atque omnia prius experiantur, quam ad Critognati sententiam descendant: illo tamen potius utendum consilio, si res cogat, atque auxilia morentur, quam deditio[n]is, aut pacis subeundam conditionem. Mandubii, qui eos oppido receperant, cum liberis, atque uxoribus exire coguntur. Ii, cum ad munitiones Romanorum accessissent, flentes omnibus precibus orabant, ut se in servitutem receptos cibo juvarent. Hos Cæsar, dispositis in vallo custodiis, recipi prohibebat.

*73 Securibus subjecta.)* Magistratui Romano, proconsuli, cujus illa signa erant. Cicero pro Lege Magil. cap. I. cum duodecim secures in prædonum potestatem pervenerint, id est, duo prætores.

## C A P U T XXVIII.

*Comius, et alii duces ad Alesiam perveniunt, et non longe a Cæsareis considunt. Productis ex utraque parte copiis, prælium committitur. Ab Germanis impetu facto hostes fugantur; inde varia utrinque fortuna pugnatur.*

79 **I**nterea Comius, et reliqui duces, quibus summa imperii permissa erat, cum omnibus copiis ad Alesiam

pervenient; et colle exteriore occupato, non longius d. passibus a nostris munitionibus considunt. Postero die, equitatu ex castris educto, omneam eam planitiem, quam in longitudinem iii. millia passuum patere demonstravimus, complent; pedestresque copias, paulum ab eo loco, abditas in locis superioribus constituant. Erat ex oppido Alesia despectus in campum. Concurritur, his auxiliis visis: fit gratulatio inter eos, atque omnium animi ad latitudinem excitantur. Itaque, productis copiis, ante oppidum considunt, et proximam fossam crateribus integrant, atque aggere exceptant; seque ad eruptionem, atque omnes casus comparant. Cæsar, omni exercitu ad utramque partem 80 munitionum disposito, ut, si usus veniat, suum quisque locum teneat, et noverit; equitatum ex castris educi, et prælium committi jubet. Erat ex omnibus castris, quæ summum undique jugum tenebant, despectus: atque omnium militum intenti animi pugna eventum exspectabant. Galli inter equites raros sagittarios, expeditosque levis armaturæ interjecerant, qui suis cedentibus auxilio succurrerent, et nostrorum equitum impetum sustinerent. Ab his complures de improviso vulnerati, prælio excedebant. Cum suos pugna superiores esse Galli confiderent, et nostros premi multitudine viderent; ex omnibus partibus et ii, qui munitionibus continebantur, et ii, qui ad auxilium convenerant, clamore, et ululatu suorum animos confirmabant. Quod in conspectu omnium res gerebatur, neque recte, aut turpiter factum celiari poterat, utrosque et laudis cupiditas, et timor ignominiae ad virtutem excitabat. Cum a meridie prope ad Solis occasum dubia victoria pugnaretur, Germani una in parte confertis turmis in hostes impetum fecerunt, eosque propulerunt. Quibus in fugam conjectis, sagittarii circumventi, interfectique sunt. Item ex reliquis partibus nostri cedentes usque ad castra insecuri, sibi colligendi facultatem non dederunt. At ii, qui ab Alesia processerant, moesti, prope victoria desperata, se in oppidum receperunt. Uno die 81 intermisso, Galli, atque hoc spatio, magno craterum,

scalarum, <sup>74</sup> harpagonum numero effecto, media nocte silentio ex castris egressi, ad campestres munitiones accedunt. Subito clamore sublato, qua significatione, qui in oppido obsidebantur, de suo adventu cognoscere possent, crates projicere, fundis, sagittis, lapidibus nostros de vallo deturbare, reliquaque, quae ad oppugnationem pertinent, administrare. Eodem tempore, clamore exaudito, dat tuba signum suis Vercingetorix, atque ex oppido educit. Nostri, ut superioribus diebus suus cuique erat locus attributus, ad munitiones accedunt; <sup>75</sup> fundis librilibus, sudibusque, quas in opere disposuerant, ac glandibus Gallos perterrent. Prospectu tenebris adempto, multa utrinque vulnera accipiuntur, complura tormentis tela conjiciuntur. At M. Antonius, et C. Trebonius legati, quibus ex parte <sup>76</sup> premi nostros intellexerunt, iis auxilio ex ulterioribus castellis deductos submittebant. Dum longius ab munitione aberant Galli, plus multitudine telorum proficiebant: posteaquam propius successerunt, aut <sup>77</sup> se ipsi stimulis inopinantes indebant, aut in scrobes delapsi transfodiebantur, aut ex vallo, et turribus transjecti <sup>78</sup> pilis muralibus interibant. Multis undique vulneribus acceptis, nulla munitione perrupta, cum lux appeteret, veriti, ne ab latere aperto ex superioribus castris eruptione circumvenirentur, se ad suos receperunt. At interiores, dum ea, quae a Vercingetorige ad eruptionem praeparata erant, proferunt, priores fossas explent, diutius in iis rebus administrandis morati, prius suos discessisse cognoverunt, quam munitionibus appropinquarent. Ita re infecta in oppidum reverterunt.

<sup>74</sup> *Harpagonum.*) Harpagones instrumenta, quibus aliquid rapitur, aut attrahitur, varii generis, et usus: hoc loco, quibus munitiones disjiciuntur. Navales harpagones Curtius ferrear manus interpretatur lib. IV. cap. 2. sect. 12.

<sup>75</sup> *Fundis librilibus.*) Quibus lapides libriles jaciebantur.

<sup>76</sup> *Premi nostros.*) Vide su-

pra lib. II. cap. 12. sect. 24.

<sup>77</sup> *Se stimuli indebant.*) Sic paullo ante cap. 26. sect. 73. se ipsi acutissimis vallis indebant. Et Virgil. lib. x. vers. 682.

*An sese mucrone ob tantum decus amens  
Induat.*

<sup>78</sup> *Pilis muralibus.*) Vide supra l. v. c. 16. sect. 40.

## CAPUT XXIX.

**G**alli situs, et munitiones castrorum, adhibitis locorum peritis, cognoscunt. Vergasillanus ad castra Antistii Regini, et C. Canini Rebili accedit, statimque Vercingetorix oppido egreditur. Acris pugna committitur. Cæsar suis laborantibus Labienum cum sex cohortibus mittit, inde etiam Brutum, et Fabium: postremo, cum acrior esset pugna, ipse procedit, præliumque restituit. Labienus Cæsarem per nuntios contulit, quid fieri placeat in magna rerum difficultate.

**B**is magno cum detimento repulti Galli, quid agant, 83 consulunt. Locorum peritos adhibent. Ab his superiorum castrorum situs, munitionesque cognoscunt. Erat a Septemtrionibus collis, quem quia propter magnitudinem circuitus, opere circumplexi non potuerant, nostri necessario pene iniquo loco, et <sup>79</sup> leniter declivi castra fecerunt. Hæc C. Antistius Reginus, C. Caninius Rebilus legati cum II. legionibus obtinebant. Cognitis per exploratores regionibus, duces hostium LV. millia ex omni numero diligunt earum civitatum, quæ maximam virtutis opinionem habebant, quid, quoque pacto agi placeat, occulte inter se constituunt. Ædui tempus definiunt, cum meridies esse videretur. Iis copiis Vergasillaenum Arvernū, unum ex VI. ducibus, propinquum Vercingetorigis, præficiunt. Ille ex castris prima vigilia egressus, prope confecto sub lucem itinere, post montem se occultavit, militesque ex nocturno labore sese reficere jussit. Cum jam meridies appropinquare videretur, ad ea castra, quæ supra demonstravimus, contendit; eodemque tempore equitatus ad campestres munitiones accedere, et reliquæ copiæ sese pro castris ostendere cœperunt. 84 Vercingetorix ex arce Alesiæ suos conspicatus <sup>80</sup> ex

<sup>79</sup> Leniter declivi.) Ut supra cap. 9. sect. 19. leniter accibus.

<sup>80</sup> Ex oppido egreditur; e castris longioris.) Suspectum, e castris, seu a castris, quod li-

bri habent. Vide Lipsii Poliore. I. 9. qui crates legendum censem, præsentim quod vetustiores libri, sine præpositione castris habent.

oppido egreditur; e castris<sup>81</sup> longurios, musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa paraverat, profert. Pugnatur uno tempore omnibus locis, atque omnia tentantur. Quæ minime visa pars firma esse, hue concurritur. Romanorum manus tantis munitionibus distinetur, nec facile pluribus locis occurrit. Multum ad terrendos nostros valuit clamor, qui post tergum pugnantibus extitit, quod suum periculum in aliena vident virtute consistere. Omnia enim plerumque, quæ absent, vehementius hominum mentes perturbant.

- 85 Cæsar idoneum locum nactus, quid quaque in parte geratur, cognoscit; laborantibus submittit; utrisque ad animum occurrit, unum illud esse tempus, quo maxime contendi conveniat. Galli, nisi perfugerint munitiones, de omni salute desperant. Romani, si rem obtinuerint, finem laborum omnium spectant. Maxime ad superiores munitiones laboratur, quo Vergasillaunum missum demonstravimus. Exiguum loci ad declivitatem fastigium magnum habet monumentum. Alii tela conjiciunt, alii testudine facta subeunt; defatigatis invicem integri succedunt; agger ab universis in munitionem conjectus et adscensum dat Gallis, et, quæ in terra occultaverant Romani, contegit. Nec jam arma nostris, nec vires suppetunt. His rebus cognitis Cæsar Labienum cum cohortibus vi. subsidio laborantibus mittit. Imperat, si sustineri non possit, deductis cohortibus eruptione pugnaret. Id, nisi necessario, non faciat. Ipse adit reliquos; cohortatur, ne labori succumbant: omnium superiorum dimicacionum fructum in eo die, atque hora docet consistere. Interiores, desperatis campestribus locis propter magnitudinem munitionum, loca prærupta ex adscensu tentant. Huc ea, quæ paraverant, confert: multitudine telorum ex turribus propugnantes deturbant; aggere, et cratibus adi-

<sup>81</sup> *Longuelos*, *musculos*, ipse Cæsar *II. Civil. c. 3. sect. falces.*) Longurii longa ligna, *IO.*, et *II.* descriptis. *Falques*, *cognominatas murales*, *vide lib. III. Gall. cap. 9. sect. 14.* *superiūcierentur*, ut ponti-  
culum facerent. *Musculos*, eo-  
rumque in oppugnando usum,

tus expedient: <sup>82</sup> falcibus vallum, ac loricam rescindunt. Cæsar mittit primo Brutum adolescentem cum cohortibus vi., post cum aliis vii. Fabium legatum. Postremo <sup>87</sup> ipse, cum vehementius pugnaretur, integras subsidio adducit. Restituto prælio, ac repulsi hostibus, eo, quo Labienum miserat, coantendit. Cohortes quatuor ex proximo castello educit. Equitum se partem sequi, partem circumire exteriores munitiones, et ab tergo hostes adoriri jubet. Labienus, postquam neque aggeres, neque fossæ vim hostium sustinere poterant, coactis undeqquadriginta cohortibus, quas ex proximis præsidii deducentes sors obtulit, Cæsarem per nuntios facit certiorem, quid faciendum existimet. Accelerat Cæsar, ut prælio interset.

<sup>82</sup> Falcibus vallum, ac loricam muralium intelligimus.  
rescindunt.) Hinc usum falcum

## CAPUT XXX.

Cæsar ad Labienum proficiscitur, cujus adventu cognito, ab hostibus prælium committitur, bique fugantur. Sedulius occiditur. Vergassitanus capitur. Galli fugiunt, quorum alii ab equitatu inseguente capiuntur, alii occiduntur. Vercingetorix, legatis ad Cæsarem missis, se dedit. Cæsar ad Æduos proficiscitur, ad quens Arverni legatos mittunt. Lubienus in Sequanos it: alii duces in aliis locis opportune a Cæsare collocantur.

Supplicatio Cæsari Romæ indicatur.

**E**ius adventu ex colore vestitus cognito, quo insigni in præliis uti consueverat, turmisque equitum, et cohortibus visis, quas se sequi jusserat, ut de locis superioribus hæc declivia, et devixa cernebantur, hostes committunt prælium. Utrimque clamore sublato, excipit rursus ex vallo, atque omnibus munitionibus clamor. Nostri, emissis pilis, gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitatus cernitur. Cohortes aliae appropinquant. Hostes terga vertunt. Fogientibus equites occurvant. Fit magna cædes. <sup>83</sup> Sedulius dux, et princeps Lemovicum

<sup>83</sup> Sedulius dux, et princeps clavis: quod mirum, Lemovicum Lemovicism.) Nomen Romanum: epulum: nunc Lemovici, oppidum gens Babara, quia extra provincias: Limes.

occiditur. Vergasillaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur. Signa militaria LXXIV. ad Cæsarem referuntur. Pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex oppido cædem, et fugam suorum, desperata salute, copias a munitionibus redescunt. Fit protinus, hac re audita, ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris subsidiis, ac totius diei labore milites fuisserent defessi, omnes hostium copiæ deleri potuissent. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur. Magnus numerus capitur, atque interficitur. 89 liqui ex fuga in civitates discedunt. Postero die Vercingetorix concilio convocato, „id se bellum suscepisse, non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa demonstrat: et quoniam sit fortunæ cedendum, ad utramque rem se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere, seu vivum tradere velint.“ Mittuntur de his rebus ad Cæsarem legati. Jubet arma tradi, principes produci. Ipse in munitione pro castris consedit. Eo duces producuntur. <sup>84</sup> Vercingetorix deditur. Arma projiciuntur. Reservatis Æduis, atque Arvernis, si per eos civitates recuperare posset, ex reliquis captivis toto exercitu capita singula, prædæ nomine, distribuit. His rebus confectis, in Æduos proficiuntur, civitatem recipit. Eo legati ab Arvernis missi, quæ imperaret, se facturos pollicentur. Imperat magnum numerum obsidum. Legiones in hiberna mittit. Captivorum circiter **xx.** millia Æduis, Arvernisque reddit. T. Labienum cum **ii.** legionibus, ut equitatu in Sequanos profici sci jubet. Huic M. Sempronium Rutilium attribuit. C. Fabium, et L. Miutium Basiliūm cum **ii.** legionibus in Rhemis collocati, ne quam a finitimis Bellocavis calamitatem accipiant. C. Antistium Reginum in Ambibarenos, T. Sextium in Bituriges, C. Caninum Rebilum in Rothenos cum singulis legionibus mittit. Q. Tullium Cicere-

<sup>84</sup> *Vercingetorix deditur.*) all silent. Dion, Cassius lib. XI.  
Florus **iiii.** 10, plur addidit, incertum quo auctore; et que locutus sit Vercingetorix Cæsari; et Alesiam flaram tulisse ad aquatum; de quo Cæsar, et

pag. 140. de Vercligetorige, οὐδὲ τις ποτε ξένος, καὶ εἰ τὰ ἐπινεία μετὰ τοῦτο πάντας αὐθετεῖε.

nem, et P. Sulpicius Cabilloni, et Matiscone in Aduis ad Ararim, rei frumentariæ causa collocat. Ipse Bi-bracte hiemare constituit. His rebus Cæsaris literis cognitis, Romæ 85 dierum xx. supplicatio inciditur.

85 Dierum xx. supplicatio.) Dictum supra ad finem lib. vi.

# C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM *DE BELLO GALLICO* LIBER OCTAVUS.

*Scriptore*

A. HIRTIO PANSA.

*A. Hirtii Praefatio in octavum librum Commentario-  
rum C. Julii Cæsaris de Bello Gallico.*

**C**oactus assiduis tuis vocibus, Balbe, cum quotidiana mea recusatio non difficultatis excusationem, sed inertiae videretur deprecationem habere, difficultam rem suscepī. Cæsaris nostri commentarios rerum gestarum Gallie, non comparandos superioribus, atque insequentibus ejus scriptis, contexui: novissime que imperfecta ab rebus gestis Alexandria confeci, usque ad exitum non quidem civilis dissensionis, cuius finem nullum videmus, sed vitæ Cæsaris. Quos utinam qui legent, scire possent, quam invitus suscep-

*A. HIRTII, vel OPPII.) Et utroque bello commentarii sup-  
ollim de auctore hujus libri, et plenius, quod Suetonius Caesar  
alliorum, quibus Cæsaris de cap. 50. refert, dubitatum fuit.*

rim scribendos, quo facilius caream stultitiae, atque arrogantiæ criminè, <sup>i</sup> qui me mediis interposuerim Cæsaris scriptis. Constat enim inter omnes, nihil tam operose ab aliis esse perfectum, quod non horum elegantia Commentariorum supereret; qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum gestarum scriptoribus deesset: adeoque probantur omnium iudicio, ut præcepta, non præbita facultas scriptoribus videatur. Cujus tamen rei major nostra, quam reliquorum est admiratio. Cæteri enim quam bene, atque emendate, nos etiam quam facile, atque celeriter eos confecerit, scimus. Erat autem in Cæsare cum facultas, atque elegantia summa scribendi, tum verissima suorum scientia consiliorum explicandorum. Mihi ne illud quidem accidit, ut Alexandri, atque Africano bello interessesem. Quæ bella, quamquam ex parte nobis Cæsaris sermone sint nota: tamen aliter audimus ea, quæ rerum novitate, aut admiratione nos capiunt, aliter quæ pro testimonio sumus dicturi. Sed ego nimirum, dum omnes excusationis causas colligo, ne cum Cæsare conferar, hoc ipsum crimen arrogantiæ subeo, quod me iudicio cūjusquam existimem posse cum Cæsare comparari. Vale.

<sup>i</sup> Qui me mediis interposuerim, sunt qui medius. Sic curatores libri; alii

### CAPUT PRIMUM.

*Devicta Gallia a Cæsare, plures civitates contra Romanos arma sumunt. Cæsar, M. Antonio quæstore hibernis præfecto, ad legionem xii. iter habet, postea in fines Biturigum.*

<sup>i</sup> **O**mni Gallia devicta, Cæsar, cum a superioriestate nullum bellandi tempus intermisisset, militesque hibernalium quiete reficere a tantis laboribus vellent; complures eodem tempore civitates renovare belli consilia nuntiabantur, coniurationesque facere. Cujus rei verisimilis causa afferebatur, quod Gallis omnibus cognitum esset, neque ulla multitudine in unum locum

coacta resisti posse Romanis; nec si diversa bella complures eodem tempore intulissent civitates, satis auxili, aut spatii, aut copiarum habiturum exercitum populi Romani ad omnia persequenda: non esse autem alicui civitati sortem incommodi recusandam, si tali mora reliquæ possent se vindicare in libertatem. Quæ ne opinio Gallorum confirmaretur, Cæsar M. Antonium quæstorem suis præfecit hibernis: ipse equitatus præsidio, pridie Kalend. Januarii ab oppido Bibracte proficiscitur ad legionem XII., quam non longe a finibus Æduorum collocaverat in finibus Biturigum, eique adjungit legionem XI., quæ proxima fuerat. Binis cohortibus ad impedimenta tuenda relictis, reliquum exercitum in copiosissimos agros Biturigum inducit: qui cum latos fines, et complura oppida haberent, unius legionis hibernis non potuerant contineri, quin bellum pararent, coniurationes facerent.

## CAPUT II.

*Bituriges a Cæsare inopinantes opprimuntur, et qui prius aufugerant, se ejus clementiæ committunt. Cæsar Bibracte se recipit, postea in auxilium Biturigum contra Carnutes proficiscitur. Ejus adventu cognito, relictis oppidis, Carnutes fugiunt. Cæsar castra ponit in oppido Genabo. Carnutes in finitimas civitates dissipantur.*

**R**epentino adventu Cæsaris accidit, quod imparatis,<sup>3</sup> disjectisque accidere fuit necesse, ut sine timore ulli rura colentes prius ab equitatu opprimerentur, quam confundere in oppida possent. Namque etiam illud vulgare incursionis hostium signum, quod incendiis ædificiorum intelligi consuevit, Cæsaris erat interdicto sublatum: ne aut copia paboli, frumentique, si longius progrederi vellet, desiceret, aut hostes incendiis ter-

<sup>2</sup> Disjectisque accidere f. n.) Pluribus editis abest accidere, quod tamen scripti habent, et excusorum primi. Nec insolens Hirtio est repetitio verò hujus, ut infra cap. 4. sect. 10.

terentur. Multis hominum millibus captis, perterriti Bituriges, qui primum adventum effugere potuerant Romanorum, in finitimas civitates, aut privatis hospitiis confisi, aut societate consiliorum confugerant, frustra; nam Cæsar magnis itineribus locis occurrit; nec dat ulla civitati spatium de aliena potius, quam de domestica salute cogitandi. Qua celeritate et fideles amicos retinebat, et dubitantes terrore ad conditiones pacis adducebat. Tali conditione proposita, Bituriges, cum sibi vidarent clementia Cæsaris redditum patere in ejus amicitiam, finitimasque civitates sine ulla poena dedisse ob-sides, atque in fidem receptas esse, idem fecerunt.

4 Cæsar militibus pro tanto labore ac patientia, qui brumalibus diebus, itineribus difficilimis, frigoribus intolerandis studiosissime permanerant in labore, ducentos sestertios, centurionibus II. millia nummūm<sup>3</sup> prædæ nomine condonanda pollicetur: legionibusque in hiberna remissis, ipse se recepit die XL. Bibracte. Ibi cum jus diceret, Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querabantur. Qua re cognita, cum non amplius X. et VIII. dies in hibernis esset commoratus, legiones XIV., et VI. ex hibernis ab Arare educit: quas ibi collocatas explicandæ rei frumentariæ causa,<sup>4</sup> superiore commentario demonstratum est. Ita cum II. legionibus ad perse-  
gundos Carnutes proficiuntur. Cum fama exercitus ad hostes esset perlata, calamitate cæterorum ducti Carnutes, desertis vicis, oppidisque, quæ tolerandæ hic-mis causa, constitutis repente exiguis ad necessitatem ædificiis, incolebant; (nuper enim devicti complura oppida dimiserant) dispersi profugiunt. Cæsar erumpentes eo maxime tempore acerrimas tempestates cum subire milites nollet, in oppido Carnutum Genabo castra ponit, atque in tecta partim Gallorum, partim quæ conjectis celeriter stramentis, tentoriorum integendo-

<sup>3</sup> Prædæ nomine condonanda.) dem rem Bell. Alexandr. cap. Quidam codd. condonata: Sunt 15. Sect. 48.  
quibus glossema hec verba vi-dentur. Idem sane auctor sine  
tali additamento scripsit eam-

<sup>4</sup> Superiore commentario.) Lib. VII. cap. ult. sect. ult.

rūm gratia erant inaedificata, milites contegit. Equites tamen, & auxiliarios pedites in omnes partes mittit, quascumque petisse dicebantur hostes: nec frustra; nam plerumque magna præda poriti nostri revertuntur. Oppressi Carnutes hiemis difficultate, terrore periculi, cum tectis expulsi nullo loco diutius consistere auderent, nec silvarum præsidio tempestatibus durissimis tegi possent: dispersi, magna parte amissa suorum, dissipantur in finitimas civitates.

## CAPUT III.

*C. Trebonio in hibernis collocato, Cæsar legionem xi. ex hibernis evocat, et C. Fabio scribit, ut in fines Suessionum duas legiones adducat; inde in Belluvacos proficiiscitur, ibique castris, positis mittit equites ad cognoscenda hostium consilia, a quibus omnia intelligit. Cæsar consilio convocato statuit aciem instruere.*

**C**æsar tempore anni difficillimo, cum satis haberet 6 convenientes manus dissipare, ne quod initium belli nasceretur; quantumque in ratione esset, exploratum haberet, sub tempus aestivorum nullum summum bellum posse conflari: C. Trebonium cum 11. legionibus, quas secum habebat, in hibernis Genabi collocavit. Ipse cum crebris legationibus Rhemorum certior fieret, Belluvacos, qui belli gloria Gallos omnes, Belgasque præstabant, finitimasque iis civitates, duce Corbeo Belluvaco, & Comio Attrebate, exercitum comparare, atque in unum locum cogere, ut omni multitudine in fines Suessionum, qui Rhemis erant attributi, facerent impressionem; pertinere autem non tantum ad dignitatem, sed etiam ad salutem snam judicare, nullam calamitatem socios optimè de republica meritos accipere; legionem ex hibernis evocat rursus xi., litteras autem ad C. Fabium mittit, ut fines Suessionum legiones 11., quas habebat, reducere, alteramque ex duabus a T. Labieno accersit. Ita quantum hibernorum opportunitas, bellique ratio postulabat, perpetuo suo labore, invicem legionibus expeditionum onus injungebat. His copiis coactis, ad Bellova- 7

cos proficiscitur; castrisque in eorum finibus positis, equitum turmas dimitit in omnes partes ad aliquos excipiendos, ex quibus hostium consilia cognosceret. Equites officio functi renuntiant, paucos in ædificiis esse inventos, atque hos, non qui agrorum incolendorum causa reuansissent; (namque esse undique diligenter demigratum) sed qui speculandi gratia essent remissi. A quibus cum quereret Cæsar, quo loco multitudo esset Bellovacorum, quodque esset consilium eorum, inveniebat.  
 „Bellovacos omnes, qui arma ferre possent, in unum locum convenisse, itemque Ambianos, Aulercos, Caletes, Velloasses, Attribates locum castris excelsum, impedita circumdatum palude, delegisse; omnia impedimenta in ulteriores silvas contulisse; complures esse principes belli auctores, sed multitudinem maxime Corbeo obtemperare, quod ei summo odio esse nomen populi Romani intellexissent. Paucis ante diebus ex his castris Commium discessisse ad auxilia Germanorum adducenda, quorum et vicinitas propinqua, et multitudo esset infinita. Constituisse autem Bellovacos, omnium principum consensu, summa plebis cupiditate, si, ut diceatur, Cæsar cum 111. legionibus veniret, offerre se ad dimicandum; ne miseriore, ac duriore postea conditione, cum toto exercitu decertare cogerentur; sin majores copias adduceret, in eo loco permanere, quem delegissent: pabulatione autem, quæ propter anni tempus cum exigua, tum disjecta esset, et frumentatione, et reliquo  
 8 commeatu ex insidiis prohibere Romanos.“ Quæ Cæsar cum consentientibus plurimis cognovisset, atque ea, quæ proponerentur, consilia plena prudentiæ, longeque a temeritate barbarorum remota esse judicaret; omnibus rebus inserviendum statuit, quo celerius hostes contempta suorum paucitate prodirent in aciem. Singularis enim virtutis veteranas legiones vii., viii., et ix. habebat, summæ spei, delectaque juventutis xi., que 5. octavo jam stipendio functa, tamen collatione

5. Octavo jam stipendio functa.) Annis militiæ per stipendia numerari, quæ non mensura, sed annua intelligantur.

Tacitus annal. I. c. 36. missio-  
nem dari vicenna stipendia meriti: ex auctorari qui senaduca se-  
cissent.

reliquarum, nondum eamden vetustatis, et virtutis coperat opinionem. Itaque, consilio advocate, rebus iis, quæ ad se essent delatae, omnibus expositis, animos, multitudinis confirmat: si forte hostes 111. legionum numero posset elicere ad dimicandum, agminis ordinem ita constituit, ut legio vii. viii. et ix. ante omnia iret impedimenta; deinde omnium impedimentorum agmen (quod tamen erat mediocris, ut in expeditionibus esse consuevit) cogere xi., ne majoris multitudinis species accidere hostibus posset, quam ipsi depoposcissent.

## CAPUT IV.

*Cæsar in conspectum hostium exercitum adducit. Hostes copius instruunt. Aliqua utriusque contentio habetur.*

Hac ratione pene quadrato agmine instructo, in 9 conspectum hostium celerius opinione eorum exercitum adducit. Cum legiones repente instructas velut in acie certo gradu accedere Galli viderent, quorum erant ad Cæsarem plena fiducia consilia perlata, sive certaminis periculo, sive subito adventu, seu expectatione nostri consilii, copias instruunt pro castris, nec loco superiore decedunt. Cæsar, etsi dimicare optaverat, tamen admiratus tantam multitudinem hostium, valle intermissa magis in altitudinem depresso, quam late patente, castra castris hostium confert. Hæc imperat vallo pedum xii. muniri, <sup>6</sup> coronisque pro ratione ejus altitudinis inædificari: fossam duplēcēm, pedum quindenūm, lateribus dirutis, deprimenti; turres crebras excitari, in altitudinem 111. tabulatorum, pontibus transjectis, constratisque conjungi, quorum frontes viminea loricula munirentur; ut hostis a duplēci propugnatorum ordine depellereetur; quorum alter ex pontibus, quo tutior ex altitudine esset, hoc

<sup>6</sup> Coronisque inædificari.) Corona summa et fastigium rica vel pars ejus et prominētia quedam coronæ vicem operis; in vallo aut turri, lorū præstitū.

audacius, longiusque tella permitteret; alter, qui propter hostem in ipso vallo colocatus esset, ponte ab incedentibus telis tegeretur. Portis fores, altioresque 30 turrem imposuit. Hujus munitionis duplex erat consilium: namque et operum magnitudinem, et timorem suum sperabat fiduciam barbaris allatum; et, cum pabulatum, frumentatumque longius esset proficiscendum, parvis copiis castra munitione ipsa videbat posse defendi. Interim, crebro paucis utrimque procurrentibus, inter binaria castra palude interjecta, contendebatur; quam tamen paludem nonnunquam aut nostra auxilia, aut Gallicorum, Germanorumque transibant, acriusque hostes insequebantur, aut vicissim hostes eamdem, transgressi nostros longius submovebant. Accidebat aut quotidianis pabulationibus, (id quod accidere erat necesse, cum raris, disiectisque ex ædificiis pabulum conquereretur) ut impeditis locis dispersi pabulatores circumvenirentur. Quæ res etsi mediocre detrimentum jumentorum, ac servorum nostris afferebat, tamen stultas cogitationes incitabat barbarorum: atque eo magis, quod Comius, quem prefectum ad auxilia Germanorum accersenda dixeram, com equitibus venerat: qui tametsi numero non amplius erant quingenti; tamen Germanorum adventu barbari inflabantur.

## CAPUT V.

*Cæsar literas ad Trebonium mittit, ut legionem xxx. ad eum mittat. Bellovaci, quibus cognitæ erant Cæsaris stationes, insidias struant, in quos incidentur Rhemi. Vertiscus interficitur. Interim ab utrisque prælium committitur.*

11 **C**æsar, cum animadverteret, hostes cum plures dies castris palude, et loci natura munitis se tenere; neque oppugnari castra eorum sine dimicazione perniciosa, nec locum munitionibus claudi, nisi a majore exercitu, posse; literas ad Trebonium mittit, ut quam celerrime posset, legionem xiii., quæ cum T. Sextio

legato in Biturigibus hiemabat, accenseret, atque ita  
cum iiii. legionibus magnis itineribus ad se veniret.  
Ipse equites invicem Rhemorum, ac Lingonum, reli-  
quarumque civitatum, quorum magnum numerum evo-  
caverat, præsidio pabulationibus mittit; qui subitas  
hostium incursiones sustineret. Quod cum quoridie fie-  
ret, ac jam consuetudine diligentia minueretur; (quod  
plerumque accidit diuturnitate) Bellovacî delecta manu  
peditorum, cognitis stationibus quotidianis equitum no-  
strorum, silvesribus locis insidias disponunt, eodem  
que equites postero die mirunt, qui primum elicerent  
nostros in insidias, deinde circumventos aggredierentur.  
Cujus mali sors incidit Rhemis, quibus illa dies fungen-  
di munera obvenerat. Namque ii, cum repente hostium  
equites animadvertisserat, ac numero superiores paucita-  
tem contempsissent, cupidius iuseuti, a pedibus undi-  
que sunt circumdati. Quo facto perturbati celerius,  
quam consuetudo fert equestris prælia, se receperunt,  
amissio Vertisco, principe civitatis, præfecto equitum,  
qui cum vix eqno propter ætatem posset uti, tamen  
consuetudine Gallorum, neque ætatis excusatione in-  
suscipienda præfectura usus erat, neque dimicari sine  
se voluerat. Inflantur, atque incitantur hostium animi  
secundo prælio, principe, et præfecto Rhemorum inter-  
fecto. Nostri detrimento admonentur, diligentius explo-  
ratis locis stationes disponere, ac moderatius cedentem  
insequi hostem. Non intermittuntur interim quotidiana  
prælia in conspectu utrorumque castrorum, quæ ad va-  
da, transitusque fiebant paludis. Qua contentione Ger-  
mani, quos propterea Cæsar transduxerat Rhenum, ut  
equitibus interpositi præliarentur, cum constantius uni-  
versi paludem transissent, paucisque resistentibus in-  
terfectis, pertinacius reliquam multitudinem essent inse-  
cuti, perterriti non solum ii, qui aut cominus oppri-  
mebantur, aut eminus vulnerabantur, sed etiam qui  
longius subsidiari consueverant, turpiter fugerunt: nec  
prius finem fugæ fecerunt, saepè amissis superioribus  
locis, quam se aut in castra suorum reciperent; aut non  
nulli pavore coacti longius profugerent. Quorum peri-  
culo sic omnes copiæ sunt perturbatae, ut vix judica-

ri posset, utrum <sup>7</sup> secundis, minimisque rebus insolentiores, an adversis, mediocribusque timidiores essent.

<sup>7</sup> Secundis, minimisque) Libri veteres, scripti, et excusi, cuti sunt. D. Vossius retinet secundis minimisque; pro quo Scaliger edidit secundis nimis que; quem adhuc editores se-

veterem scripturam, soloque sublato, ut sensus sit, rebus parumper secundis inflationes.

## CAPUT VI.

*Hostes cognito legionum adventu, a se dimittunt impedimenta, et ineptos ad arma. Cæsar trans paludem legiones dicit, atque ad quoddam jugum pervenit, ibique castra munit. Bellovacos fugientes frustra turmæ insequentur. Hostes loco munito castra ponunt, ibique insiliias tendunt. Cæsar, rebus omnibus cognitis, plures legiones præmittit. Corbeus nequicquam in turmas impetum facit; ucre prælium cooritur. Hostes frustra fugam querunt. Corbeus interficitur.*

¶4 **C**mpluribus diebus iisdem in castris consumptis cum proprius accessisse legiones, et C. Trebonium legatum cognovissent duces Bellovacorum, veriti similem obsessionem Alesia, noctu dimittunt eos, quos aut ætate, aut viribus inferiores, aut inermes habebant, unaque reliqua impedimenta; quorum perturbatum, et confusum dum explicant agmen, (magna enim multitudo carorum etiam expeditos sequi Gallos consuevit) oppressi luce copias armatorum pro suis instruunt castris; ne prius Romani persequi se inciperent, quam longius agmen impedimentorum suorum processisset. At Cæsar neque resistentes tanto collis adscensu lacessendos judicabat; neque non usque eo legiones admovendas, ut discedere ex eo loco sine periculo barbari, militibus instantibus, non possent. Ita cum paludem impediat casris castra dividere, (quæ transeundi difficultas celeritatem insequendi tardare posset) atque id jugum, quod trans paludem pene ad hostium castra pertineret, mediocri valle a castris eorum intercisum animadverte-

ret; pontibus palude constrata, legiones transducit, celeriterque in summam planitiem jugi pervenit, quæ declivi fastigio duobus ab lateribus muniebatur. Ibi legionibus instructis ad ultimum jugum pervenit: aciemque eo loco constituit, unde tormento missa tella in hostium cūneos conjici possent. Barbari confisi loci natura, cum dimicare non recusarent, si forte Romanī subire collem conarentur, paulatimque copias distributas dimittere non auderent, ne dispersi perturbarentur, in acie permanserunt. Quorum pertinacia cognita, Cæsar xx, cohortibus instructis, castrisque eo loco metatis, muniri jubet castra. Absolutis operibus, legiones pro vallo instructas collocat: equites frenatis equis in stationibus disponit. Bellovacī cum Romanos ad insequendum paratos viderent, neque pernoctare, neque diutius permaneri<sup>8</sup> sine periculo eodem loco possent; tale consilium sui recipiendi inierunt. Fasces, ubi considerant (nam in acie sedere Gallos consuesse,<sup>9</sup> superioribus commentariis declaratum est) stramentorum, ac virgultorum, quorum summa erat in castris copia, per manus inter se traditos, ante aciem collocaverunt; extremoque tempore diei, signo pronuntiato, uno tempore incederunt.<sup>10</sup> Ita continens flamma copias omnes repente a conspectu texit Romanorum. Quod ubi accidit, barbari vehementissimo cursu fugerunt. Cæsar, etsi discessum hostium animadvertere non poterat, incendiis oppositis, tamen id consilium cum fugæ causa initum suspicaretur, legiones promovet; et turmas mittit ad insequendum: ipse veritus insidias, ne forte in eodem loco subsisteret hostis, atque elicere nostros in locum conaretur iniquum, tardius procedit. Equites, cum intrare sumum, et flamam densissimam timerent; ac, si qui cupidius intraverant, vix suorum ipsi priores partes animadverterent equorum, insidias veriti, liberam facultatem sui recipiendi Bellovacis dederunt. Ita, fuga timoris simul cal-

<sup>8</sup> Sine periculo.) Hæc in MSS. Non apparet hic locus in seplurimis, et antiquis editionibus exstat. Postea cusum est si ne cibarite.

<sup>9</sup> Superioribus commentariis) ria lapsus est ipso Hirtilius.

luditatisque plena, sine ullo detrimento; millia non amplius x. progressi hostes, munitissimo loco castra posuerunt. Inde, cum saepè in insidiis equites, peditesque disponerent, magna detrimenta Romanis in pabulationibus inferebant. Quod cum crebrius accideret, ex captivo quodam compertit Cæsar, Corbeum Bellovacorum ducem, fortissimorum millia vi. peditum delegisse, equitesque ex omni numero milie, quos in insidiis eo loco collocaret, quem in locum, propter copiam frumenti ac pabuli, Römanos pabulatum missuros suspicaretur. Quo cognito consilio, Cæsar legiones plures, quam solebat, educti; equitatumque, qua consuetudine pabulatoribus mittere presidio consueverat, præmitit. Huic interponit <sup>10</sup> auxilia levis armaturæ ipse cum legionibus, quam potest maxime appropinquat.

<sup>18</sup> Hostes rā insidiis dispositi cum sibi delegissent campum ad rem gerendam non amplius patentem in omnes partes passibus milie, silvis undique impeditissimis, aut altissimo flumine, velut inagine monitum, hunc insidiis circumdederunt. Nostri, explorato hostium consilio, ad prællandum animo, atque armis parati, eum, subsequentibus legionibus, nullam dimicacionem recusarent, turmatim in eum locum devenerunt. Quorum adventum sibi Corbeus oblatam occasionem rei gerendæ existimaret, primum eum paucis se ostendit, atque in proximas turmas impetum facit. Nostri constanter impetum sustinent insidiatorum; neque plures in unum locum conveniunt, quod plerunque equestribus præliis compotier aliquem timorem accidit, tum multitudine ipsorum detrimentum accipitur. Cum dispositis turmis invicem rati præliarentur, neque ab lateribus circumveniri suos pateretur, erumpunt cæteri, Corbeo præliante, ex silvis. Fit magna contentione diversum præsum: quod cum diutius pari Marte initetur, paulatim ex silvis instructa multitudo procedit peditum, quæ nostros cogit cedere equites: quibus celeriter subveniunt levis armaturæ pedites, quos ante legiones missos docui;

<sup>10</sup> Auxilia levis armaturæ) minatim laudat Vossius, Editio, In MSS. ita, quorum sex non præsidia s. a.

tumisque nostrorum interpositi , constanter præliantur. Pugnatur aliquandiu pari contentione: deinde ut ratio postulabat prælii , qui sustinuerant primos impetus insidiarum , hoc ipso sunt superiores , quod nullum ab insidiantibus imprudentes acceperant detrimentum. Accedunt propius interim legiones , crebrique eodem tempore et nostris , et hostibus nuntii afferuntur , imperatorem instructis copiis adesse. Qua re cognita , præsidio cohortium confisi nostri , acerrime præliantur ; ne , si tardius rem gessissent , victoræ gloriā communicasse cum legionibus videretur. Hostes concidunt animis , atque itineribus diversis fugam querunt. Nequidquam : nam quibus difficultatibus locorum Romanos claudere voluerant , iis ipsi tenebantur. Victi tamen , propulsique , majore parte amissa , consternati , <sup>11</sup> quo fors tulerat , confugiunt , partim silvis petitis , partim flumine ; qui tamen in fuga a nostris acriter insequentibus conficiuntur : cum interim nulla calamitate victus Corbeus , excedere prælio , silvasque petere , aut invitatis nostris ad deditiōnem , potuit adduci , quin fortissime præliando , eopluresque vulnerando , cogeret elatos iracundia victores in se tela conjicere.

**II. Quo fors tulerat.)** Hæc Et perperam rors pro fors ledesunt multis scriptis ; etiam gunt , qui retinent .  
edd. Vener. vetustæ , et Gryph.

### CAPUT VII.

**Cæsar exercitum trans flumen ducit , ad quem Bellonaci Legatos mittunt. Responsio Cæsaris ad Legatos. Reliquæ civitates , Bellovacorum exemplo , Legatos ad Cæsarem mittunt , excepto Comio.**

**T**ali modo re gesta , recentioribus prælii vestigiis <sup>20</sup> ingressus Cæsar , cum victos tanta calamitate existimare hostes , nuntio accepto , locum castrorum relicturos , quæ non longius ab ea cede abesse quam viii. millia passuum dicebantur , tametsi flumine impeditum transitum videbat ; tamen exercitu transducto , pro-

greditur. At Bellovaci, reliquæque civitates, repente  
 ex fuga paucis, atque his vulneratis, receptis, qui silva-  
 rum beneficio casum evitaverant, omniibus adversis,  
 cognita calamitate, imperfecto Corbeo, amissso equita-  
 tu, et fortissimis peditibus, cum adventare Romanos  
 existimarent, concilio repente cantu tubarum convoca-  
 to, conclamant, ut legati, obsidesque ad Cæsarem  
 21 mittantur. Hoc omnibus probato consilio; Comius  
 Attrebas ad eos profugit Germanos, a quibus ad id bel-  
 lum auxilia mutuatus erat. Cæteri e vestigio mittunt ad  
 Cæsarem legatos, petuntque „ut ea poena sit conten-  
 tus hostium, quam si sine dimicazione inferre integris  
 posset, pro sua clementia atque humanitate, nunquam  
 profecto esset illatus: afficias opes equestri prælio  
 Bellovacorum esse: delectorum peditum multa millia  
 interiisse: vix refugisse nuntios cædis. Tamen magnum,  
 ut in tanta calamitate, Bellovacos eo prælio commo-  
 dum esse consecutos, quod Corbeus auctor belli, con-  
 citator multitudinis, esset interfactus. Numquam enim  
 senatum tantum in civitate, illo vivo, quantum impe-  
 ritam plebem, potuisse. *Hæc orantibus legatis, com-  
 memorat Cæsar,* eodem tempore superiore anno Bellova-  
 cos, cæterasque Galliæ civitates suscepisse bellum:  
 pertinacissime hos ex omnibus in sententia perman-  
 sissee, neque ad sanitatem reiquorum deditio[n]e esse per-  
 ductos: scire, atque intelligere se, causam peccati fa-  
 cillime mortuis delegari: n[on] minem vero tantum poller-  
 e, ut, invitis principibus, resistente senatu, omnibus  
 bonis repugnantibus, infirma manu plebis bellum con-  
 citare, et gerere posset: sed tamen se contentum fore  
 22 ea poena, quam sibi ipsi contraxissent.“ Nōcte inse-  
 quenti legati responsa ad suos refunnt, obsides confi-  
 ciunt. Concurrunt reliquarum civitarum legati, quæ  
 Bellovacorum speculabantur eventum: obsides dant; im-  
 perata faciunt, excepto Comio, quem timor cohibebat  
 e[st] quædam fidei suæ committere salutem. Nam su-  
 priore anno T. Labienus, Cæsare in Gallia citeriore jus  
 dicebat, cum Comium compresisset sollicitare civitates,  
 et conjurationem contra Cæsarem facere, infidelitatem  
 ejus sine ulla perfidia judicavit comprimi posse: quem

quia non arbitrabatur vocatum in castra venturum, ne tentando cautiorem ficeret,<sup>12</sup> C. Volusenum Quadratum misit, qui eum, per simulationem colloquii, curaret interficiendum. Ad eam rem delectos tradiat centuriones. Cum in colloquium ventum esset, et, ut convenerat, manus Comii Volusenus arripisset; centurio, velut insueta re permotus, vellet hominem confidere, celeriter a familiaribus prohibitus Comii non potuit. Graviter tamen primo ictu gladio caput percussit. Cum utrinque gladii distracti essent, non tam pugnandi, quam diffugiendi fuit utrorumque consilium: nostrorum, quod mortifero vulnera Comium credebant affectum: Gallorum, quod, insidiis cognitis, plura, quam videbant, extimescebant. Quo facto statuisse Comius dicebatur, nunquam in conspectu cujusquam Romani venire.

<sup>12</sup> C. Volusenum Quadratum sect. 21. Cæsar ad exploranda sum.) Quem lib. iv. cap. ii. Britannicæ litora premiserat.

## CAPUT VIII.

Retento secum M. Antonio, exercitum in diversas Galliae partes Cæsar distribuit; inde ad populos Ambiorigis fines proficiscitur. Labienus in Trevirois mittitur. Cæsar ad oppidum Lemovicum contendit. Dumnacus Romanorum castra frustra oppugnat. Febius Legatus, pluribus civitatibus recipis, auxilium Duovici fert. Dumnacus adventu Fabii territus exercitum trans Ligerim ducit.

**B**ellicosissimis gentibus devictis, Cæsar cum videret nullam jam esse civitatem, quæ bellum pararet, quo sibi resisteret, sed nonnullos ex oppidis demigrare, ex agris diffugere, ad præsens imperium evitanum, plures in partes exercitum dimittere constituit. M. Antonium quæstorem cum legione xi. conjungit: C. Fabium legatum cum cohortibus xxv. mittit in diversissimam partem Gallie, quod ibi quasdam civitates in armis esse audiebat, neque C. Caninum Rebilum legatum, qui illis regionibus præterat, satis firmas ut legiones habere existimabat. T. Labienum ad se vocat: legionemque xvi., que cum eo

Q

fuerat in hibernis, <sup>13</sup> in Togatam Galliam mittit ad colonias civium Romanorum tuendas; ne quod simile incommodum accidere de incursione barbarorum, ac superiore æstate <sup>14</sup> Tergestinis accidisset; quia repentina latrocinio, atque impetu incolæ illorum erant oppressi. Ipse ad devastandos, depopulandoque fines Ambiorigis proficiscitur: quem perterritum, atque fugientem cum redigi posse in suam potestatem desperasset, proximum suæ dignitati esse ducebat, adeo fines ejus vastare civibus, ædificiis, pectore, ut odio suorum Ambiorix, si quos fortuna fecisset reliquos, nullum redditum propter tantas calamitates haberet in civitatem. Cum in omnes partes finium Ambiorigis aut legiones, aut auxilia dimisisset, atque omnia cædibus, incendiis, ruinis vastasset; magno numero hominum interfecto, aut capto, Labierum cum 11. legionibus in Treviros mittit, quorum civitas, propter Germaniæ vicinitatem, quotidianis exercitata bellis, cultu, et feritate non multum a Germanis differebat: neque imperata unquam, nisi exercitu coacta, faciebat. Interim C. Caninius legatus, cum magnam multitudinem convenisse hostium <sup>15</sup> in fines Pictorum, literis nuntiisque Duracii cognovisset, qui perpetuo in amicitia Romanorum permanserat, cum pars quedam civitatis ejus defecisset, <sup>16</sup> ad oppidum Limonum contendit. Quo cum adventaret, atque ex captivis certius cognosceret, multis hominum millibus, Dumnaico duce Andium, Duracium clausum, Limonum oppugnari; neque infirmas legiones hostibus committere auderet: castra munito loco posuit. Dumnaeus, cum approxinquare Caninium cognovisset, copiis omnibus ad legiones conversis, castra Romanorum oppugnare instituit.

<sup>13</sup> In Togatam Galliam.) Quæ paulo ante cap. 7. sect. 23. Cliterior dicta fuit, a togæ usu, propter civitatem concessam, Togata dicta.

<sup>14</sup> Tergestinis.) Tergeste, Carnicorum oppidum, ad Adriaticum mare; quondam Italæ finis, antequam pars Istriæ adjecta fuit.

<sup>15</sup> In fines Pictorum.) Picto-

nes populus Aquitaniae adjectus prope Ligerim, Urbs illorum Limonum, Aluvay Ptolomæi, media ætate Pictavium, Pictavus: nunc Poictiers.

<sup>16</sup> Ad oppidum Limonum.) Jam dictum est. Caput enim esse Pictorum, ex Magnoone Vallesius demonstravit, qui Notis Juris ad Carolum M. scripsit, Pictavus Lemonum.

Cum complures dies in oppugnatione consumpsisset, et magno suorum detimento nullam partem munitionum convellere potuisset; rursus ad obsidendum Limonum redit. Eodem tempore C. Fabius legatus complures civitates in fidem recipit, obsidibus firmat, literisque C. Caninii certior fit, quae in Pictonibus gerantur. Quibus rebus cognitis, proficiscitur ad auxilium Duracio feren-<sup>27</sup>dum. At Dumnaeus, adventu Fabii cognito, desperata salute, si tempore eodem coactus esset et Romanorum exterritum sustinere hostem, et respicere, ac timere oppidanos, repente ex eo loco cum copiis recedit; nec se satis tatum fore arbitrator, nisi flumen Ligerim, quod erat ponte propter magnitudinem transeundum, copias transduxisset.

## CAPUT IX.

*Fabius Damnaci agmen insecurus, magna præda potitur. Q. Titatius Varus prælium cum hostibus committit; quibus fusis, impedimenta capit. Caninius legatus Drapetem Senonem insequitur. C. Fabius in Carnutes proficiscitur, quos in deditioinem recipit, itemque reliquas civitates Armoricas dictas: Drapes, et Lucterius opidum Uxellodunum occupant: in quos Caninius impetum facit. Lucterius cum paucis fugit.*

Fabius, etsi nondum in conspectum venerat hostium, neque se cum Caninio coniunxerat; tamen doctus ab iis, qui locorum noverant naturam, potissimum eredit, hostes perterritos eum locum, quem petebant, petituros. Itaque cum copiis ad eumdem pontem contendit, equitatunque tantum procedere ante agmen imperat legionum, quantum cum processisset, sine defatigatione equorum in eadem se reciperet castra. Consequuntur equites nostri, ut erat præceptum, invaduntque Dumnaei agmen: et fugientes, perterritosque sub sarcinis in itinere aggressi, magna præda, multis interfectis, potiuntur. Itaque, re bene gesta, se recipient in castra. Insequentia nocte Fabius equites præmittit, sic paratos, ut configerent, atque omne agmen morarentur, dum conquereretur ipse. Cujus præceptis ut res gereretur, Q. Titatius Varus,

praefectus equitum, singularis et animi, et prudentiae vir, suos hortatur, agmenque hostium consecutus, turmas partim idoneis locis disponit, partim equitum prælium committit. Consistit audacius equitatus hostium, succentribus sibi peditibus, qui toto agmine subsistentes, equitibus suis contra nostros ferunt auxilium. Fit prælium acri certamine. Namque nostri, contemptis pridie superatis hostibus, cum subsequi legiones meminissent, et pudore cedendi, et cupiditate celerius per se conficiendi prælii, fortissime contra pedites præliantur: hostesque nihil amplius copiarum accessum credentes, ut pridie cognoverant, delendi equitatus nostri 29 nacti occasionem videbantur. Cum aliquandiu summa contentione dimicaretur; Dominicus instruit aciem, quæ suis esset equitibus invicem præsidio. Tum repente confertæ legiones in conspectum hostium veniunt. Quibus visis, percusæ barbarorum turmæ, ac perterritæ acies hostium, perturbato impedimentorum agmine, magno clamore, discursuque passim fugæ se mandant. At nostri equites, qui paullo ante cum resistentibus fortissime conlixerant, lætitia victoriae elati, magno undique clamore sublato, cedentibus circumfusi, quantum eorum vires ad persequendum, dextræque ad cædendum valent, tantum eo prælio interficiunt. Itaque amplius millibus XII. aut armatorum, aut eorum, qui timore arma projecterant, interficiens, 30 omnis multitudo capitur impedimentorum. Quia ex fuga cum constaret, Drapetem Senonem (qui, ut primum defecerat Gallia, collectis undique perditis homicibus, servis ad libertatem vocatis, exilibus omnium civitatum accitis, receptis latronibus, impedimenta, et comedatus Romanorum interceperat) non amplius hominem v. millibus ex fuga collectis, provinciam petere, unaque consilium cum eo Lueterium Cadurcum cepisse, quem <sup>17</sup> in superiore commentario, prima defectione Gallæ facere in provinciam impetum voluisse, cognitum est: Caninius legatus, cum legionibus II.

<sup>17</sup> In superiore commentario Cap. 3. sect. 5. Ibi Cæsar Luterius.

ad eos persequendos contendit, ne timore, aut detri-  
mento provinciae magna infamia perditorum hominum  
latrociniis caperetur. C. Fabius cum reliquo exercitu 31  
in Carnutes, reliquaque proficiscitur civitates, qua-  
rum eo prælio, quod cum Dumaco fecerat, copias  
esse accitas sciebat. Non enim dubitabat, quin recen-  
ti calamitate submissiores essent futore: dato vero spa-  
tio, ac tempore, eodem instante Dumaco, possent  
concitari. Qua in re summa felicitas, celeritasque in  
recipiendis civitatibus Fabium consequitur. Nam Car-  
nutes, qui saepe vexati nunquam pacis fecerant me-  
tionem, datis obsidibus, veniunt in ditionem, cœ-  
teraque civitates positæ in ultimis Galliæ finibus, O-  
ceano conjunctæ, quæ Armorica appellantur, aucto-  
ritate adductæ Carnutum, adventu Fabii, legionum-  
que, imperata sine mora faciunt. Dumacus suis fini-  
bus expulsus, errans, latitansque, solus extremas Gal-  
liæ regiones petere coactus est. At Drapes, unaque 32  
Lucterius, cum legiones, Caniniumque adesse cognosce-  
rent, nec se sine certa pernicie, persequente exercitu,  
putarent provinciae fines intrare posse, nec jam liberam  
vagandi, latrocinandique facultatem haberent, consi-  
stunt in agris Cadurcorum. Ibi cum Lucterius apud suos  
cives quandam, integris rebus, multum potuisset, sem-  
perque auctor novorum consiliorum magnum apud bar-  
baros auctoritatem haberet: <sup>18</sup> oppidum Uxellodunum, quod in clientela fuerat ejus; natura loci egre-  
gie munitum, occupat suis, et Drapetis copiis, op-  
pidanosque sibi conjungit. Quo cum confestim C. Ca-  
nidius venisset, animadverteretque omnes oppidi par-  
tes præruptissimis saxis esse munitas, quo, defedente  
nullo, tamen armatis ascendere esset difficile; magna  
autem impedimenta oppidanorum videre, quæ si elan-  
destina fuga subtrahere conarentur, effugere non modo  
equitatum, sed ne legiones quidem possent: tripartito  
cohortibus divisis, trina excelsissimo loco castra fe-  
cit, a quibus paullatim, quantum copiæ patiebantur, val-

<sup>18</sup> Oppidum Uxellodunum. ) Armorica cliteriore fuit.  
Cadurcorum hoc oppidum in

34 Ium in oppidi circuitu ducere instituit. Quod cum animadverterent oppidani, misserrimaque Alesia memoria solliciti similem casum obsessionis vererentur, maximeque ex omnibus Lucterius, qui fortunæ illius periculum fecerat, moneret rationem frumenti esse habendam; constituant omnium consensu, parte ibi relicta copiarum, ipsi cum expeditis ad importandum frumentum proficisci. Eo consilio probato, proxima nocte, 11. millibus armatorum relictis, reliquos ex oppido Drapes, et Lucterius educunt. Ii paucos dies morati, ex finibus Cadurcorum, qui partim re frumentaria sublevare eos cupiebant, partim prohibere, quominus sumerent, non poterant, magnum numerum frumenti comparant. Nonnunquam autem expeditionibus nocturnis castella nostrorum adoriantur. Quam ob causam L. Caninius toto oppido munitiones<sup>19</sup> circumdare moratur; ne aut opus effectum tueri non possit, aut plurius in locis i firma disponat praesidia. Magna copia frumenti comparata, considerunt Drapes, et Lucterius non longius ab oppido x. millibus passuum, unde paulatim frumentum in oppidum supportarent: ipsi inter se<sup>20</sup> provincias partiuntur. Drapes castris praesidio cum parte copiarum restitut. Lucterius agmen juventorum ad oppidum adducit. Dispositis ibi praesidiis, hora noctis circiter x. silvestribus, angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit. Quorum strepitum vigiles castrorum cum sensissent, exploratoresque missi, quæ agerentur, renuntiassent, Caninius celeriter cum cohortibus armatis ex proximis castellis in frumentarios sub ipsam lucem impetum fecit. Ii repentinio malo perterriti, diffugunt ad sua praesidia, quæ nostri ut viderunt, acrius contra armatos incitati, neminem ex eo numero vivum capi patiuntur. Effugit inde cum paucis Lucterius, nec se recepit in castra.

<sup>19</sup> Circundare migratur.) Ita nunc plerique: etiam Gryphus, quod haud dubie ex veteri codice. Antea editum erat conatur.

<sup>20</sup> Provincias partiuntur.) Munera, expeditiones, Romano loquendi more, quo inter se consules, aut praetores divisorunt.

## CAPUT X.

*Caninius equites, peditesque in hostium castra præmit-  
tit: vehemens prælium committitur. Drapes capitur. Ca-  
ninius ad obsidendos oppidanos revertitur, quo  
etiam C. Fabius venit.*

**R**e bene gesta, Caninius ex captivis comperit, <sup>36</sup> partem copiarum cum Drapete esse in castris millibus non amplius x Qua re ex compluribus cognita, cum intelligeret, fugato duce altero, perterritos reliquos facile opprimi posse, magnæ felicitatis esse arbitrabatur, neminem ex cæde refugisse in castra, qui de accepta calamitate nuntium Drapeti perferret. Sed, cum in experiendo periculum nullum videret, equitatum omnem, Germanosque pedites summæ velocitatis omnes ad castra hostium præmittit, ipse legionem unam in tria castra distribuit, alteram secum expeditam ducit. Cum proprius hostem accersisset, ab exploratoribus, quos præmiserat, cognoscit, castra eorum, ut barbarorum fert consuetudo, relictis locis superioribus, ad ripas fluminis esse demissa; at Germanos, equitesque imprudentibus omnibus de improviso advolasse, et prælium commisisse. Qua re cognita, legionem armatam, instrumentaque adducit. Ita repente omnibus ex partibus signo dato, loca superiora capiuntur. Quod ubi accidit, Germani equites, signis legionis visis, vehementissime præliantur. Confestim omnes cohortes undique impetum faciunt, omnibus aut interfectis, aut captis, magna præda potiuntur. Capitur ipse in eo prælio Drapes. Caninius, felicissime re gesta, sine ullo pene militis vulnere, ad obsidendos oppidanos revertitur, externoque hoste deleto, <sup>21</sup> cuius timor dividere præsidia, et munitione oppidanos circumcidare prohibitus erat, opera undique imperat administrari. Ve-

<sup>21</sup> *Cujus timore dividere præsidia.*) Plures ita scripti codices: eriam editi veteres, Ven-

etus, Gryphii, alii. Post ex-  
cusum, cuius timore augere præ-  
sidia.

nit eodem cum suis copiis postero die C. Fabius, partemque oppidi sunit ad obsidendum.

## CAPUT XI.

*Cæsar, relicto M. Antonio in Bellovacis, reliquas adit civitates; cumque ad Carnutes ventum esset, Cotuatum ad supplicium depositit: certior fit a Caninio de iis, quæ contra Drapetem, et Lucterium gesta sunt. Cæsar ad Caninum se confert; oppidanos aqua probibet; prælium committitur. Oppidanorum deditio, de quorum multis pœna sumititur. Drapes fame perit.*

38     **C**æsar interim M. Antonium quæstorem cum cohortibus xv. in Bellovacis reliquit, ne qua rursus novorum consiliorum capiendorum Belgis facultas daretur. Ipse reliquas civitates adit: obsides plures imperat: timentes omnium animos consolatione sanat. Cum in Carnutes venisset, quorum consilio in civitate <sup>22</sup> superiore commentario Cæsar exposuit initium belli esse ortum, quod precepue eos propter conscientiam facti timere animadvertebat: quo celerius civitatem metu liberaret, principem sceleris ipsius, et concitatorem belli Cotuatum ad supplicium depositit. Qui, etsi ne civibus quidem suis se committebat, tamen celeriter omnium cura quæsus, in castra perducitur. Cogitur in ejus supplicium Cæsar contra naturam suam maximo militum concursu, qui omnia pericula, et detrimenta belli Cotuato accepta referebant, adeo ut verberibus exanimatum corpus securi feriretur. Ibi crebris literis Caninii fit certior, quæ de Drapete, et Lucterio gesta essent, quoque in consilio permanerent oppidani, quorum etsi paucitatem continebant, tamen pertinaciam magna poena esse afficiendam judicabat; ne universa Gallia non vires sibi defuisse ad resistendum Romanis, sed constantiam putaret, neve hoc exemplo cæteræ civitates, locorum opportunitate fretæ se vindicarent in libertatem; cum omnibus Gallis notum esse sciret, reliquam esse unam <sup>23</sup>

<sup>22</sup> Superiori commentario.) Lib. VII. cap. 2. sect. 2.

statem suæ provinciæ, quam si sustinere potuissent, nullum ultra periculum vererentur. Itaque Q. Calenum legatum cum legionibus II. relinquit, qui justis itineribus se subsequeretur; ipse cum omni equitatu, quam potest celerrime, ad Caninium contendit. Cum contra exspectationem o- 40 mnium Cæsar Uxellodunum venisset, oppidumque operibus clausum animadverteret, neque ab oppugnatione recedi videret ulla conditione posse, magna autem copia frumenti abundare oppidanos ex perfugis cognovisset, aqua prohibere hostem tentare cœpit. Flumen infimam vallem dividebat, <sup>23</sup> quæ pene totum montem cingebat, in quo positum erat præruptum undique oppidum Uxellodunum. Hoc avertere loci natura prohibebat. Sic enim imis radicibus montis ferebatur, ut nullam in partem, depresso fossis, derivari posset. Erat autem oppidanis difficilis et præruptus eo descensus, ut prohibentibus nostris, sine vulneribus, ac periculo vitæ, neque adire flumen, neque arduo se recipere possent adscensu. Qua difficultate eorum cognita, Cæsar, sagittariis, funditoribusque dispositis, tormentis etiam quibusdam locis contra facillimos descensus collocatis, aqua fluminis prohibebat oppidanos: quorum omnis postea multitudo aquarum unum in locum conveniebat. Sub ipsius oppidi 42 murum magnus fons prorumpens ab ea parte, quæ fere pedum CCC. intervallo fluminis circuito vacabat. Hoc fonte prohiberi oppidanos cum optarent reliqui, Cæsar unus videret, non sine magno periculo posse; e regione ejus vineas agere adversus montem, et aggrees struere cœpit, magno cum labore, et continua dimicazione. Oppidani enim loco superiore <sup>24</sup> decurrentes sine periculo præliabantur, multosque pertinaciter succedentes vulnerabant; ut tamen non deterrerentur milites nostri vineas proferre, et labore, atque operibus

<sup>23</sup> Quæ pene totum montem.) Dion. Vossius mavult quod pene, ut ad flumen referatur. Sed vallis etiam pene montem non totum potest cingere, depresso videlicet, per quam nomen habitur.

<sup>24</sup> Decurrentes præliabantur. ) Locus hic aliter in vet. libris legitur, decurrent, - præliabantur, - induerant - Non deterrerunt. Nec vero dubito, quin recentior lectio etiam ex antiquis sit codicibus.

locorum vincere difficultates. Eodem tempore <sup>25</sup> tectos cuniculos, crates, et vineas agunt ad caput fontis: quod genus operis sine ullo periculo, et sine suspicione hostium facere licebat. Extrahit agger in altitudinem pedum LX. Collocatur in eo turris x. tabularum; non quidem quæ mœnibus æquaretur, (id enim nullis operibus effici poterat, sed quæ superaret fontis fastigium. Ex ea cum tela tormentis jacerentur ad fontis aditus, ne sine periculo possent ad aquari oppidanis non tantum pecora, atque jumenta, sed etiam magna

- <sup>42</sup> hominum multitudo siti consumebatur. Quo malo perterriti oppidanis "cupas sevo, pice, <sup>26</sup> scandulis complent. Eas ardentes in opera provolvunt. Eodem tempore acerrime præliantur, ut ab incendio restinguendo dimicationis periculo deterreant Romanos. Magna repente in ipsis operibus flamma exsistit. Quæcumque enim per locum præcipitem missa erant, ea vineis, et aggere suppressa comprehendebant idipsum, quod morabatur. Milites contra nostri, quamquam periculo genere prælli, locoque iniquo premebantur, tamen omnia paratissimo sustinebant animo. Res enim gerebatur ex excuso loco, et in conspectu exercitus nostri: magnusque utrimque clamor oriebatur: ita quam quisque poterat, maxime insignis, quo notior, testatrixque virtus ejus esset, telis hostium, flammæque se offerebat. Cæsar cum complures suos vulnerari videret, ex omnibus oppidi partibus cohortes montem descendere, et simulatione mœnium occupandorum, clamorem undique jubet tollere. Quo facto perterriti oppi-

<sup>25</sup> Tector cuniculos - ad caput fontis.) Superiori sæculo plures libri, Basileenses, Gryphii, alli, hæc sola sine lacunæ indicio referebant: prius autem editi, et MSS. post ou[n]iculū interserunt ad aggères, ac vineas: alli, ad vineas agunt, ad caput fontis: Palatius, ad vineas agunt, et ad caput fontis. Scaliger, crates, et vineas agunt ad e. f. quem plures ho-

die sequuntur: quæ etiam lectio firmari MS. codice dicitur. Clarius sensus, si nihil inseritur, quia sine suspicione hostium facere licuit. Nos pliores, vel spatii explendi causa, expressimus, adjecta ex alio et copula.

<sup>26</sup> Scandulis.) Tabellis lignis tegularum vices præstansibus.

dani, cum, quid ageretur in locis reliquis, essent ignari, revocant ab impugnandis operibus armatos, murisque disponunt. Ita nostri, fine prælia facto, celeriter opera flamma comprehensa partim restinguunt, partim interseindunt. Cum pertinaciter resisterent oppidi, et etiam magna parte suorum siti amissa, in sententia permanerent, ad postremum cuniculis venæ fontis intercisæ sunt atque eversæ. Quo facto repente fons perennis exhaustus tantam attulit oppidanis salutis desperationem, ut id non hominum consilio, sed Deorum voluntate factum putarent. Itaque necessitate coacti sese tradiderunt. Cæsar, cum suam lenitatem cognitam omnibus sciret, neque vereretur, ne quid crudelitate naturæ videretur asperios fecisse, neque existum consiliorum suorum animadverteret, si tali ratione diversis in locis plures rebellare cœpissent; exemplo supplicii deterrendos reliquos existimavit. Itaque omnibus, qui arma tulerant, manus præcidit; vitam concessit, quo testatior esset poena improborum. Drapes, quem captum esse a Caninio docui, sive indignatione, et dolore vinculorum, sive timore gravioris supplicii paucis diebus sese cibo abstinuit, atque ita interiit.

44

## CAPUT XII.

*Lucterius vinotus ad Cæsarem perducitur; Labienus cum Treviris præliatur, Surumque Aeduum capit. Cæsar Aquitaniam petit, ad quem omnes ejus provinciae civitates Legatos mittunt: postea Narbonem se confert, exercitu in varias partes dimisso. Postremo ad legionem in Belgum se recepit, ibique cognoscit, Comium Attrebatem cum equitatu ipsius præliatum esse; cuius eventus narratur.*

**E**odem tempore Lucterius, quem profugisse ex prælio scripsi, cum in potestatem venisset Epasnaeti Arversi, (crebro enim mutandis locis multorum fidei se committebat, quod nusquam diutius sine periculo commoraturus videbatur, cum sibi conscius esset, quam inimicum debaret Cæsarem habere) hunc Epasnaetus Arverns, amicis-

simus populi Romani, sive dubitatione illa vinctum ad  
 45 Cæsarem duxit. Labienus interim in Treviris equestre  
 prælum secundum facit; compluribus Treviris inter-  
 fectis, et Germanis, qui nulli adversus Romanos au-  
 xilia denegabant, principes eorum vivos in suam re-  
 degit potestatem, atque in iis Surum Æduum, qui  
 et virtutis, et generis summam nobilitatem habebat,  
 solusque ex Æduis ad id tempus permanserat in ar-  
 46 mis. Ea re cognita, Cæsar cum in omnibus partibus  
 Galliæ bene res gestas videret, judicaretque superio-  
 ribus æstivis Galliam devictam, et subactam esse,  
 Aquitaniam nunquam ipse adisset, sed per P. Cras-  
 sum quadam ex parte devicisset; cum ii. legio-  
 nibus in eam partem est profectus, ubi exterritum  
 tempus consumeret æstivorum. Quam rem, sicut cæ-  
 tera, celeriter, feliciterque confecit. Namque omnes  
 Aquitanie civitates legatos ad eum miserunt, obsi-  
 desque ei dederunt. Quibus rebus gestis, ipse cum equi-  
 tum præsidio Narbenem profectus est; exercitem per  
 legatos in hiberna deduxit: iv. legiones in Belgio col-  
 locavit cum M. Antonio, et C. Trebonio, et P. Vati-  
 nio, et Q. Tilio legatis: ii. in Æduos misit, quo-  
 rum in omni Gallia summam esse auctoritatem scie-  
 bat, in Turonibus ad fines Carnutum posuit, quæ o-  
 innem regionem conjunctam Oceano continerent: ii. re-  
 liquas in Lemovicum finibus non longe ab Arvernis,  
 ne qua pars Galliæ vacua ab exercitu esset. Paucos dies  
 ipse in provincia moratus, cum celeriter omnes conven-  
 tus percurriisset; publicas controversias cognovisset;  
 bene meritis præmia tribuisset, (cognoscendi enim  
 maximam facultatem habebat, quali quisque animo in  
 rempublicam fuisset totius Galliæ defectione, quam  
 sustinuerat fidelitate, atque auxiliis provinciæ illius)  
 his rebus confectis, ad legiones in Belgium se recipit  
 47 hibernaque <sup>27</sup> Nemetocennæ. Ibi cognoscit, Comium,

<sup>27</sup> *Nemetocennæ.*) Oppidum cuius situs in locum *Arras*, si-  
 est Attribatum, et haud dubie  
 princeps gentilis, (quod in Iti-  
 nerario *Nemetacum* votatur.)

ve *Atrecib*, medio aero *Atre-  
 bate*, videtur incidere. Vide  
 Notit. Orb. Antiqui.

Attrebatem prælio cum equitatu suo contendisse. Nam cum Antonius in hirbena venisset, civitasque Attrebatum in officio maneret; Comius, qui post illam vulnerationem, quam supra commemoravimus, semper ad omnes motus paratus suis civibus esse consuesset, ne consilia belli quærerentibus auctor armorum, duxque decesserat, parente Romanis civitate, cum suis equitibus se, suosque latrocinii alebat, infestisque itineribus commeatus complures, qui comportabantur in hiberna Romanorum, intercipiebat. Erat attributus Antonio 48 præfectus equitum C. Volusenus Quadratus, qui cum eo hiemaret. Hunc Antonius ad persequendum equitatum hostium mittit. Volusenus autem ad eam virtutem, quæ singularis in eo erat, magnum odium Comii adiungebat, quo libentius id faceret, quod imperabatur. Itaque, dispositis insidiis, siplius ejus equites aggressus, secunda prælia faciebat. Novissime, cum vehementius contenderetur, ac Volusenus ipsius intercipiens Comii cupiditate pertinacius cum paucis inseculatus esset; ille autem fuga vehementi Volusenum longius produxisset; repente omnium suorum invocat fidem, atque auxilium, ne sua vulnera, <sup>28</sup> perfidia imposita, paterentur inuita; conversoque equo, se a cæteris incautius permittit in præfectum. Faciunt idem omnes ejus equites, paucosque nostros convertunt, atque insequuntur. Comius incensum calcaribus equum jungit equo Quadrati, lanceaque infesta medium femur ejus magnis viribus transjicit. Præfecto vulnerato, non dubitant nostri resistere, et conversi hostem pellere. Quod ubi accidit, complures hostium, magno nostrorum impetu pulsati vulnerantur, et partim in fuga proteruntur, partim intercipluntur. Quod ubi malum dux equi velocitate evita,

<sup>28</sup> *Perfidia imposta.*) Di-versis casibus, perfidia sexto, imposta quarto multitudinis. Dionysius Vossius emendavit, cum legeretur volgo perfidia interposita, quod incongruens: per fidem interposita, quod clarius quidem, sed partici-um requirit accepta, inflata, aut

similem, cuius nullum hic vestigium est. Nec insolens impone-re vulnera. Cicero Tusc. iv. 24. quo hic reip. vulnera im-ponebat, eadem ille sanabat. Et pro Sextio cap. 19. accipien-dit, eadem littera mortifera, qui eam imposuerint.

vit, graviter vulneratus præfектus, ut vitæ periculum aditurus videretur, refertur in castra. Comius autem, si-  
ve expiato suo dolore, sive magna parte amissa suorum, legatos ad Antonium mittit, seque ibi futurum, ubi præscripsérat, et ea facturum, quæ imperavit, obsidi-  
bus datis, firmat: unum illud orat, ut timori suo con-  
cedatur, ne in conspectum veniat cūjusquam Romani. Quam postulationem Antonius cum judicaret ab justo  
nasci timore, veniam petenti dedit; obsides accepit.

*Hirtii additio ad octavum librum C. Cæsaris, ex qua quisque facile colligere potest, quo in loco Cæsar, ejusque exercitus anno nono fuerit.*

"Scio, Cæsarem singulorum annorum singulos com-  
mentarios confecisse: quod ego non existimavi mihi es-  
se faciendum: propterea quod insequens annus L. Pau-  
lo, C. Marcello Coss. nullas habet Galliæ magnopere  
res gestas. Ne quis tamē ignoraret, quibus in locis Cæ-  
sar, exercitusque eo tempore fuisse, pauca scribenda,  
conjungendaque huic commentario statui.,,

49 Cæsar, cum in Belgio hiemaret, unum illud pro-  
positum habebat, continere in amicitiam civitates, nuli-  
spem, aut causam dare armorum. Nihil enim minus  
volebat, quam sub discessum suum necessitatē sibi ali-  
quam imponi belli gerendī; ne, cum exercitum dedu-  
cturus esset, bellum aliquod relinqueretur, quod omnis  
Gallia libenter sine præsentī periculo susciperet. Itaque,  
honorable civitates appellando, principes maximis præ-  
miis affiendo, nulla onera nova imponendo, defes-  
sam tot adversis præliis Galliam, conditione parendi  
50 meliore, facile in pace continuuit. Ipse, hibernis per-  
actis, contra consuetudinem in Italiam quam maximis  
itineribus est profectus, ut municipia, et colonias ap-  
pellaret, quibus M. Antonii quæstoris sui commenda-  
ret<sup>29</sup> sacerdotii petitionem. Contendebat enim gratia

29 Sacerdotii petitionem.) viii. De Antonii autem augu-  
Auguratus: quem etiam sa-  
ratu videoas Cic. Philipp. II.  
sacerdotium dixit Plin. xv. ep. cap. 33.

cum libenter pro homine sibi conjuctissimo , quem paulo ante præmiserat ad petitionem , tum acriter contra factionem , et potentiam paucorum , qui M. Antonii repulsa <sup>30</sup> Cæsaris decedentis conveillere gratiam cupiebant . Hunc , etsi Augurem prius factum , quam Italiam attingeret , in itinere audierat ; tamen non minus justam sibi causani muicipia , et colonias adeundi existimavit ; ut iis gratias ageret , quod frequentiam , atque officium suum Antonio præstitissent : simulque se , et honorem suum insequentis anni commendaret petitione ; propterea quod insolenter adversarii sui gloriarerunt , L. Lentulum , et C. Marcellum Coss. creatos , qui omni honore , et dignitate Cæsarem expoliarent : <sup>31</sup> erectum Ser. Galbae consulatum , cum is multo plus gratia , suffragiisque valuisse , quod sibi conjunctus et familiaritate , et necessitudine legationis esset . Exceptus est Cæsaris adventus ab omnibus municipiis , et coloniis incredibili honore , atque amore . Tum primum enim veniebat ab illo universæ Galliæ bello . Nihil relinquebatur , quod ad ornatum portarum , itinerum , locorumque omnium , qua Cæsar iturus erat , excoxitari posset . Cum liberis omnis multitudo obviam procedebat . Hostiæ omnibus locis immolabantur . Tricliniis stratis fora , templaque occupabantur , ut vel expectatissimi triumphi lætitia <sup>32</sup> precipi posset . Tanta erat magnificentia apud opulentiores , cupiditas apud humiliores . Cum omnes regiones Galliæ Togatæ Cæsar percurrisset , summa celeritate ad exercitum Nemotecennam rediit ; legionibusque ex omnibus hibernis ad fines Trevirorum evocatis , eo profectus est , ibique

<sup>30</sup> Cæsaris decedentis . ) De provincia , cuius jam nonus annus agebatur .

<sup>31</sup> Erectum Ser. Galbae consulatum . Ser. Galba legatus Cæsaris in Gallia fuerat , missus cum legione in Nantuates , et Veragros , lib. IIII. cap. I. sect. I. Cum consulatum peteret , repulsam tulit propter Cæsaris amicitiam : ex quo Cæsari of-

fensus cum Cassio , et Bruto conspiravit . Suet. Galba , cap. 3.

<sup>32</sup> Precipi posset . ) Ante capi , ut ad Cæsaris expectatum triumphum , nondum autem presentem , referatur . Sic R. Steph. et Ciaccon. et Gryph. et Jungerm. ac Goduinus : etiam V. C. Carrariensis . Alii percipi , ut cum quovis triumpho splendidiore comparetur .

exercitum instravit. T. Labienum Galliae Togatae p̄ficit, quo major commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem. Ipse tantum itinerum faciebat, quantum satis esse ad munitionem locorum propter salubritatem existimabat. Ibi quamquam crebro audiebat,<sup>33</sup> Labienum ab inimicis suis sollicitari; certiorque fiebat, id agi paucorum consiliis, ut, interposita senatus auctoritate, aliqua parte exercitus spoliaretur; tamen neque de Labieno credidit quidquam, neque contra senatus auctoritatem, ut aliquid ficeret, potuit adduci. Judicabat enim, liberis sententiis Patrum conscriptorum causam suam facile obtineri. Nam<sup>34</sup> C. Curio tribunus plebis cum Cæsaris causam, dignitatemque defendendam suscepisset, s̄pē erat senatui pollicitus, si quem timor armorum Cæsaris lederebat, et quoniam Pompeji dominatio, atque arma non minimum terrorrem foro inferrent, discederet uteisque ab armis, exercitusque dimitteret: fore eo pacto liberam, et sui juris civitatem. Neque hoc tantum pollicitus est, sed etiam<sup>35</sup> per se senatus discessionem facere cœpit. Quod nefieret, consules, amicique Pompeji suaserunt, atque, ita rem moderando, discesserunt. Magnum hoc testimonium senatus erat universi, conveniensque superiori facto. Nam Marcellus proximo anno, cum impugnaret Cæsaris dignitatem, contra legein Pompeji et Crassi, retulerat ante tempus ad senatum de Cæsar's provinciis: sententiisque dictis, discessionem faciente Marcellō, qui sibi omnem dignitatem ex Cæsar's invidia quererbat,

<sup>33</sup> Labienum ab inimicis suis sollicitari.) Cæsar's Inimicis, nec frustra. Labienus enim pastea stellit & Pompeji partibus.

<sup>34</sup> C. Curio tribunus pl.) Hic est, ad quem Ciceronis existant epistole lib. II. post violentissimus defensor Cæsar's in Africa periit. Suet. Cæs. 29. et 36.

<sup>35</sup> Per se discessionem facere cœpit.) Plutarchus Cesa-

re, p. 722. τοῖς ἀπει Αὐτόνομοι tribuit, in quibus princeps erat Curiō: uteisque enim pro Cæsare contendit. Fit autem discessio post diversas sententias consule (aliquando etiam tribuno, Cic. ep. 11.) postulante, ut qui hujus, illiusve sententiae sint, a ceteris discedant. Gelius XIV. 7. Tuberone auctore necessariam SCtis discessionem tradit.

<sup>36</sup> senatus frequens in alia omnia transit. Quibus non frangebantur animi inimicorum Cæsar, sed admonebantur, quo majores pararent necessitudines, quibus cogi posset senatus id probare, quod ipsi constituerent. Fit deinde S. C. ut <sup>37</sup> ad bellum Parthicum legio una a Cn. Pompejo, altera a C. Cæsare mitterentur. Neque obscure haec duæ legiones uni Cæsari detrahuntur. Nam Cn. Pompejus legionem primam, quam ad Cæsarem miserat, confectam ex delectu provinciæ, Cæsari, tamquam ex suo numero dedit. Cæsar autem, cum de voluntate adversariorum nemini dubium esset, Cn. Pompejo legionem remittit, et ex suo numero xv., quam in Gallia citeriore habuerat, ex S. C. jubet tradi. In ejus locum xxx. legionem in Italiam mittit, quæ præsidia tueretur, ex quibus præsidiis xv. deducerebatur; ipse exercitum distribuit per hiberna. C. Trebonium cum legionibus iv. in Belgio collocat: C. Fabium cum totidem in Aeduo deducit. Sic enim existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgæ, quorum maxima virtus, et Aedu, quorum auctoritas summa esset, exercitibus continerentur. Ipse in Italiam profectus est. Quo cum venisset, cognoscit, per C. Marcellum consulem legiones ii., ab se remissas, quæ ex S. C. deberent ad Parthicum bellum duci, Cu. Pompejo tradites, atque in Italia retentas esse. Hoc facto, quamquam nulli erat dubium, quin arma contra Cæsarem pararentur; tamen Cæsar omnia patienda esse statuit, quoad sibi spes alia relinquetur jure potius disceptandi, quam belli gerendi.

<sup>36</sup> Senatus frequens in alia omnia.) Vide Plutarch. dicto loco; et Appian. Civ. II. p. 736. qui ait, in Curionis sententiam CCCLXX. senatores discessisse:

<sup>37</sup> Ad bellum Parthicum.) Apollonius dicto loco, pagina 734. ἐς Συρτανὸν Φυλακῶν θύεια.

C. JULII CÆSARIS  
 COMMENTARIORUM  
 DE BELLO CIVILI  
 LIBER PRIMUS.

## CAPUT I.

*Literas Cæsar Fabius Consulibus tradit. Consules de Republ. referunt. L. Lentulus operam suum Senatui, et Reipublicæ sub conditione promittit: idem facit Scipio, cuius sententia a Pompejo manare creditur.*

**L**ite is a Fabio C. Cæsaris consulibus redditis, ægre ab iis impetratum est, summa tribunorum plebis contentione, ut in senatu recitarentur. Ut vero ex literis ad senatum referretur, impetrari non potuit. Referunt consules de Republica<sup>1</sup> in civitate. L. Lentulus consul Senatui, reique publicæ se non defuturum pollicetur, si audacter, ac fortiter sententias dicere velint: sin Cæsarem respiciant, atque ejus gratiam sequantur, ut superioribus fecerint temporibus, se sibi consilium capturum, neque senatus auctoritatî obtemeratur: habere se quoque ad Cæsaris gratiam, atque amicitiam receptum. In eamdem sententiam loquitur Scipio, Pompejo esse in animo, Reipublicæ non deesse, si senatus sequatur: sin cunctetur, atque agat lenius, nequidquam ejus auxilium, si postea velit, imploraturum. Hæc Scipionis oratio, quod senatus in

<sup>1</sup> *In civitate.) Multis hæc urbe potius dixisset, ut cap. 2. verba suspecta sunt, quasi a librario inserta, quia Cæsar in fret. 2. quod senatui extra urbem habito c. 3. et 6. oppositur.*

*urbe habebatur, 2 Pompejusque aderat, ex ipsius ore Pompeji mitti videbatur.*

*2 Pompejusque aderat.) Muretus V. l. I. l. x. extremo a. xl. erit: id est, ad urbem, legit: P. Victorius lib. III. ineunte abebat. Omnes tamen scripti, et olim editi aderat, hoc est, in proximo, sub mœnibus erat, ut Dio. Cassius libr. XLII. ineunte ait, ἐν τῷ προασθέτῳ, in suburbio.*

## CAPUT II.

*M. Marcellus, M. Calidius, M. Rufus leniores dicunt sententias, quam Lentulus. Plerique tamen coacti Lentuli conviciis, et Pompejanorum minis, Scipionis sententiam amplectuntur; quæ est, ut Cæsar exercitum dimittat, nisi velit hostis judicari. Tribuni intercedunt, de qua intercessione statim refertur.*

**D**ixerat aliquis leniorem sententiam, ut primo M. Marcellus ingressus in eam orationem, non oportere ante de Republica ad senatum referri, quam delectus tota Italia habiti, et exercitus conscripti essent: quo præsidio tuto, et libere senatus, quæ vellat, decernere auderet: ut M. Calidius, qui censebat, ut Pompejus in suas provincias proficisceretur, ne qua esset armorum causa: timere Cæsarem, abreptis ab eo 11. legionibus, ne ad ejus periculum reservare, et obrinere eas ad urbem Pompejus videretur: 3 ut M. Rufus, qui sententiam Calidii, paucis fere mutatis verbis, sequebatur. Ii omnes convincio L. Lentuli consulis corripi exagitabantur. Lentulus 4 sententiam Calidii pronuntiaturum se omnino negavit. Marcellus perterritus conviciis a sua sententia discessit. Sic vocibus consulilis, terrore præsentis exercitus, minis amicorum Pom-

*3 Ut M. Rufus.) M. Cælius Rufus, cuius est viri liber epistolarum inter Ciceronianas: et pro quo Ciceronis exstat oratio, pro Cælio inscripta.*

*4 Sententiam Cælii pronuntiaturum.) Consui singulas sen-*

*tentias rogabat: collectas postmodum simul pronuntiabat, ut appareret, num opus esset discussione. Omississe aliquando, quæ dispicebant, ex hoc ipso loco manifestum est.*

peji plerique compulsi , inviti , et coacti Scipionis sententiam sequntur . „Uti ante certam diem Cæsar exercitum dimittat : si non faciat , eum & adversus rem publicam facturum videri.“ Intercedunt M. Antonius , Q. Cassius , Tribuni pl. Refertur confestim de intercessione tribunorum : dicuntur sententiæ graves : ut quisque acerbissime , crudelissimeque dixit , ita quam maxime ab inimicis Cæsaris collaudatur .

<sup>5</sup> *Adversus rempubl. factum.* Cicero pro Mil. cap. 5. Sallust. Catil. cap. 50. seq. M. Cælius ad Cic. ep. 8. sect. 17. ex S.C.

### CAPUT III.

**Pompejus Senatores evocat , eosque confirmat . C. Curio Tribunos plebis ad jus Comitiorum evocat : omnes Cæsaris inimici in Senatum coguntur . Sententiis L. Pisonis , Roscii , et aliorum Scipio , et Cato cum aliis , privatis causis , resistunt .**

<sup>3</sup> **M**isso ad vesperum senatu , omnes , qui sunt ejus ordinis , a Pompejo <sup>6</sup> evocantur . Laudat promptos , atque in posterum confirmat , segnores castigat , atque incitat . Multi undique ex veteribus Pompeji exercitibus , <sup>7</sup> spe præmiorum , atque ordinum evocantur ; multi ex duabus legionibus , quæ sunt traditæ a Cæsare , arcessuntur . <sup>8</sup> Compleetur urbs . Ad jus comitiorum Tribb. pleb. C. Curio evocat . Omnes amici consulum , necessarii Pompeji , atque eorum , qui veteres inimicitias cum Cæsare gerebant , coguntur in senatum , quorum vocibus , et concursu terrentur infirmio-

<sup>6</sup> *Evocantur .*) Extra urbem ut senatus habeatur , ubi Pompejus erat , ut c. 5. infra sect. 6.

<sup>7</sup> *Spe ordinum .*) Ut ductores ordinum fierent ; aut si fuissent , ad superiores adscenderent ordines .

<sup>8</sup> *Compleetur urbs : ad jus co-*

*mitiorum tribunos .*) Urbs Militibus arcessitis completur . Cetera in mendo latent . Sensus fortasse : Curionem , qui paullo ante tribunus fuerat , novos tribunos admonuisse , quæ proximis comitiis data Cæsari fuerant .

res, dubii confirmantur; plerisque vero libere potestas decernendi eripitur. Pollicetur <sup>9</sup> L. Piso Censor, sese iturum ad Cæsarem, item L. Roscius Prætor, qui de his rebus eum doceant. vi. dies ad eam rem conficiendam spatii postulant. Dicuntur etiam a nonnullis sententia, ut legati ad Cæsarem mittantur, qui voluntatem senatus ei proponant. Omnibus his resistitur; <sup>4</sup> omnibusque oratio Consulis, Scipionis, Catonis opponitur. <sup>10</sup> Catonem veteres inimicitiae Cæsaris incitant, et <sup>11</sup> dolor repulsæ. Lentulus æris alieni magnitudine, et spe exercitus, ac provinciarum, et regum appellandorum largitionibus movetur: seque alterum fore Syllam, inter suos gloriatur, ad quem summa imperii redeat. Scipionem eadem spes provinciae, atque exercituum impellit, quos se pro necessitudine partitum cum Pompejo arbitratur: simul <sup>12</sup> judiciorum metus, adulatio, atque ostentatio sui, et potentium, qui in Republica, judiciisque tum plurimum pollebant. Ipse Pompejus ab inimicis Cæsaris incitatus, et quod <sup>13</sup> neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab ejus amicitia averterat, et cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ipse maximam partem illo affinitatis tempore adjunxerat Cæsari. Simul infamia <sup>11</sup>. legionum permotus, quas ab itinere Asiae, Syriaeque ad suam potentiam, dominatumque converterat, rem ad arma deduci studebat.

<sup>9</sup> L. Piso Censor.) Cum Ap. Claudio. Idem socer Cæsaris.

<sup>10</sup> Catonem veteres inimicitiae.) Iniquor hæc in Catonem censura videtur, reip. causa omnia agentem.

<sup>11</sup> Dolor repulsæ.) Quin æquo potius animo tulisse fertur. Consulatum una cum M. Marcello, et Ser. Sulpicio, ut invalescenti et Cæsaris, Pompeji potentiae resisteret, petierat,

sed impeditus ab utriusque amicis fuit Dio. Cass. XL. p. 147.

<sup>12</sup> Judiciorum metus.) Quia Scipio, Pompeji socer, de ambitu a Memmio lege Pompeji accusabatur. Appian. Civ. II. p. 729.

<sup>13</sup> Nominem secum exæquari.) Hoc plures Pompejo objiciunt, Vellejus II. 33. Lucanus I. 126. Flor. IV. sect. 14.

## CAPUT IV.

*Cæsaris propinquū prohibentur, eum de rerum statu monere. Tribunis pleb. intercessio eripitur. Consulibus, et reliquis magistratibus potestas cavendi datur, ne quid detrimenti Resp. patiatur. De Cæsarī imperio, de Tribunis pleb. gravissime decernit. Tribuni urbe egressi ad Cesarem, qui Ravennæ responsa exspectat, confugiunt.*

**H**is de causis aguntur omnia raptim, atque turbate; neque docendī Cæsarī propinquus ejus spatiū datur, nec tribunis plebis sui periculi deprecandi, neque etiam extremitati juris intercessione retinendī, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur; sed <sup>14</sup> de sua salute die vii. cogitare coguntur; quod illi turbulentissimi superioribus temporibus tribuni pl. <sup>15</sup> viii. denique mense suarum actionum respicere, ac timere consueverant. Decurritur <sup>16</sup> ad illud extremum, atque ultimum S. C. quo, nisi pene in ipso urbis incendio atque desperatione omnium salutis, latorum audacia, numquam ante discessum est: „Dent operam consules, prætores, tribuni pl. quique pro consulibus sunt ad urbem, ne quid resp. detrimenti espiat.“ Hæc S. C. perscribuntur ad vii. Id. Januarii. Itaque v. primis diebus, quibus haberi senatus potuit, qua ex die consularum initit Lentulus, <sup>17</sup> biduo excepto comitiali, et de imperio Cæsarī, et de amplissimis viris tribunis plebis gravissime, acerbissimeque decernit. Profugiunt statim ex urbe tribuni plebis, seseque ad Cæsarem conferunt. Is eo tempore erat Ravennæ, exspectabatque suis lenissimis

<sup>14</sup> *De sua salute die vii.)* Se-  
ptimo die, ex quo Lentulus con-  
sularum initit, fugere tribuni co-  
gebantur, post paullo sect. 14.

<sup>15</sup> *viii., denique mense re-  
spicere, ac timere.)* Mense comi-  
tierum consularium, ex quo  
designato consules tribuni ti-  
mere cooperant, quibus ratio-  
nem actorum déberent redire.

<sup>16</sup> *Ad illud extremum, atque*

*ultimum S. C.)* Livius III. 4. ul-  
timæ necessitatis formam vo-  
cat. Adi. Sallust. Catil. cap. 29.  
et Cic. r. Catil. cap. 2. ac no-  
strum mox cap. 5. sect. 7.

<sup>17</sup> *Biduo excepto comitiali.)*  
Quo senatus haberi non po-  
terat. Comitiales dies Maerobius  
i. Saturn. e. 16. devinit, quibus  
cum populo agi licet.

postulatis responsa, si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset.

## CAPUT V.

*Pompejus in senatu extra Urbem ea, quæ Scipio antea dixerat, agit. Exercitum se habere oit paratum, et alie- no in Cæsarem animo. Refertur de habendo delectu, de mittendo Fausto Sylla in Mauritiam, de pecunia Pompejo danda. Privati homines in provincias proficiscun- tur, habentes præter consuetudinem in urbe lictores. De- lectus habetur. Cæsor apud milites concionatur. Legio XIIII, injurias Cæsaris defensuram se pollicetur.*

**P**roximis diebus<sup>18</sup> habetur senatus extra urbem. Pompejus eadem illa, quæ per Scipionem ostenderat, agit; se- natus virtutem constantiamque collaudat: copias suas exponit; legiones haberet sese paratas x. Præterea cogni- tū, compertumque sibi, alieno esse animo in Cæsarem milites, neque iis posse persuaderi, ut eum defendant, aut sequantur. De reliquis rebus ad senatum referuntur; tota ut Italia delectus habeatur; Faustus<sup>19</sup> Sylla pro prætore in Mauritiam mittatur; pecunia ut ex ærario Pompejo de- tur. Refertur etiam de rége Juba, ut socius sit, atque a- micus. Marcellus vero passurum se in præsentia negat. De Fausto impedit Philippus tribunus plebis. De reliquis re- bus S. C. perscribuntur.<sup>20</sup> Provinciæ privatis decernun- tur; duæ consulaires, reliquæ prætoriae. Scipioni obvenit Syria: L. Domitio Gallia: <sup>21</sup> Philippus, et Marcellus

<sup>18</sup> Habetur senatus extra ur- bēm.) Extra urbem: quia Pompejo tamquam proconsuli non licebat intrare.

<sup>19</sup> Sylla pro prætore in Mauri- taniam.) Non in Jubæ regnum: quia de eo mos sect. 4. sepa- ratim agitur. An in Mauritiam propriam, ut reges ejus, Bo- chum, et Bogudem, a Cæsaria- nis partibus abstraheret? Vide H. Noris Cenotaph. Pisan. p. 236.

<sup>20</sup> Provinciæ primaria decer- nuntur.) Non ex prætura, aut

consulatu ut antea. Vide infra cap. 37. hujus lib. sect. 85.

<sup>21</sup> Philippus, et Marcellus.) Hi ambo consulares in sortito- ne provinciarum a Pompejanis prætereuntur: et L. Martius Philippus, quia Cæsaris adfinis, vitricus Octavianus. Suet. Aug. c. 8. Cur vero Marcellus? M. et C. infensi Cæsari. Quare Dionys Vossius *Marcellinus* le- git, quin Philippi collega Len- tulus Marcellinus fuit, quo anno Cicero ab exilio revertit.

privato consilio prætereuntur, neque eorum sortes dei-  
ciuntur. In reliquias provincias prætores mittontur, neque  
spectant, quod superioribus annis acciderat, ut de eorum  
imperio ad populum referatur; <sup>22</sup> paludatique, votis nun-  
cupatis, exeunt. Consules, quod ante id tempus acciderat  
numquam, ex urbe proficiscuntur; lictoresque habent in  
urbe, et Capitolio privati, contra omnia vetustatis exem-  
pla. Tota Italia delectus habetur, arma imperantur, pe-  
cuniæ a municipiis exiguntur, et e fanis tolluntur, omnia  
7 divina, et humana jura permiscentur. Quibus rebus co-  
gnitis, Cæsar apud milites concionatur, „omnium tem-  
porum injurias inimicorum in se commemorat, a quibus  
diductum, et depravatum Pompejum queritur, invidia  
atque obrectatione laudis suæ, cuius ipse honor, et di-  
gnitati semper faverit, adiutorque fuerit. Novum in Re-  
publica introductum exemplum queritur, <sup>23</sup> ut tribunitia  
intercessio armis notaretur, atque opprimeretur, quæ  
superioribus annis esset restituta. Syllam, nudata omni-  
bus rebus tribunitia potestate, tamen intercessionem li-  
beram reliquisse. <sup>24</sup> Pompejum, qui amissam restituisse  
videatur, bona etiam, quæ ante habuerat, ademisse: quo-  
tiescumque sit decretum: *DARENT MAGISTRATUS OPERAM, NE QUID RESP, DETRIMENTI CAPERET,* (qua voce, et quo Senatuscon-  
sulto Populus Romanus ad arma sit vocatus) factum in  
perniciosis legibus, in vi tribunitia, in secessione populi,  
temporis, locisque editioribus occupatis; (atque hæc supe-  
rioris ætatis exempla expiata <sup>25</sup> Saturnini, atque Graccho-

<sup>22</sup> *Paludatique, votis nuncupatis.*) Hinc ritum notes e' eu-  
tium in provincias. De paluda-  
tis Cic. xv. ep. xvii. et 19. At-  
tic. ep. xiii. De votis, et aliis  
sacris in capitolio ante exitum  
factis. Plin. Paneg. cap. 5. ubi  
de more ita fieri dicit.

<sup>23</sup> *Trib. intercessio armis no-  
taretur.*) Tributorum pl. jus in-  
tercedendi vi, et armis cohiber-  
etur, eique quasi inureretur  
nota.

<sup>24</sup> *Pompejum, qui amissam  
restituisse.*) Sallust. Catil. cap.  
38. Cn. Pompejo, et M. Crasso  
Coss. tribunitia potestas resti-  
tuta est. Adi Asconium in Di-  
vination. p. 19.

*DARENT MAGISTRATUS OPE-  
RAM.*) De hac formula paullo  
ante dictum ad cap. 4. sect. 5.

<sup>25</sup> *Saturnini, atque Gracbo-  
rum.*) Vide Florum lib. III. 14.  
15. 16.

sum casibus docet ) quarum rerum illo tempore nihil factum, ne cogitatum quidem; nulla lex promulgata; non cum populo agi cœptum; nulla secessio facta. Hortatur, cuius Imperatoris ductu ix. annis Rempublicani felicissime gesserint, plurimaque prælia secunda fecerint, omniaem Galliam, <sup>26</sup> Germaniamque pacaverint, ut ejus existimationem, dignitatemque ab inimicis defendant. Conclamant legionis xiii., quæ aderat, milites, (hanc enim initio tumultus evocaverat, reliquæ nondum convenierant) sese paratos esse Imperatoris sui, Tribunorumque plebis injurias defendere.

<sup>26</sup> Germaniamque.) Hanc terrore, Galliam armis,

## CAPUT VI.

Cæsar Ariminum cum legione petit, reliquis legionibus subsequi jussis. Eodem L. Cæsar proficiscitur, Pompejum apud Cæsarem excusaturus. Idem facit Roscius prætor. Cum utrisque Cæsar postulata sua ad Pompejum deferenda communicat.

**C**ognita militum voluntate, Ariminum cum ea legione proficiscitur, ibique <sup>27</sup> Tribunos plebis, qui ad eum confugerant, convenit: reliquas legiones ex hibernis evocat, et subsequi jubet. Eo L. Cæsar adolescens venit, cuius pater Cæsar erat legatus. Is, reliquo sermone confecto, cuius rei causa veterat, habere se a Pompejo ad eum privati officii mandata demonstrat: „velle Pompejum se Cæsari purgatum: ne ea, quæ Republicæ causa egerit, in suam contumeliam vertat; semper se Republicæ commoda <sup>28</sup> privatis necessitatibus habuisse potiora; Cæsarem quoque pro sua dignitate debere et studium, et iracundiam suam Republicæ dimittere, neque adeo graviter irasci inimicis, ne cum illis nocere sé speret, Republicæ

<sup>27</sup> Tribb. pl. qui ad eum confugerant.) Vide supra sect. 2. et 5.

vet, cod. Venet, et alii: Gryph. et Basil, necessitatibus, quo alterum explicandum est.

<sup>28</sup> Privatis necessitatibus.) Sic

noceat. „Pauca ejusdem generis addit, cum excusatione Pompeji conjuncta.<sup>29</sup> Eadem fere, atque iisdem diebus prætor Roscius agit cum Cæsare, sibique Pompejum commemorasse demonstrat. Quæ res etsi nihil ad levandas injurias pertinere videbantur; tamen idoneos nactus homines, per quos ea, quæ vellet, ad eum perferrentur, petit ab utroque, quoniam Pompeji mandata ad se detulerint, ne graventur sua quoque ad eum postulata deferre, si parvo labore magnas controversias tollere, atque omnem Italiam metu liberare possent: „Sibi semper Reipublicæ primam fuisse dignitatem, vitaque potiorem; doluisse se, quod Populus Rom. beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur, ereproque semestri imperio, in urbem retraheretur; cujus absentis rationem habere proximis comitiis populus jussisset: tamen hanc honoris jacturam sui Reipublicæ causa æquo animo tulisse: cum literas ad senatum miserit, ut omnes ab exercitibus discederent, ne id quidem impetravisse: tota Italia delectus haberet, retinere legiones II., quæ ab se simularione Parthici belli sint abductæ: civitatem esse in armis. Quoniam haec omnia, nisi ad suam perniciem pertinere? sed tamen ad omnia se descendere paratum, atque omnia pati Reipublicæ causa. Proficiscatur Pompejus in suas provincias: ipsi exercitus dimittant, discedant in Italia omnes ab armis, metus e civitate tollatur: libera comitia, atque omnis Respubl. Senatus, Populoque Romano permittatur. Haec quo facilius, certisque conditionibus fiant, et jure jurando sanciantur, aut ipse propius accedat, aut se patitur accedere. Fore, ut per colloquia omnes controversiæ componantur.“

<sup>29</sup> Eadem fere, atque iisdem (Vulgo, eadem f. atq. eisdem diebus.) Philippi Rubeni emendatio est, quam Vossius probat.

## CAPUT VII.

Roscius, et L. Cæsar Consulibus Caput existentibus Cæsaris postulata renuntiavit. Consules mandata sua in scriptis Cæsari per eosdem remittunt. Consulum conditiones iuquæ putantur. Cæsar M. Antonium Aretium cum quinque cohortibus mittit, et ibi delectum habet; mittit ad oppidum Ignibium Curionem, ex quo advenit Thermus prætor profugit; item ex oppido Arimino Auctius Varus; sed, in sequentibus Cæsarianis, commissario prælio, a suis deseriturs.

Aceptis mandatis, Roscius cum L. Cæsare Caput pervenit, ibique consules, Pompejumque invicit. Postulata Cæsaris renuntiat. Ibi re deliberata respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt, quorum hæc erat summa: „Cæsar in Galliam revertetur, Arimino excederet, exercitus diuitteret. Quæ si fecisset, Pompejum in Hispanias iturum. Interea, quoad fides esset data, Cæsarem facturum, quæ polliceretur, non intermissuros Consules, Pompejumque delectus.“ Erat iniqua conditio postulare, ut Cæsar Arimino excederet, atque in provinciam revertetur; ipsum et provincias, et regiones alienas tenere: exercitum Cæsaris velle dimitti; delectus habere: polliceri, se in provincian iturum, neque ante quem diem iturus sit, definire: ut, si peracto Cæsaris consulatu, Pompejus profectus non esset, nulla tamen mendacii religione obstrictus videretur. Tempus vero colloquio non dare, neque accessorum polliceri, magnam pacis desperationem affrebat. Itaque ab Arimino M. Antonium cum cohortibus v. Aretium mittit; ipse Arimini cum 11 legionibus subsistit, ibique delectum habere instituit. Pisaurum

<sup>30</sup> Ab Arimino. ) Expressa præpositione: sicut lib. 1. de B. Gall. cap. 4. sect. 7. ad Genesum pervenit: et lib. vii. cap. 22. sect. 58. ad Lutetiam iter facere incipit. Et Ser. Sulpicius ad Cic.

iv. epist. xii. ab Epidauro, et post paulo, ut ab Atbenis in Baotiam irem. Municipia autem Umbriæ, Etruriæ, Piceni, quæ hic memorantur, in tabula Italæ exhibemus.

- 32 Fanum, Anconam singulis cohortibus occupat. Interea certior factus, Igubium Thermum prætorem cohortibus v. tenere, oppidum muniri, omniumque esse Iguvinorum optimam erga se voluntatem: Curionem cum 311 cohortibus, quas Pisauri, Et Arimini habebat, mittit. Cujus adventu cognito, diffusis municipij voluntati Thermus cohortes ex urbe educit, et profugit; milites in itinere ab eo discedunt, ac domum revertuntur. Curio, omnium summa voluntate, Igubium recipit. Quibus rebus cognitis, confisus municipiorum voluntatibus Cæsar, cohortes legionis XIII. ex præsidii deducit, Auximumque proficiscitur; quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumque toto  
 33 Piceno, circummissis senatoribus, habebat. Adventu Cæsaris cognito, Decuriones Auximi 3<sup>r</sup> ad Actium Varum frequentes convenienti: docent, „sui judicij rem non esse; neque se, neque reliquos municipes pati posse, C. Cæsarem imperatorem bene de Republica meritum, tantis rebus gestis oppido, moenibusque prohiberi: 32 proinde habeat rationem posteritatis, et periculi sui.“ Quorum oratione permotus Actius Varus, præsidium, quod introduxerat, ex oppido edducit, et profugit. Hunc ex primo ordine pauci Cæsaris consecuti milites, consistere cogunt, commissoque prælio deseritur a suis Varus; nonnulla pars militum domum discedit: reliqui ad Cæsarem perveniunt: atque una cum iis deprehensus L. Pupius primipili centurio adducitur, qui hunc eumdem ordinem in exercitu Cn. Pompeji ante duxerat. At Cæsar milites Aciianos collaudat; Pupium dimittit, Auximatibus agit gratias, seque eorum facti memorem fore pollicetur.

<sup>31</sup> Ad Actium Varum.) Vide titut. Cic. Tuscul. I. extr. optimus quisque maxime posteritati servit. Non ergo causa fuit, cur Rubenius potestatis mallet D. Voss.

<sup>32</sup> Proinde habeat rationem posteritatis.) Famæ consulat, quæ sola ad posteros transmit-

## CAPUT VIII.

*Magnus terror in urbe ortus. Lentulus, nuntiato falso Cæsaris adventu, ex urbe fugit, una cum Marcello. Pompejus ad legiones in Apulia biemantes iter habet. Capuae delectus habetur. Cæsar Picenum agrum percurrit, ad quem ex omnibus regionibus Legati veniunt. Lentulus Spinther, cognito Cæsaris adventu, ex oppido Asculo fugiens, Vibullium Rufum offendit, cui rem apperit. Is, cohortibus coactis, ad Domitium Abenobarbum proficiscitur. Cæsar Corfinium petit. Domitius auxilium a Pompejo contra Cæsarem poscit.*

**Q**uibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror invasit, ut, cum Lentulus consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniam Pompejo ex Senatusconsulto proferendam, protinus, <sup>33</sup> aperto sanctiore ærario, ex urbe profugeret. Cæsar enim adventare, jam jamque adesse ejus equites falso nuntiabantur. Hunc Marcellus collega, et plerique magistratus consecuti sunt. Cn. Pompejus pridie ejus diei ex urbe profectus iter ad legiones habebat, quas a Cæsare acceptas in Apulia hibernorum causa disposuerat. Delectus intra urbem intermittuntur. Nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur. Capuae primum sese confirmant, et colligunt, delectumque colonorum, qui legge Julia Capuam deducti erant, habere instituunt, gladiatoresque, <sup>34</sup> quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit, et se sequi jussit: quos postea munitus a suis, quod ea res omnium judicio reprehendebatur, <sup>35</sup> circumfamilias conventus Campani, custodiæ causa distribuit.

<sup>33</sup> Aperito sanctiore ærario.) Claustrum fuisse, et a Cæsare effractum, alii omnes. Servitergo famæ Cæsar, ut invidiam declinet. Sic Vossius conciliat: durius Rubenius Elect. l. 24.

<sup>34</sup> Quos ibi Cæsar in ludo habebat. Loco, quo gladiatores a lanista docebantur. Suetonius Cæs. 26. in ludo per lanistas

erudiri: et cap. 31. ludum gladiatorium ædificare.

<sup>35</sup> Circumfamilias convenient Campani.) Ph. Rubenius Elect. l. 8. restituit: quod et Dion. Vossio placebat, et Joann. Fr. Gronovio Observ. iii. 22. Alii familiares conventus Campaniae.

15 Auximo Cæsar progressus, omnem agrum Picenum percurrit. Cunctæ<sup>36</sup> earum regionum præfecturæ libertissimis animis eum recipiunt; exercitumque ejus omnibus rebus juvant. Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia ædificaverat, ad eum legati veniunt, quæque imperarit, sese cupidissime facturos pollicentur. Milites imperat; mittunt. Interea legio xii. Cæsarem consequitur; cum his 11. Asculum Picenuni proficiscitur. Id oppidum Lentulus Spinther x. cohortibus tenebat: qui, Cæsaris adventu cognito, profugit ex oppido, conortesque secum abducere conatus, a magna parte militum deseritar. Relictus in itinere cum paucis, incidit in Vibullium Rufum, missum a Pompejo in agrum Picenum, confirmandorum nominum causa. A quo factus Vibullius certior, quæ res in Piceno gererentur, milites ab eo accipit, ipsum dimitit. Item ex finitimis regionibus, quas potest, contrahit cohortes ex delectibus Pompejanis. In iis Camerino fugientem Ulcilem Hirum, cum vi. cohortibus, quas ibi præsidio habuerat, excipit, quibus coactis, xiiii. efficit. Cum iis ad Domitium Ahenobarbum Corfinium magnis itineribus pervenit, Cæsaremque adesse cum legionibus 11. nuntiat. Domitius per se circiter xx.<sup>37</sup> cohortes ex Alba, et Marsis, et Pelignis, et finitimis ab regionibus cægerat.<sup>38</sup> Recepto Asculo, expulsoque Lentulo, Cæsar conquiri milites, qui ab eo discesserant, delectumque institui jubet. Ipse uniuersi diem ibi rei frumentariæ causamoratus, Corfinium contendit. Eo cum venisset, cohortes v. præmissæ a Domitio ex oppido<sup>39</sup> pontem fluminis interrumpabant, qui erat ab oppido millia passuum circiter 111. Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso, celeriter Domitianis a ponte repulsi, se in oppidum receperunt. Cæsar legionibus transductis, ad oppidum

<sup>36</sup> Earum regionum præfecturæ. Oppida præfecturæ, a coloniis, et municipiis diversa, et duriori quam illa, condithone ac fortuna: quæ nominarim Festus in hac voce plurima recenset.

<sup>37</sup> Cohortes ex Alba. Ex Alba Fucenti, sive ad Fucinum lacum

sita. Veteres libri ex appositorum habent, quod negligunt recentes. At illud solenne Cæsari. Vide supra dicta ad cap. 7. sect. XI.

<sup>38</sup> Recepto Asculo. Tria MSS. et v. c. veneti recepto Firmo.

<sup>39</sup> Pontem fluminis. Aterna.

constitit, justaque murum castra posuit. Re cognita, <sup>17</sup> Do mitius ad Pompejum in Apuliam peritos regionum, magno proposito præmio, cum literis mittit, qui petant, atque orient, ut sibi subveniat: Cæsarem duobus exercitibus, et locorum angustiis facile intercludi posse, siumentoque prohiberi. Quod nisi fecerit, se, cobortesque amplius xxx, magnu[m]que numerum senatorum atque equitum Romano[r]um in periculum esse venturum.<sup>40</sup> Interim suos cohortatus, tormenta in muris disponit, certasque cuique partes ad custodiā urb[is] attribuit; militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur, quaterna in singulos jugea, et pro rata parte <sup>40</sup> centurionibus, evoca:isque.

<sup>40</sup> Centurionibus, evocatirque.) tiam: et quia exercitati erant, Evocati e[st]ant milites, qui perfuncti olim stipendiis, in periculo reip[ublice], rogatione magis, quam imperio, evocabantur in mili- ex iis sa[ecul]e fiebant ordinum du- ctores. Hinc h. l. cum centurionibus conjuneti; et Glossa, *Taξιαρχος*, evocatus.

## CAPUT IX.

*Sulmonenses gratulabundi M. Antonium ad eos a Cæsare missum in oppidum excipiunt. Actius Pelignus ad Cæsarem mittitur, ad quem magna ex variis partibus copiae se conferant. Pompeji literæ ad Domitium, qui clam fugam meditatur. Demum hujus consilium detegitur.*

**I**nterim Cæsari nuntiatur, Sulmonenses (quod oppidum a Corficio viii. millium intervallo abest) cupere ea facere, quæ vellet, sed a Q. Lucretio senatore et Actio Peligno prohiberi, qui id oppidum vii cohortium præsidio tenebat. Mittit eo <sup>41</sup> M. Antonium cum legionis xiii. cohortibus v. Sulmonenses, simul atque nostra signa viderunt, portas aperuerunt, universique et oppidan[i], et milites obviam gratulantes Antonio exierunt.. Lucretius, et Actius de muro se dejecerunt. Actius ad Antonium deductus petit, ut ad Cæsarem mitereturi Antonius cum cohortibus, et Actio eo-

<sup>41</sup> M. Antonium cum legionibus quia octava legio postea super- viii.) sic Vossius, Ursin. xxi. venit, sect. 3. Vulgatum viii., quod falso,

dem die, quo profectus erat, revertitur. Cæsareas cohortes cum exercitu suo conjunxit, Actiumque incolument dimisit. Cæsar tribus primis diebus castra magnis operibus muniri, et ex finitimis municipiis frumentum comportare, reliquaque copias exspectare instituit. Eo triduo legio viii. ad eum venit, cohortesque ex novis Galliæ delectibus xxii. equitesque <sup>42</sup> a rege Norico circiter ccc. quorum adventu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. Iis castris Curionem præfecit. Reliquis diebus oppidum vallo, castellisque circummu-niri instituit, cuius operis maxima parte effecta, eo-  
19 dem fere tempore missi ad Pompejum revertuntur. Li-teris perfectis, Domitius dissimulans in consilio pro-nuntiat, Pompejum celeriter subsidio venturum; hortaturque eos, ne animo deficiant, quæque usui ad defen-dendum oppidum sint, parent. Ipse arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur, consiliumque fugæ cape-re constituit. Cum vultus Domitii cum oratione non consentiret, atque omnia trepidantius, timidiusque age-ret, quam superioribus diebus consuessedet, multumque <sup>43</sup> cum suis consiliandi causa secreto præter consuetu-dine colloqueretur, concilia, conventusque hominum fugere: res diutius tegi, dissimularique non potuit. Pompejus enim rescripserat, „sese rem in summum periculum deducturum non esse, neque suo consilio, aut voluntate Domitium se in oppidum Corfinium contu-lisse. Proinde, si qua facultas fuisset, ad se cum o-mnibus copiis veniret.“ Id ne fieri posset, obsidione, at-que oppidi circummunitione fiebat.

<sup>42</sup> A rege Norico.) Lib. I. B. Gall. cap. 24. sect. 53. quemdam Noricorum regem vocavit Votionem, cuius soror Ariovisto nupserat: sed incertum, an hic idem sit.

<sup>43</sup> Cum suis conciliandi cau-sa.) Ita membranæ Carrarienses. Bruto teste: et Ciacconii co-dex, et Færni. Vetus Bononiæ Travisiæ consultandi, quo plu-res receperunt hoc loco, et in-

fra cap. 73. fugerim. autem et Montanus, et Goduinus consiliandi. Nec rejiculum hoc verbum, sicut Th. Ryckius censet ad Tac. H. 53. II. ne Latinum quidem esse, quod Ciceroni ad Attic. xv. epist. ix. Grut. Græv. et Gronov. tribuunt, et Horatio 111. od 111. ad A. P. v. 296. tam codices, quam interpretes veruti vindicant: unde consilia-tor est Plini lib. IV. ep. XVI. I.

## CAPUT X.

Milites secessionem faciunt, inter quos inde contentio oritur. Domitius a militibus circumsistitur, et ab eisdem legati ad Cæsarem mittuntur. Hic cum Cæsar's mandatis in oppidum revertuntur. Rerum eventus ab omnibus exspectatur.

**D**ivulgato Domitii consilio, milites, qui erant Corfinii, prima vespera secessionem faciunt, atque ita inter se per tribunos militum, centurionesque, atque honestissimos sui generis colloquuntur; "obsideri se a Cæsare; opera, munitionesque prope esse perfectas; ducem suum Domitium, cujas spe, atque fiducia permanserint, projectis omnibus, fugæ consilium capere: debere se suæ salutis rationem habere." Ab his primo Marti dissentire incipiunt, eamque oppidi partem, quæ munitissima videretur, occupant; tanta-que inter eos dissensio exstitit, ut manum conserere, atque armis dimicare conarentur. Post paulo tamen, internuntiis ultro citroque missis, quæ ignorabant, de L. Domitii fuga cognoscunt. Itaque omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt, et custodiunt, legatosque ex suo numero ad Cæsarem mittunt: sese paratos esse portas aperire, quæque imperaverit, facere, et L. Domitium vivum in ejus potestatem tradere. Quibus rebus cognitis Cæsar, etsi magni interesse arbitrabatur, quamprimum oppido potiri, cohortesque ad se in castra transducere, ne qua aut largitionibus, aut animi confirmatione, aut falsis muni-<sup>20</sup> tiis commutatio fieret voluntatis, quod sepe in bello parvis momentis magni casus intercederent; tamen veritus, ne militum introitu, et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, eos, qui venerant, collaudat, atque in oppidum dimittit: portas, murosque asservari jubet. Ipse lis operibus, que facere instituerat, milites disponit, non certis spatiis intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo, sed perpetuis vigiliis, stationibusque, ut contingent inter se, atque omnem

munitionem expleant: tribunos militum, et præfectos circummittit, atque hortatur, non solum ab eruptionibus caveant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus asservent. Neque vero tam remisso, ac languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit. Tanta erat summa rerum exspectatio, ut nullus in aliam partem mente, atque animo traheretur, quid ipsis Corfiniensibus, quid Domitio, quid Lentulo, quid reliquis accideret, qui quosque eventus exciperet.

## CAPUT XI.

*Lentulus Spinther ex oppido, facta potestate, egres-  
sus, de sua salute cum Cæsure agit, inde  
revertitur.*

Quarta vigilia circiter Lentulus Spinther de muro cum vigiliis, custodibusque nostris colloquitur, velle, si sibi fiat potestas, Cæsarem convenire. Facta potestate, ex oppido mittitur, neque ab eo prius Domitiani milites discedunt, quam in conspectum Cæsaris ducatur. Cum eo de salute sua agit, orat, atque obsecrat, sibi ut parcat, veteremque amicitiam commemorat, Cæsar risque in se beneficia exponit, quæ erant maxima; quod per eum in collegium pontificum venerat; quod provinciani Hispaniam ex prætura habuerat; quod in petitione consulatus ab eo erat sublevatus. Cujus orationem Cæsar interpellat, se non maleficii causa ex provincia eggressum, sed uti se a contumeliis inimicorum defendere: ut tribunos plebis ea re ex civitate expulsos, ad suam dignitatem restitueret: ut se, et populum Romanum, paucorum factione oppressum, in libertatem vindicaret., Cujus oratione confirmatus Lentulus, ut in oppidum reverti liceat, petit: quod de sua salute impetraverit, fore etiam reliquis <sup>44</sup> ad suam

44 Ad suam spem solatio.) Goduinus tantum subdidit, accusativum suam esse cum syllabica adjectione. At Vett. codd. Venet. Basil. et Griph. ad suam spem solatio. Ciacconii conjectura est: ad suam spem (salutem) spci, et solatio.

spem solatio. Adeo esse perterritos nonnullos, ut suæ vi-  
tæ durius consulere cogantur. Facta potestate, discedit.

## CAPUT XII.

*Cæsar Senatores, Tribunos, Equites Romanos convocat, eosque alloquitur. Aurum, quod ad eum allatum fuerat, Domitio reddit. Domitiani milites, dicto sacramento, cum Cæsare in Apuliam proficiscuntur. Pompejus Canusium, inde Brundusium petit, delectum habet. Nonnulli deficiunt ad Cæsarem, qui Cn. Magium præfetum fabrum cum mandatis ad Pompejum remittit.*

**C**æsar, ubi illuxit, omnes senatores, senatorumque <sup>23</sup> liberos, tribunos militum, equitesque Romanos ad se produci jubet. Erant senatorii ordinis L. Domitius, et P. Lentulus Spinther, L. Vibullius Rufus, Sext. Quintilius Varus quæstor, L. Rubrius; præterea filius Domitii, aliquique complures adolescentes, et magnus numerus equitum Romanorum, et Decurionum, quos ex municipiis Domitius evocaverat. Hos omnes productos a contumelii militum, conviciisque prohibet: pauca apud eos loquitur, quod sibi a parte eorum gratia relata non sit pro suis in eos maximis beneficiis; dimittit omnes incolumes. <sup>45</sup> Sextertium sexagies, quod aurum adduxerat Domitius, atque in publicum deposuerat, allatum ad se ab <sup>11.</sup> viris Corfiniensibus Domitio reddit, ne continentior in vita hominum, quam in pecunia fuisse videatur; etsi eam pecuniam publicam esse constabat, datamque a Pompejo in stipendum. Milites Domitanos <sup>46</sup> sacramentum apud se dicere jubet: atque eo die castra movet, justumque iter conficit, <sup>vii.</sup> omnino dies ad Corfinium commoratus, et per fines <sup>47</sup> Marrucinorum, Fren-

<sup>45</sup> *Sextertium sexagies.) CL. millia uncialium nummorum.*

<sup>46</sup> *Sacramentum apud se dicere.) In sua Cæsaris verba jure. Dicimus sacramentum dicere, et sacramento dicere, ut infra cap. 37. sect. 86.*

<sup>47</sup> *Marrucinorum, Frenta-*

*norum.)* Hos populos in Tabula nostra Italæ quæras. Maie quidam libri Ferentinorum: pejus alii Ferentinorum, qui in Latio erant. Frentani autem inter Marrucinos sunt et Apulos: Larinates a municipio Frentanorum Latine dicti.

tanorum, Larinatum in Apuliam pervenit. Pompejus, iis rebus cognitis, quæ erant ad Corfinium gestæ, Luce-  
ria proficiscitur Canusium, atque inde Brundusium. Co-  
pias undique omnes ex novis delectibus ad se cogi jubet.  
Servos, pastores armat; atque his equos attribuit. Ex iis  
circiter ccc. equites conficit. L. Manlius prætor Alba cum  
cohortibus vi. profugit: Rutilus Lupus prætor Tarracina  
cum iii., quæ procul equitatum Cæsaris conspicatae, cuī  
præerat Bivius Curius, relicto prætore, signa ad Curium  
transferunt, atque ad eum transeunt. Item reliquis iti-  
neribus nonnullæ cohortes in agmen Cæsaris, aliæ in  
equites incident. Reducitur ad eum deprehensus ex iti-  
nere <sup>48</sup> Cn. Magius Cremona præfectus fabrūm Cn. Pompeji, quem Cæsar ad eum remittit cum mandatis; "quo-  
niam ad id tempus facultas colloquendi non fuerit, at-  
que ad se Brundusium sit venturus, interesse Reipubli-  
cæ, et communis salutis se cum Pompejo colloqui: neque  
vero idem perficit longo itineris spatio, cum per alios  
conditiones ferantur, ac si coram de omnibus conditio-  
nibus disceptetur.,"

<sup>48</sup> *Cn. Magius Cremona.*) ferendi casu. Vide deinde simi-  
Cremona, patriæ nomen, au- lia lib. iii. ineunte.

## C A P U T XIII.

*Cæsar Brundusium petit, ubi Pompejus commoratur; en-  
de Brundisini portus aditum impedit; fit aliqua pugna.  
Cæsar Canium Rebium ad Scribonium Libonem mittit,  
ut cum Pompejo de pace ille agat; sed nihil  
concluditur.*

**H**is datis mandatis, Brundusium cum legionibus vi.  
pervenit, <sup>49</sup> veteranis iii. reliquis, quas ex novo delectu  
confecerat, atque in itinere compleverat. Domitianas e-  
nim cohortes protinus a Corfinio in Siciliam miserat. Re-  
perit consules Dyrrhachium profectos cum magna parte  
exercitus, Pompejum remanere Brundusii cum cohorti-

<sup>49</sup> *Veteranis iii. reliquis.*) viii. reliquis in itinere con-  
sic in MSS. optimè notæ: ve- scriptis, Itidem tribus, ut flant  
teranis legionibus viii. XII. vi. Vide D. Voss.

bus xx. Neque certum inveniri poterat, obtinendine causa Brundusii ibi remansisset, quod facilius omne Hadriaticum mare, extremis Italæ partibus, regionibusque Græciæ, <sup>50</sup> in potestatem haberet, atque ex utraque parte bellum administrare posset; an inopia navium ibi restitisset: veritusque, ne Italiam ille dimittendam non existimaret, exitus, administrationesque Brundisini portus impedire instituit: quorum operum hæc erat ratio. "Qua fauces erant angustissimæ portus, molem, atque aggerem ab utraque parte litoris jaciebat, quod his locis erat mare vadosum. Longius progressus, cum agger altiore aqua contineri non posset, rates duplices quoquoversus pendum xxx. e regione molis collocabat. Has quaternis anchoris ex quatuor angulis distinebat, ne fluctibus moverentur. His perfectis, collocatisque, alias deinceps pari magnitudine rates jungebat. Has terra, atque aggere congebat, ne aditus, atque incursus ad defendendum impediretur: a fronte, atque ab utroque latere <sup>51</sup> cratibus, ac pluteis protegebat. In quarta quaque earum tærres binorum tabulatorum excitabat; quo commodius ab impetu navium, incendiisque defenderet." Contra hæc Pompejus naves magnas onerarias, quas <sup>26</sup> in portu Brundisino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat, easque multis tormentis, et omni genere telorum completas, ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrumperet, atque opera disturbaret. Sic quotidie utrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Atque hæc ita Cæsar administrabat, ut conditiones pacis dimittendas non existinaret; ac tametsi magnopere admirabatur, Magium, quem ad Pompejum cum man-

<sup>50</sup> In potestatem habere.) Sic optimi libri. Et Salustius Jurgurth. cap. 112. cum talem virum in potestatem habuisset. Et Livius XVIII. , 25. magistrum equitum, ne hostem vide-ret, ne quid rei bellicæ videret, prope in custodiā habitum.

Ciceronis nota formula ex Mæniana cap. 12. in prædonum fuisse potestatem, quam Gellius 1. 7. tuerit, et Livius II. 14. imitatur, quæ ne in potestatem quidem populi Romani esset.

<sup>51</sup> Cratibus, ac pluteis.) Sæc. lib. VII. cap. II. sect. 25.

datis miserat, ad se non remitti; atque ea res sæpe tentata etsi impetus ejus, consiliaque tardabat, tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat. Itaque Caninium Rebilum legatum, familiarem, necessariumque Scribonii Libonis, mittit ad eum colloqui causa; mandat, ut Libonem de concilianda pace hortetur: in primis, ut ipse cum Pompejo colloqueretur, postulat. Magnopere sese confidere demonstrat, si ejus rei sit potestas facta, fore, ut æquis conditionibus ab armis discedatur: cuius rei magnam partem laudis, atque existimationis ad Libonem per venturam, si illo auctore, atque agente, ab armis sit discessum. Libo ad Pompejos proficiscitur. Paulo post renuntiat, "quod consules absint, sine illis de compositione agi non posset." Ita sæpius rem frustra tentatam Cæsar aliquando dimittendam sibi judicabat, et de bello agendum.

## CAPUT XIV.

*Pompejus, adventantibus Brundusium consulum navibus, profectionem parat. Cæsariani milites oppidi murum ascendunt. Cæsar in Hispaniam proficiisci constituit, cuius jussu Valerius Legatus Sardiniam, Curio proprætor Siciliam petit. Cota ex oppido a Caralitanis ejectus in Africam fugit. Cato de Pompejo queritur, et Siciliam deserit.*

27 **P**rope dimidia parte operis a Cæsare effecta, diebusque in ea re consumptis ix., naves a consulibus Dyr rhachio remissæ, quæ priorem partem exercitus eo deportaverant, Brundusium revertuntur. Pompejus si ve operibus Cæsaris permotus, sive etiam quod ab initio Italia excedere constituerat, adventu navium profectionem parare incipit: et, quo facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent, portas obstruit, vicos, plateasque inædificat, fosas transversas viis præducit, atque ibi sudes, stipitesque præacutos defigit. Hæc levibus cratibus, terraque inæquat. Aditus aurem, atque itinera duo, quæ extra murum ad portum ferebant, maximis defixis trabi-

bus, atque eis præacutis, præsepit. His paratis rebus, milites silentio naves concendere jubet; <sup>52</sup> expeditos autem ex evocatis sagittariis, funditoribusque, raros in muro, turribusque disponit. Hos certo signo revocare constituit, cum omnes milites naves concendissent; atque iis expedito loco actuaria navigia relinquit. Brundusini Pompejanorum militum injuriis, atque ipsius Pompeji contumeliis permoti, Cæsar's rebus favebant. Itaque, cognita Pompeji profectione, concursantibus illis, atque in ea re occupatis, vulgo ex tectis significabant: per quos re cognita, Cæsar scalas parari, militesque armari jubet, ne quam rei gerendæ facultatem dimitiat. Pompejus sub noctem naves solvit. Qui erant in muro custodiae causa colloctati, eo signo, quod convenerat, revocantur; notisque itineribus ad naves decurrunt. Milites, positis scalis, muros ascendunt. Sed moniti a Brundusinis, ut <sup>53</sup> vallum cæcum, fossasque caveant, subsistunt, et longo itinere ab iis circumducti ad portum perveniunt; duasque naves cum militibus, quæ ad moles Cæsar's adhæserant, scaphis, lintribusque <sup>54</sup> deprehensas excipiunt. Cæsar etsi ad spem conficiendi negotii maxime probabat coactis navibus mare transire, et Pompejum sequi, prius quam ille sese transmarinis auxiliis confirmaret, tamen rei ejus moram, temporisque longinquitatem timebat, quod, omnibus coactis navibus, Pompejus præsentem facultatem insequendi sui ademerat. Relinquebatur, ut ex longinquioribus regionibus Galliæ, Picenique, et a freto naves essent ex-

<sup>52</sup> *Expeditos ex evocatis sagittariis.*) Vide supra cap. 8. sect. 17. Gregaril hi sunt, non ductores, ut Glossæ, Evocatus, ταξ αρχος, quod non est perpetuum.

<sup>53</sup> *Vallum cæcum, fossasque.*) Cæcum est tectum, seu quod non videtur. At vallum eminentia sua conspicuum. Aut ergo valli et stipites acuti sunt, ramis et gramine concteti: aut vallum ripa fossæ, stipitibus

hujusmodi præmunita.

<sup>54</sup> *Déprehensas excipiunt.*) Sic vetusti codices sine præpositione, Manutio, et Ursino testantibus, quod hic magis Cæsarianum censet. Alii deprehensasque. Novissima editione, quæ magni viri nomen præfert, hæc verba omissa sunt, quæ vero leguntur in vett. libris. Venet. Gryph. atl. sed eum præpositione Montanus. lintribusque deprehensas excipiunt.

spectandæ. Sed id propter anni tempus longum , atque impeditum videbatur. Interea veterem exercitum,<sup>55</sup> duas Hispanias confirmari ; <sup>56</sup> quarum altera erat maximis beneficiis Pompeji devincta ; auxilia , equitatum parari , Galliam , Italiāque tentari , se absente , nolebat.

**30** Itaque in præsentia Pompeji insequendi rationem omittit : in Hispaniam proficisci constituit : Duumviris municipiorum omnium imperat , ut naves conquerant , Brundusiumque deducendas curent. Mittit in Sardiniam cum legione una Valerium legatum , in Siciliam Curionem praetorem cum legionibus <sup>111.</sup> , eundem , cum Siciliam receperisset , protinus in Africam tranducere exercitum jubar. Sardiniam obtinebat M. Cota , Siciliam M. Cato : Africam sorte Tubero obtinere debebat. <sup>57</sup> Caralitani , simul ad se Valerium mitti audierunt , nondum prefecto ex Italia , sua sponte ex oppido Coram ejiciunt. Ille perterritus , quod omoem provinciam consentire intelligeret , ex Sardinia in Africam profugit. Cato in Sicilia naves longas veteres reficiebat : novas civitatibus imperabat : hæc magno studio agebat : in Lucanis , Bruttiisque per legatos suos civium Romanorum delectus habebat ; equitum , peditumque certum numerum a civitatibus Siciliæ exigebat. Quibus rebus pene perfectis , adventu Curionis cognito , queritur in concione “ sese projectum , ac proditum a Cn. Pompejo , qui , omnibus rebus imparatissimus , non necessarium bellum suscepisset : et ab se , reliquisque in Senatu interrogatus , omnia sibi ad bellum apta , ac parata confirmasset . ” Hæc in concione questus , ex provincia fugit.

<sup>55</sup> *Duas Hispanias.*) Cite-

riorē et ulteriore.

<sup>56</sup> *Quarum altera.*) Cite-

rior , inde ex bello Sertoriano devincta Pompejo.

<sup>57</sup> *Caralitani.*) Caralis urbs

maxima Sardiniae , ideoque

Fioro <sup>11.</sup> 6. urbs urbium ejus

insulæ dicta.

## CAPUT XV.

*Valerius Sardiniam, Curio Siciliam occupat. Aetius Varus Tuberonem venientem Uticam portu, et oppido prohibet.*

**N**acti vacuas ab imperiis, Sardiniam Valerius, Curio <sup>31</sup> Siciliam, cum exercitibus eo pervenient. Tubero, cum in Africam venisset, inventis in provincia cum imperio Aetium Varum, qui ad Auximum,<sup>58</sup> ut supra demonstravimus, amissis cohortibus, protinus ex fuga in Africam pervenerat; atque eam sua sponte vacuam occupaverat, delectuque habito, n. legiones effecerat, hominum, et locorum notitia, et usu ejus provinciae nactus ad ea cotanda, quod paucis ante annis ex praetura eam provinciam obtinuerat. Hic venientem Uticam cum navibus <sup>59</sup> Tuberonem portu, atque oppido prohibet, neque affectum valedidine filium exponere in terra patitur, sed sublati ancho-ris excedere eo loco cogit.

<sup>58</sup> Ut supra demonstravit. <sup>59</sup> Tuberonem portu, atque mus.) Hujus lib. cap. 7. sect. oppido prohibet.) Vide Cic. orat. 13. pro Ligario.

## CAPUT XVI.

*Cæsar ad urbem proficiscitur; ibi de inimicorum injuriis conqueritur, constituitque aliquos mittere, qui pacis cum Pompejo faciendæ auctores sint, sed nulli reperiuntur. Cæsar in ulteriore Galliam proficiscitur. Vibullius Rufus in Hispaniam, Domitius ad occupandam Massiliam a Pompejo mittitur. Massilienses Cæsari portas claudunt. Ex eis aliquot ad se Cæsar convocat, quos monet, ne belli auctores sint; hi, quidquid Cæsar dicit, cum suis communicant,*

**H**is rebus confectis, Cæsar, ut reliquum tempus a labore intermitteretur, milites in proxima municipia deducit. Ipse ad urbem proficiscitur. Coacto Senatu, injurias inimicorum commemorat: “ docet se nullum extraordina-

rium honorem appetisse: sed exspectato legitimo tempore consulatus, eo fuisse contentum, quod omnibus civibus patet: latum ab x. Tribunis plebis, contradictibus inimicis, Catone vero acerrime repugnante, et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente, ut sui ratio absentis haberetur, <sup>60</sup> ipso consule Pompejo: qui si improbasset, cur ferri passus esset? sin probasset, cur se uti populi beneficio prohibuisset? Patientiam propónit suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulavisset; in quo jacturam dignitatis, atque honoris ipse facturus esset. Acerbitatem inimicorum docet; qui, quod ab altero postularant, in se recusarent, atque omnia permisceri mallent, quam imperium, exercitusque dimittere. Injuriam in eripiendis legionibus prædicat: crudelitatem, et insolentiam in circumscribendis Tribunis plebis, conditiones a se latae, et expedita colloquia, et denegata commemorat. Pro quibus rebus orat, ac postulat, Rempublicam suscipiant, atque una secum administrent. Sin timore defugiant, iis se oneri non futurum, et per se Rempublicam administraturum. Legatos ad Pompejum de compositione mitti oportere: neque se reformidare, quod in senatu paulo ante Pompejus dixisset, ad quos legati mitterentur, iis auctoritatem attribui; timoremque eorum, qui mitterent, significari: tenuis, atque infirmi hæc animi videri, se vero, ut operibus anteire studuerit, sic 33 justitia, et æquitate velle superare. "Probat rem senatus de mittendis legatis: sed qui mitterentur, non reperiebantur, maximeque timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat. Pompejus enim discedens ab urbe in senatu dixerat, eodem se habiturum loco, qui Rome remansissent, et qui in castris Cæsaris fuissent. Sic triduum disputationibus, excusationibusque extrahitur. Subjicitur etiam L. Metellus Tribunus plebis ab inimicis Cæsar, qui hanc rem distrahat, reliquaque res, quascumque agere instituerat, impeditat. Cujus cognito consilio, Cæsar, frustra diebus ali-

<sup>60</sup> Ipro consule Pompejo,) Tertium consule, Lege Sueton. Cæs. cap. 28.

quot consumptis, ne reliquum tempus omittat, infectis iis, quæ agere destinaverat, ab urbe proficiuntur, atque in ulteriore Galliam peruenit. Quo cum 34 venisset, cognoscit missum in Hispaniam a Pompejo Vibullium Rufum, quem paucis diebus ante Corfinii captum dimiserat: prefectum item Domitium ad occupandam Massiliam navibus actuariis vii., quas<sup>61</sup> Igili, et in Cosano a privatis coactas, servis, libertis, colonis suis compleverat; <sup>62</sup> præmissos etiam legatos Massilienses domi nobiles adolescentes, quos ab urbe discedens Pompejus erat adhortatus, ne nova Cæsaris officia veterum suorum beneficiorum in eos memoriam expellerent. Quibus mandatis acceptis, Massilienses portas Cæsari clauserant: <sup>63</sup> Albicos, barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, montesque supra Massiliam incolebant, ad se vocaverant: frumentum ex finitimis regionibus, atque ex omnibus castellis in urbem convexerant: armorum officinas in urbe instituerant: muros, classem, portasque refecerant. Evocat ad se 35 Cæsar <sup>64</sup> Massiliensem xv. primos: cum his agit, ne initium inferendi belli a Massiliensibus oriatur: "debere eos Italie totius auctoritatem sequi potius, quam unius hominis voluntati obtemperare. " Reliqua, quæ ad eorum sanandas mentes pertinere arbitrabatur, commemorat. Cujus orationem domum legati referunt: atque ex auctoritate hæc Cæsari renuntiat:,, intelligere se divisum esse populum Romanum in partes duas; neque sui judicii, ne-

<sup>61</sup> Igili, et in Cosano.) Ad insulam Igilium et in Cosanu si-  
nu, Igilium autem Cossæ, Etru-  
riæ oppido, unde sinus cognominatur, opposita. Hic contra-  
cto casu: plene Rutilius Num-  
tianus: vers. 325.

Eminus Igili sylvosa cacumina miror.

<sup>62</sup> Præmissos etiam legatos Massilienses.) Forte Massilienses adolescentes Romæ erant, cum Pompejus urbe discederet: quibus hæc mandata ad civitatem dedit.

<sup>63</sup> Albicos) Virtute Romanis

militibus non multum cedentes, homines asperos, et montuos, et exercitatos in armis: *Infra cap. 7. Strabon. IV. pag. 140.* Μέτα τὸν Σελινας Αλβιον καὶ Αλβιονοι καὶ Ούρωδοντοι.

<sup>64</sup> Massiliensem xv. primos Sexcentorum concilium erat Massiliæ, qui τημενος vocabantur, πεντεκατάσκα δι εἰσι τοῦ συνεδρίου προεσώπες, quindecim viri his præsrante, qui τὰ πρόχειρα negotia, quæ ocurrerant, expedirent. *Strab. libr. 35.*

que suarum esse virium <sup>65</sup> decernere, utra pars justiorem habeat causam: principes vero esse earum partium Cn. Pompejum, et C. Cæsarem patronos civitatis, quarum alter agros Volcarum, Arecomicorum, et <sup>66</sup> Helviorum publice iis concederet: alter bello victos <sup>67</sup> Salyas attribuit, vectigaliaque auxerit. Quare paribus eorum beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere, et neutrum eorum contra alterum juvare, aut urbe, aut portibus recipere.,,

<sup>65</sup> Decernere.) Sic Gronov. <sup>victas Gallias, Absurdum enim est Cæsarem Gallias ab se victas Massiliensibus attribuisse. Salyas porro Massiliensibus vicini, et nuper infesti.</sup> Observ. III. pag. 577. Vulgo discernere.

<sup>66</sup> Helviorum.) Helvii sunt supra Volcas.

<sup>67</sup> Salyas.) Non ut vulgo

## CAPUT XVII.

<sup>68</sup> Domitio Massilienses belli administrationem deferrunt. Cæsar Massiliam cum exercitu petit, oppugnationem parat, cui C. Trebonium præficit. C. Fabius legatus cum tribus legionibus in Hispaniam a Cæsare mittitur. Is, dejecto ex Pyrenæis præsidio, ad exercitum Afrunii contendit.

<sup>69</sup> Hæc dum inter eos aguntur, Domitius navibus Massiliam pervenit; atque ab iis receptus urbi præficitur. Summa ei belli administrandi permittitur. Ejus imperio classem quoquaversus dimittunt: onerarias naves, quas ubique possunt, deprehendunt, atque in portum deducunt: earum clavis, aut materia, atque armamentis instructis ad reliquias armandas, reficiendasque utuntur: frumenti quod inventum est, in publicum conferunt: reliquias merces, commeatusque ad obsidionem urbis, si accidat, reservant. Quibus injuriis permotus Cæsar legiones III. Massiliam adducit: turres, vineasque ad oppugnationem urbis agere,

<sup>68</sup> Naves longas Arelatefa-  
cere.) Arelate, variis casibus,  
tamquam Δελιτον, reperitur;  
ciam Arelatum neutro generet  
et Arcas recto, unde sexto Arc-

late Augonius in clar. urb.

Gallia Roma Arelas.

Sita in Narbonensi Gallia prope Rhodani ostia. Plura in Notit: nostra Orb. antiq.

naves longas Arelate numero XII. facere instituit. Quibus effectis, armatisque diebus XXX., a qua die materia cæsa est, adductisque Massiliam, his D. Brutum præfecit, C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliæ relinquit. Dum hæc parat, atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus III., quas Narbone, circumque ea loca, hie-mandi causa, disposuerat, in Hispaniam præmittit; cele-riterque Pyrinæos saltus occupari jubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato præsidiis tenebantur. Legiones reli-quas, quæ longius hiemabant, subsequi jubet. Fabius, ut era-t imperatum, adhibita celeritate, præsidium ex saltu de-jecit, magnisque itineribus ad exercitum Afrani contendit.

## CAPUT XVIII.

*Afranius, Petrejus, et Varro, adventu Vibullii, inter se officia militaria partiuntur. Pompejus ad Afranium iter habebat. Ostenduntur vires utriusque exercitus. Cœsar stipendia militibus distribuit. A Fabiis, et Pompeji copiis crebra prælia commissa. Pons, qui in Sicore fluvio est, Fabii equite, et impedimentis pressus decidit.*

**A**dventu Vibullii Rifi, quem a Pompejo<sup>69</sup> missum in Hispaniam demonstratum est, Afranius et Petrejus, et Varro legati Pompeji, quorum unus III. legionibus Hispaniam citeriorem, alter<sup>70</sup> a saltu Castulonensi ad Anam II. legionibus, tertius<sup>71</sup> ab Ana Vectonum agrum, Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat, officia inter se partiuntur, ut Petrejus ex Lusitania per Vectones cum omnibus copiis ad Afranium proficiscatur, Varro cum iis, quas habebat, legionibus omnem ulteriorem Hispaniam tu-catur. His rebus constitutis, equites, auxiliaque toti Lusi-

69 *Missum in Hispaniam demonstratum est.*) Supra cap. 16. sect. 34. Is Vibullius Corfili caput fuerat, cap. 12. sect. 23. et postea in Hispaniam etiam caput lib. III. cap. 4. sect. 10.

70 *Saltu Castulonensi.*) In Hispania citeriore, prope ulte-rioris limitem est oppidum Ca-

stula supra Bætim fluvium, a quo saltus nominatur, aliquoties etiam a Livio memoratus, xxvi. 20. et xxvii. 20.

71 *Ab Ana Vectonum agrum.*) Anas fluvius Bæticam finiens a borea, et occasus Vectones, populus Lusitanæ ad citeriorem Hispaniam vergens.

taniæ a Petrejo; Celtiberis, Cantabris, barbarisque omnibus, qui ad Oceanum pertinent, ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petrejus per Vectones ad Afranum pervenit. Constituunt communī consilio, bellum ad Ilerdam, propter ipsius loci opportunitatem, gerere.

39 Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii <sup>iii.</sup>, Petreji <sup>ii.</sup>; præterea scutatæ citerioris provinciæ et <sup>72</sup> cetratæ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter <sup>xxx.</sup>, equitum utriusque provinciæ circiter <sup>v.</sup> millia. <sup>73</sup> Cæsar legiones in Hispaniam præmisserat, ad <sup>vi.</sup> millia auxilia peditum, equitum <sup>iii.</sup> millia, quæ omnibus superioribus bellis habuerat, et parem ex Gallia numerum, quem ipse paraverat, nominatim ex omnibus civitatis nobilissimo, et fortissimo quoque evocato. Hinc optimi generis homines ex Aquitanis, montanisque, <sup>74</sup> qui Galliam provinciam attingunt. Audierat Pompejum per Mauritaniam cum legionibus iter in Hispaniam facere, confestimque esse venturum: simul a tribunis militum, centurionibusque mutuas pecunias sumpsit. Has exercitui distribuit: quo facto, duas res consecutus est, quod pignore animos centurionum de-  
40 vinxit, et largitione redemit militum voluntates. <sup>75</sup> Fabius finitimarum civitatum animos literis, nuntiisque tentabat. In Sicore flumine pontes efficerat duos inter se distantes millia passuum <sup>iv.</sup> His pontibus pabulum mittebat: quod ea, quæ citra flumen fuerant, superioribus diebus consumpererat. Hoc idem fere, atque eadem de causa Pompejani exercitus duces faciebant, crebroque inter se equestribus præliis contendebant. Huc cum quotidiana consuetudine <sup>76</sup> congressæ pabula-

<sup>72</sup> Cetratæ legiones.) Vide infra cap. 22, sect. 48.

<sup>73</sup> Cæsar legiones in Hispaniam præmisserat.) Quatuor numero: duabus C. Fabius, jam tum in Gallia legatus lib. v. cap. 12, sect. 24. præera: ceteris L. Plancus. Vide cap. 18. sect. 40. quod subsequitur.

<sup>74</sup> Qui in Galliam provinciam attingunt.) Provinciam Romanam, quem ad Garumnam

usque patebat, Tolosates quoque comprehendens.

<sup>75</sup> Fabius.) Vide cap. 18. sect. 39. notata. Adi infra, Hirt. viii. cap. 8. sect. 24.

<sup>76</sup> Congressæ pabulatoribus præsidio proprio.) Multis prima, et ultima voces suspectæ, illam progressæ legentes, hanc tollentes. At D. Voss. congressæ interpretatur, simul egressæ: et propria mutat in proprie.

toribus præsidio proprio legiones Fabianæ II. flumen transsissent; impedimentaque, et omnis equitatus se queretur; subito, <sup>77</sup> vi ventorum, et aquæ magnitudine pons est interruptus, et reliqua multitudo equitum interclusa. Quo cognito a Petrejo, et Afranio ex aggre gere atque cratibus, quæ flumine ferebantur, celeriter ponte Afranius, quem oppido, castrisque conjunctum habebat, legiones IV., equitatumque omnem transjecit, duabusque Fabianis occurrit legionibus. Cujus adventu nuntiato, L. Plancus, qui legionibus præerat, necessaria re coactus, locum capit superiorem, diversamque aciem in duas partes constituit, ne ab equitatu circumveniri posset. Ita congressus impari numero, magnos impetus legionum, equitatusque sustinet. Commisso ab equitibus prælio, signa XI. legionum procul ab utrisque conspiciuntur, quas C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat, suspicatus fore id, quod accidit, ut duces adversariorum occasione, et beneficio fortunæ ad nostros opprimendos uterentur: quarum adventu prælium dirimitur, ac suas uterque legiones reducit in castra.

<sup>77</sup> *Vi ventorum.*) Pantag- Vet. libr. jumentorum; pejus re-  
thus sic primus emendavit: centes, *vi jumentorum.*  
quod Vossius amplexus est.

## CAPUT XIX.

*Cæsar is jussu pons perficitur: ipse Ilerdam petit, ibique sub castris Afranii sua munit. Afranius, et Petrejus, ut opus Cæsarianorum impedian t, eos ad pugnam frustra provocatn.*

**E**o biduo Cæsar cum equitibus ncccc., quos sibi præsidio reliquerat, in castra pervenit. Pons qui fuerat tempestate interruptus, neque erat refectus, hunc noctu perfici jussit. Ipse, cognita locorum natura, ponti, castrisque præsidio VI. cohortes relinquit, atque omnia impedimenta: et postero die omnibus copiis,

triplici instructa acie,<sup>78</sup> ad Ilerdam proficiscitur, et sub castris Afranii consistit, et ibi paulisper sub armis moratus, facit æquo loco pugnandi potestatem. Potestate facta, Afranius copias educit, et in medio colle sub castris consistit. Cæsar, ubi cognovit per Afranium stare, quominus prælio dimicaretur, ab infimis radicibus montis, intermissis circiter passibus castra facere constituit; et, ne in opere faciendo milites repentina hostium incursu exterrerentur, atque opere prohiberentur, vallo muniri vetuit, quod eminere, et procul videri necesse erat. Sed a fronte contra hostem pedum xv. fossam fieri jussit. Prima, et secunda acies in armis, ut ab initio constituta erat, permanebat. Post hos opus in occulto acies tertia faciebat. Sic omne prius est perfectum, quam intelligetur ab Afranio castra muniri.

<sup>42</sup> Sub vesperum Cæsar intra hanc fossam legiones reducit, atque ibi sub armis proxima nocte conquiescit. Postero die omnem exercitum intra fossam continet: et, quod longius erat agger petendus, in presentia similem rationem operis instituit, singulaque latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda; fossasque ad eamdem magnitudinem perfici jubet. Reliquas legiones in armis expeditas contra hostem constituit. Afranius, Petrejusque, terrendi causa, atque operis impediendi, copias suas ad infimas montis radices producunt, et prælio lassent. Neque idcirco Cæsar opus intermittit, confisus praesidio legionum 111, et munitione fossæ: illi non diu commorati, nec longius ab infimo colle progressi, copias in castra reducunt.

<sup>78</sup> Ad Ilerdam proficiscitur,) inter Sicorim, et Cingam amnes, qui post mixti in Iberum inferuntur. Adi cap. 21. sect. 45.

## CAPUT XX.

*Cæsar castra vallo munit. Describitur situs oppidi Ille-  
dæ. Prælio commisso ab Afranianis, Cæsoris antesigna-  
ni terga vertunt. Describitur genus pugnæ Afrania-  
norum, quo Cæsariani perturbantur.*

**T**ertia die Cæsar vallo castra communis: reliquæ cohortes, quas in superioribus reliquerat, impedimenta que ad se transduci jubet. Erat inter oppidum Hieradam, 43 et proximum collem, ubi castra Petrejus, atque Afranius habebant, 79 planities ciciter passuum ccc. atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulo editior: quem si occupasset Cæsar, et communisset, ab oppido, et ponte, et comineatu omni, quem in oppidum contulerant, se interclusurum adversarios confidebat. Hoc sperans, legiones III. ex castris educit: acieque in locis idoneis instructa, unius legionis antesignanos præcurrere, atque occupare eum tumulum jubet. Qua re cognita, celeriter quæ in statione pro castris erant Afranii cohortes, breviore itinere ad eumdem occupandum locum mittuntur. Contenditur prælio, et quod prius in tumulum Afrani venerant, nostri repelluntur, atque aliis submissis subsidiis, terga vertere, seque ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugnæ militum illorum, ut 44 magno impetu primo procurerent, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere servarent, rari, dispersique pugnarent: si premerentur, pedem referre, et loco excedere non turpe existimarent, cum Lusitanis, reliquisque barbaris genere quodam pugnæ assuefacti: quod fere fit, quibus quisque in locis miles inveteravit, ut multum earum regionum consuetudine movesatur. Hæc tamen ratio nostros perturbat, insuetos hujus generis

79 Planities circiter p. ccc.) Fulvili Ursini codex planitia, quod antiquum dicit, et lapidem suo tempore extra Capenam portam refert, CLIVOM MARTIS IN PLANITIAM RE-

DIGENDUM, qua forma et vitruvius usus est. Hoc loco imitati Jungermannus, Montanus Godinus. At veter. libr. Venet. et Basil. et Gryph. planicies.

pugnæ. Circumiri enim sese ab aperto latere , procur-  
rentibus singulis, arbitrabantur. Ipsi autem suos ordi-  
nes servare, neque ab signis discedere, neque sine gra-  
vi causa eum locum , quem ceperant, dimitti censue-  
rant oportere. Itaque , perturbatis antesignanis, legio,  
quæ in eo cornu constiterat, locum non tenuit, atque  
in proximum collem sese recepit.

## CAPUT XXI.

*Cæsar , missò subsidio , hostem ad oppidi murum confu-  
gere cogit ; sed postea acre utrinque prælium committi-  
tur. Occisorum numerus . Utraque pars ex prælio se  
discessisse vicitricem opinatur.*

45 **C**æsar , pene omni acie perterrita quod præter opinionem , consuetudinemque acciderat , cohortatus suos , legionem ix. subsidio dicit : hostem insolenter , atque acriter nostros insequentem supprimit , rursumque terga vertere , seque ad oppidum Ilerdam recipere , et sub muro consistere cogit. Sed ix. legionis milites elati studio , dum sarcire acceptum detrimen- tum volunt , temere insecuri fugientes in locum ini- quum progredivntur , et sub montem , in quo erat op- pidum positum , succedunt. Hinc se recipere cum vel- lant , rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Præruptus locus erat , utraque ex parte directus , ac tantum in latitudinem patebat , ut tres instructæ cohorte- tes eum locum explerent , et neque subsidia a lateribus submitti , neque equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem editus locus tenui fastigio vergebatur in longitudinem passuum circiter cd. Hac nostris erat receptus , quod eo , incitati studio , inconsultius pro- cesserant. Hoc pugnabatur loco et propter angustias ini- quo , et quod sub ipsis radicibus montis constiterant , ut nullum frustra telum in eos mitteretur ; tamen vir- tute , et patientia nitebantur , atque omnia vulnera sus- tinebant. Augebantur illis copiæ , atque ex castris co- hortes per oppidum crebro submittebantur , ut integri defessis succederent. Hoc idem Cesar facere cogeba-

tur, ut submissis in eundem locum cohortibus, defessos reciperet. Hoc cum esset modo pugnatum continenter horis v., nostrique gravius a multitudine premerentur, consumptis omnibus telis, gladiis districtis, impetum adversus montem in cohortes faciunt, paucisque dejectis, reliquos sese convertere cogunt. Summotis sub murum cohortibus, ac nonnulla parte propter terrorem in oppidum compulsi, facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroque latere, 46 etsi dejectis, atque inferioribus locis constituerat, tamen in summum jugum virtute connititor, atque inter duas acies perequitans, commodiorem, ac tuiorem nostris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter LXX. ceciderunt, in his Q. Fulginius<sup>80</sup> ex primo hastato legionis XIV., qui propter eximiam virtutem, ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat. Vulnerantur amplius dc. Ex Afranianis interficitur T. Cæcilius, primi pili centurio, et præter eum, centuriones iv., milites amplius cc. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, 47 ut se utrique superiores discessisse existimarent: Afrani, quod, cum esse omnium judicio inferiores vidarentur, minus tandem stetissent, et nostrorum impetum sustinuissent, et initio locum, tumulumque tenuissent, quæ causa pugnandi fuerat, et nostros primo congressu terga vertere coegissent: Nostri autem, quod iniquo loco, atque impari congressi numero, v. horis prælium sustinuissent; quod montem gladiis districtis adscendissent; quod ex loco superiori terga vertere adversarios coegissent, atque in oppidum compulissent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munierunt, præsidiumque ibi posuerunt.

<sup>80</sup> Ex primo hastato.) Ita veteres libri: Gryphius autem *primus hastatus*, quod elarum est, et centurio subauditur. An autem ex MSS. codd. habuerit, incertum. Lipsio inepita est ex

vocula, quasi errore nata ex nota, seu signo *centurionis*: legitque, *centurio primi hastati*, ordinis puta. Sed ita etiam præpositio servari potest, *ex primi hastato*, supple, ordine.

## CAPUT XXII.

*Pontes a Fabio refecti magna tempestate rupti Cæsar is exercitui non mediocre damnum afferunt: contra Afranius rebus omnibus abundat. Cæsar frustra refici pontes curat.*

48 **A**ccidit etiam repentinum incommodum biduo, quo hæc gesta sunt. Tanta enim tempestas cooritur, ut nunquam illis locis majores aquas fuisse constaret. Tam autem ex omnibus montibus nix proliuit, ac summas ripas fluminis superavit, pontesque ambos, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit. Quæ res magnas difficultates exercitui Cæsar is attulit. Castra enim, <sup>81</sup> ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo, Sicorim et Cingam, spatio millium xxx., neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur: neque civitates, quæ ad Cæsar is amicitiam accesserant, frumentum supportare, neque ii, qui pabulatum longius progressi erant, interclusi fluminibus, reverti, neque <sup>82</sup> maximi comitatus, qui ex Italia, Galliaque veniebant, in castra pervenire poterant. Tempus autem erat anni difficillimum, quo neque frumenta in hibernis erant, neque multum a maturitate aberant: ac civitates exinanitæ, quod Afranius pæne omne frumentum ante Cæsar is adventum Ilerdam convexerat: reliqui si quid fuerat, Cæsar superioribus diebus consumperat: pecora, quod secundum poterat esse inopie subsidiū, propter bellum finitimæ civitates longius removebant: qui erant pabulandī, aut frumentandi causa progressi, hos levis armaturæ Lusitani, peritique eorum regionum <sup>83</sup> cetrati citerioris Hispaniæ consecabantur,

<sup>81</sup> Ut supra demonstratum est.) cap. 19. sect. 41.

<sup>82</sup> Maximi comitatus qui. Comitatus erat turba ad rotius iter faciendum beli temporibus congregata, maxime ut commensatus in amicorum castra adferreant.

<sup>83</sup> Cetrati citerioris Hispaniæ) CETRA, Servio definiente in Aeneid. VII. 732. est scutum corrum, quo Afri, et Hispani utuntur. Hinc cetrati milites non tantum citerioris Hispaniæ, verum etiam ulterioris, *sugrāo* cap. 18. sect. 39.

quibus erat proclive transnare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copia. Multum erat frumentum provisum, et convectum superioribus temporibus, multum ex omni provincia comportabatur: magna copia pabuli suppeditabat. Harum rerum omnium facultates sine ullo periculo pons Ilerdae praebebat, en loca trans flumen integra, quo omnino Cæsar adire non poterat. Eae permanserunt aquæ dies complures. Conatus est Cæsar reficere pontes; sed nec magnitudo fluminis permettebat, neque ad ripam dispositæ cohortes adversariorum perfici patiebantur, quod illis prohibere erat facile, cum ipsius fluminis natura, atque aquæ magnitudine, tum quod ex totis ripis in unum, atque angustum locum tela jaciebantur: atque erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere, et tela vitare.

## CAPUT XXIII.

*Dum Afranius comitatus ad Cæsarem se conferentes opprimere curat, prælium committitur. Cæsariani frumenti inopia laborant. Harum rerum nuntii Romam missi.*

**N**untiatur Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse. Venerant eo sagitarii ex Ruthenis, equites ex Gallia cum multis carris, magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo. Erant præterea cujusque generis hominum millia circiter vi, cum servis, liberisque: sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur, atque omnes sine timore iter facerent, <sup>84</sup> usu superiorum temporum, atque itinerum licentia. Erant complures honesti adolescentes, senatorum filii, et equestris ordinis: erant legationes civitatum: erant legati Cæsaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos opprimendos

<sup>84</sup> Usu superiorum temporum.) Ex aliquot MSS. Vobius corredit editorum usi.

cum omni equitatu, tribusque legionibus Afranius de nocte proficiscitur, imprudentesque<sup>85</sup> antemissis equitibus aggreditor. Celeriter tamen sese Galli equites expediunt, præliumque committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinuerunt; sed ubi signa legionum appropinquare cœperunt, paucis amissis, sese in montes proximos conferunt. Hoc pugnæ tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum. Nacti enim spatium se in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die sagitarii circiter cn., equites pauci: calonum, atque impedimentorum non magnus numerus.<sup>86</sup> His tamen omnibus annona crevit, quæ fere res non solum inopia præsentis, sed etiam futuri temporis timore ingravescere consuevit. Jamque ad denarios l. in singulos modios annona pervenerat, et militum vires inopia frumenti diminuerat, atque incommoda in dies augebantur, et tam paucis diebus magna erat rerum facta comutatio, ac se fortuna inclinaverat, nostri magna inopia necessiarum rerum conflictarentur; illi omnibus abundant rebus, superioresque haberentur. Cæsar iis civitatibus, quæ ad ejus amicitiam accesserant, quod minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquiores civitates dimittebat. Ipse præsentem inopiam, quibus poterat subsidiis, tutabatur.

**§3** Hæc Afranius, Petrejusque, et eorum amici pleniora etiam, atque uberiora Romam ad suos perscribebant. Multa rumor fingebat, ut pene bellum confectum videtur. Quibus literis, nuntiisque Romam perlatis,<sup>87</sup> ma-

<sup>85</sup> *Antemissis equitibus.*) Pluribus libris conjuncte quasi compositum *antemitto*, ut autempono, antefero. Et Salmasius Selino, c. 25, connectit, *minimos antemittunt.* Et Agrariae scriptores sæpe *arbores antemissas* memoriunt. Silius Italicus p. 4. 10. 11. Frontinus p. 40. Aggenus p. 45. ed. Gœs. At nostro loco Gryphius dicit *ante missis.*

<sup>86</sup> *His tamen omnibus.*) Gryphius addidit *incommuniis*, quod

deest cæteris: et forsitan glosseta est, interpretationis loco, cui aptum est, adjectum.

<sup>87</sup> *Magni domum concursus ad Afr.*) Varie sententiae de voce *domum.* Bononus Tarvisinus et Fænus *domum* legunt. Non placet, inquit Vossius: licet in Gryphiano id laudet Manutius Hotmannus *ad domum Afranius* Dion. Vossius *vel domo*, *vel bonum*, aut *omnium*.

gni domum concursus ad Afranum, magnæ gratulationes siebant: multi ex Italia ad Cn. Pompejum proficiscebantur: alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne eventum belli exspectasse, aut ex omnibus novissimi venisse viderentur.

## CAPUT XXIV.

*Cæsar, ædificatis navibus, exercitum transducit, inde pontem reficit. Ejus equites hostium cohortem unam interficiunt.*

**C**um in his angustiis res esset, atque omnes viæ ab Afranianis militibus, equitibusque obsiderentur, nec pontes perfici possent, imperat militibus Cæsar, ut naves faciant, cuius generis eum superioribus annis usus Britannæ docuerat. Carinæ primum, ac statumina ex levi materia siebant: reliquum corpus navium, viminiis contextum, coriis integrabatur. Has perfectas carris junctis devehit, noctu millia passuum a castris xxii., militesque his navibus flumen transportat: continentemque ripæ collem improviso occupat. Hunc celeriter, prius quam ab adversariis sentiatur, communis. Huc legionem postea transducit: atque ex utraque parte pontem institutum perficit biduo. <sup>88</sup> Ita comitatus, et qui frumenti causa processerant, tuto ad se recipit; et rem frumentarium expedire incipit. Eodem die equitum magnum partem flumen transjecit: qui inopinantes pabulatores, et sine ullo dissipatos timore aggressi, quam maximum numerum jumentorum, atque hominum intercipiunt: cohortibusque cetratis subsidio missis, scienter in duas partes sese distribuunt, alii, ut prædæ præsidio sint; alii, ut venientibus resistant, atque eos propellant; unamque cohortem, quæ temere ante cæteras extra aciem procurrerat, seclusam a reliquis circumveniunt, atque interficiunt; incolimesque cum magna præda eodem ponte in castra revertuntur.

<sup>88</sup> *Ita comitatus.* ) Supra c. 22. sect. 43. c. 23. sect. 51.

## CAPUT XXV.

*Massilienses, expeditis navibus, ad classem D. Brutū  
accēdunt. Oritur conflictus. Cæsariani superiores  
evadunt.*

56 **D**um hæc ad Ilerdam geruntur, Massilienses usi  
L. Domitli consilio, naves longas expediunt, nume-  
ro xvii., quarum erant xi. tectæ. Multa his mino-  
ra navigia addunt, ut ipsa multitudine nostra classis  
terreatur: magnum numerum sagittariorum, magnum  
89 Albicorum, de quibus supra demonstratum est, im-  
ponunt: atque hos præmiis, pollicitationibusque inci-  
tant. Certas sibi depositi naves Domitius, atque has  
colonis, pastoribusque, quos secum adduxerat, complet.  
Sie omnibus rebus instructa classe, magna fiducia ad  
nostras naves procedunt, quibus prærat D. Brutus.  
57 Hæ ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes  
obtinebant. Erat multo inferior numero navium Brutus:  
sed delectos ex omnibus legionibus fortissimos viros,  
antesignanos, centuriones Cæsar ei classi attribuerat,  
qui sibi id muneric depoposcerant. Ii manus ferreas,  
atque 90 harpagones paraverant; magnoque numero pi-  
lorum, tragularum, reliquorumque telorum se instru-  
xerant: ita, cognito hostium adventu, suas naves ex  
porto educunt; cum Massiliensibus configunt. Pugna-  
tum utrimque est fortissime, atque acerrime, neque  
multum Albici nostris virtute cedebant, homines a-  
speri, et montani, exercitati in armis, atque ii modo  
digressi a Massiliensibus, recentem eorum pollicitatio-  
nem auimis continebant; pastoresque indomiti, spe li-  
bertatis excitati, sub oculis domini suam probare ope-  
ram studebant. Ipsi Massilienses et celeritate navium,  
et scientia gubernatorum confisi, nostros eludebant,  
impetusque eorum excipiebant: et quoad licebat latio-  
re spatio, producta longius acie, circumvenire no-

89 Albicorum, de quibus supra.) 90 Harpagones. Supralib. VII.  
C. 16. sect. 34. hujus libri. Bell. Gallic. c. 28. sect. 81.

stros , aut pluribus navibus adoriri singulas , aut remos transcurrentes <sup>91</sup> detergere , si possent , contendebant ; cum proprius erat necesario ventum , ab scientia gubernatorum <sup>92</sup> atque artificiis ad virtutem montanorum confugiebant . Nostri , quod minus exercitatis remigibus , minusque peritis gubernatoribus utebantur , qui repente ex onerariis navibus erant producti , neque dum etiam vocabulis armamentorum cognitis , tum etiam gravitate , et tarditate navium impediebantur . Facte enim subito ex humida materia non eundem usum celeritatis habebant . Itaque , dum locus cominus pugandi datur , æquo animo singulas binis navibus objiciebant , atque injecta manu ferrea , et retenta utraque nave , diversi pugnabant , atque in hostium naves transcendebant : et , magno numero Albicorum , et pastorum interfecto , partem navium deprimunt ; nonnullas cum hominibus capiunt , reliquas in portum compellunt . Eo die naves Massiliensem , cum iis , quæ sunt captæ , intereunt ix.

<sup>91</sup> Remos detergere .) Distorsi-  
quere , infringere , saltem pal-  
mulas impetuosa prætervectione  
decutere .

<sup>92</sup> Atque artificiis .) Recentio-  
resita : vetus liber Bononii Tar-  
vis . artificiis , Gryph. artificiis .

## CAPUT XXVI.

*Hostes caute pabulantur. Oscenses , et alii legatos ad Cæsarem mittunt , quibus ille frumentum imperat.*

*Multæ civitates ab Afranio deficientes Cæ-  
sarem sequuntur.*

Hcc Cæsari ad Ilerdam nuntiatō , simul perfecto <sup>59</sup> ponte , celeriter fortuna mutatur . Illi perterriti virtute equitum , minus libere , minus audacter vagabantur : alias , non longo ab castris progressi spatio , ut celerem receptum haberent , angustius pabulantur , alias , longiore circuitu , custodias , stationesque equitum vitabant ; aut aliquo accepto detimento , aut procul equitatu viso , ex medio itinere , projectis sarcinis , fugiebant : postremo et plures intermittere dies , et , præter consuetudinem omnium , noctu constitue-

60 rant pabulari. Interim Oscenses, et <sup>93</sup> Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum legatos, seseque imperata facturos pollicentur. Hos Tarraconenses, et <sup>94</sup> Lacetani, et Ausetani, et paucis post diebus <sup>95</sup> Illurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt, insequuntur. Petit ab his omnibus, ut se frumento juvent. Pollicentur, atque, omnibus undique conquisitis jumentis, in castra deportant. Transit etiam cohors Illurgavonensis ad eum, cognito civitatis consilio, et signa ex statione transfert. Magna celeriter fit conmutatio rerum. Perfecto ponte, magnis v. civitatibus ad amicitiam adjunctis, expedita re frumentaria, extinctis rumoribus de auxiliis legionum, quæ cum Pompejo per Mauritiam venire dicebantur, multæ longinquiores civitates ab Afranio desciscunt, et Cæsaris amicitiam sequuntur.

<sup>93</sup> *Calagurritani cum Oscensi-  
bus.*) Hæc Calagurris Fibularia,  
ut P. de Marca Plini cognomi-  
na commutavit, xii M. P. ab  
Osca distans, et sub illius di-  
tione, seu ei adjudicata. Osca  
autem urbs nobilis inter Pyre-

næos, et Iberum fluvium.

<sup>94</sup> *Lacetani, Ausetani,*) Po-  
puli Hispaniae sub Pyrenæis.

<sup>95</sup> *Illurgavonenses.*) quorum  
Dertosa ad Iberum erat. Livius  
xxii. *Ilercaones*, Plin. III. 3.  
*Ilergaones*, scripserunt.

## CAPUT XXVII.

*Cæsar plures fossas ad equitatus commodum facit. Afranius, et Petrejus perterriti bellum in Celtiberium trans-  
ferunt; naves ad Octogesam adducunt, et primo legio-  
nes duas, inde omnes copias fluvium Sicorim trans-  
ducunt. Equites a Cæsare missi iter Afrani,*  
*et Petreji impediunt.*

61 **Q**uibus rebus perterritis animis adversariorum, Cæsar, ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mitten-  
dus, nactus idoneum locum fossas pedum xxx. in altitu-  
dinem complures facere instituit, quibus partem aliquam Si-  
coris averteret, vadumque in eo flumine efficeret. His pene  
effectis, magnum in timorem Afranius, Petrejusque perve-  
niunt, ne omnino frumento, pabuloque intercluderentur,  
quod multum Cæsar equitatu valebat. Itaque constituunt

his locis excedere, et <sup>96</sup> in Celtiberiam bellum transferre. Huic consilio suffragabatur etiam illa res, quod ex <sup>97</sup> duobus contrariis generibus, quæ superiore bello cum L. Sertorio steterant, <sup>98</sup> civitates victæ nomen, atque imperium absentis timebant: quæ in amicitia manserant Pompeji, magnis affectæ beneficiis eum diligebant: Cæsar autem in barbaris erat nomen obscurius. Hinc magnos equitatus, magna que auxilia expectabant, et suis locis <sup>99</sup> bellum in hiemem ducere cogitabant. Hoc inito consilio, toto flumine Ibero naves conquiri, et Octogesam adduci jubent. Id erat opidum positum ad Iberum; milliaque pasuum a castris aberat xx. Ad eum locum fluminis navibus junctis, pontem imperant fieri, legionesque ii. flumen Sicorim transducunt: castraque muniunt vallo pedum xii. Qua re per exploratores cognita, labore militum <sup>62</sup> Cæsar continuato diem, noctemque opere in flumine avertendo, huc jam rem deduxerat, ut equites, etsi difficulter, atque ægre siebat, possent tamen, atque auderent flumen transire; pedites vero tantummodo humeris, ac summo pectore exstarent, ut tum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Sed tamen eodem fere tempore <sup>1</sup> pons in Ibero prope effectus nuntiabatur, et in Sicori vadum reperiebatur. Jam vero eo magis illi maturandum <sup>63</sup> iter existimabant. Itaque ii. auxiliaribus cohortibus Ilerdæ præsidio relictis, omnibus copiis Sicorim transiunt, et cum ii. legionibus, quas superioribus diebus transduxerant, castra conjungunt. Relinquebatur Cæsari nihil, nisi ut equitatu agmen adversariorum male haberet, et carperet. Pons enim ipsius magnum circuitum habebat; ut multo breviore itinere illi ad

<sup>96</sup> In Celtiberiam.) Regionem Hispaniæ trans Iberum: cuius

Bilbilis est, Turiaso, et alia.

<sup>97</sup> Duobus contrariis generibus.) Generibus hominum, quo-

rum ali Romanis fideles fuerant, ali studuerant Sertorio.

<sup>98</sup> Civitates victæ.) Gentes,

populi Hispaniæ, qui cum Sertoio fecerant.

<sup>99</sup> Bellum in hiemem ducere.)

Trahere, prærogare. Adi cap. 28, sect. 64.

<sup>1</sup> Pons in Ibero.) Pro Pompejanis effectus, c. 27. sect. 61.

Iberum pervenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt; et cum de tertia vigilia Petrejus, atque Afranius estra movissent, repente sese ad novissimum agmen ostendunt; et magna multitudine circumfusa, morari, atque iter impedire incipiunt.

## CAPUT XXVIII.

*Cæsar, dum equitatus cum hostibus præliatur, exercitum omnem Iberum transducit. Inde ipse, et Petrejus, castris positis, copias instruunt. Hostes frustra copias educunt.*

64 **P**rima luce ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant conjuncta, cernebatur equitatus nostri prælio novissimos illorum premi vehementer, ac nonnumquam subsistere extremum agmen, atque interrompi, alias inferri signa, et universarum cohortium impetu nostros propelli, deinde rursus conversos insequuntur: totis vero castris<sup>2</sup> milites circulari, et dolere, hostem ex manibus dimitti, bellum<sup>3</sup> non necessario longius duci: centuriones, tribunosque militum adire, atque obsecrare, ut per eos Cæsar certior fieret, „ne labori suo, nec periculo parceret; paratos esse, sese posse, et audere ea transire flumen, qua transductus esset equitatus.“ Quorum studio, et vocibus excitatus Cæsar, etsi timebat<sup>4</sup> tantæ magnitudinis flumini exercitum objicere, conandum tamen, atque experiendum judicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi jubet, quorum aut animus, aut vires videbantur sustinere non posse. Hos cum legione una præsidio castris relinquit: reliquas legiones expeditas educit: magnoque numero jumentorum in flumine supra, atque infra constituto,

<sup>2</sup> *Milites circulari.*) P. Victorius V. L. lib. VIII. 15. hanc lectionem ex MS. restituit: autea in excusis pluribus legebatur *conturbari*. Verbum *circulari* est cœtus, et circulum hominum circumstantium, et colloquientium facere. Sic usus est

Cic. in Bruto c. 54.

<sup>3</sup> *Non necessaria.*) Non ex Palatino additum.

<sup>4</sup> *Tantæ magnitudinis flumine.*) Sicori, necdum enim ad Iberum ventum erat. Vide mox cap. 30. sect. 68. et 69. extr.

transducit exercitum. Pauci ex his militibus vi fluminis abrepti ab equitatu excipiuntur, ac sublevantur, interiit tamen nemo. Transducto incolumi exercitu, copias instruit; triplicemque aciem ducere incipit. Ac tantum fuit in militibus studium, ut <sup>5</sup> millioni vi. addito circuitu, magnaue ad vadum fluminis mora interposita, eos, qui de tertia vigilia exissent, ante horam diei ix. consequerentur. Quos ubi Afranius procul visos cum Petrejo conspexit, nova re perterritus, locis superioribus consistit, aciemque instruit, Cæsar in campis exercitum reficit, ne defessum prælio objiciat. Rursus conantes progredi insequitur, et moratur. Illi necessario maturius, quam constituerant, castra ponunt. Suberant enim montes, atque a millibus passuum v. itinera difficilia, atque angusta excipiebant. Hos intra montes se recipiebant, ut equitatum effugerent Cæsaris, præsidiisque in angustiis collocatis, exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo, ac timore Iberum copias transducerent: quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum: sed totius diei pugna, atque itineris labore defessi, rem in posterum diem distulerant. Cæsar quoque in proximo <sup>66</sup> colle castra ponit. Media circiter nocte iis, qui adquandi causa longius a castris processerant, ab equitibus correptis, fit ab his certior Cæsar, duces adversiorum silentio copias castris educere. Quo cognito, signum dari jubet, et <sup>6</sup> vasa militari more conclamari. Illi, exaudito clamore, veriti, ne noctu impediti sub onere configere cogerentur, aut <sup>7</sup> ne ab equitata Cæsaris in angustiis tenerentur, iter supprimunt, copiasque in castris continent.

<sup>5</sup> *Millium vi.*) Veteres libri sect. adjiciunt ad iter, quod Ciaccon. abundare censuit, quem omnes recentiores secuti sunt.

<sup>6</sup> *Vasa conclamari.*) Clamari, et edici, ut impedimenta colligantur, et itinere transmovereantur: quod et simpliciter *conclamari* dicitur lib. i. cap. 29. sect. 67. et infra l. IIII. 75. Strategema laudavit Frontinus l. 8.

sect. 9.

<sup>7</sup> *Ne ab equitatu in augustis 100 nenerentur.*) Detinerentur, circumfusi Cæsaris equitatu. c. 29. sect. 67. Freinsheimius Indice Curt. v. obteri mayult in Cæsaris loco tererentur, quemadmodum Curt. iv. 14. est *ungulir eque rum obteri*. Veter. libr. prava tuerentur, quod in utrumque pari facilitate mutari potest.

## CAPUT XXIX.

*Petrejus Cæsaris loca explorat: idem fit a L. Decidio Saxonum. Petrejus, et Afranius, habita in consilio quæstione de profectionis tempore matutinum diligunt.*

**P**ostero die Petrejus cum paucis equitibus occulte ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex castris Cæsaris. Mittitur L. Decidius Saxonum cum paucis, qui loci naturam perspiciat. Uterque idem suis renuntiat, v. millia passuum proxima intercedere itineris campesris: inde excipere loca aspera, et montosa, qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohiberi, 67 et nihil esse negotii. Disputatur in concilio a Petrejo, et Afranio, et tempus profectionis queritur. Plerique censebant, „ut noctu iter facerent: posse prius ad angustias veniri, quam sentirentur. Alii, quod pridie noctu conelamatum esset in castris Cæsaris, argumenti sumebant loco, non posse clam exiri, circumfundè noctu equitatum Cæsaris, atque omnia loca, et itinera obsideri: nocturnaque prælia esse vitanda, quod perterritus miles in civili dissensione timori magis, quam religioni consulere consueverit: at lucem multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam tribunorum militum, et centurionum præsentiam afferre, quibus rebus coerceri milites, et in officio contineri soleant. Quare omni ratione esse interdiu pertinendum. Etsi aliquo accepto detimento, tamen, summa exercitus salva, locum, quem petant, capi posse.“ Haec vicit in concilio sententia; et prima luce postridie constituunt proficisci.

## CAPUT XXX.

Cæsar difficultimum iter habet. Afraniani ejus profectionem contumeliis insequuntur. Hostes ad Iberum contendunt. Cæsar, confecto itinere, aciem contra hostem instruit. Afranius collem quemdam occupat, in cuius cohortes impetus fit.

**C**æsar, exploratis regionibus, albente cœlo, omnes 68 copias castris educit; magnoque circuitu, nullo certo itinere exercitum ducit. Namque itinera, quæ ad Iberum, atque Octogesam pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur. Ipsi erant transcendendæ valles maximæ, ac difficultimæ: saxa multis locis prærupta iter impediebant, ut arma per manus necessario tra-derentur, militesque inermes, sublevatique alii ab aliis magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo, quod cum omnium laborum finem fo-re existimabant, si hostem Ibero intercludere, et frumento prohibere potuissent. Ac primo Afraniani mili-tes visendi causa læti ex castris procurrebant, contu-meliosisque vocibus prosequebantur, „necessarii victus inopia coactos fugere, atque ad Ilerdam reverti.“ Erat enim iter a proposito diversum; contrariamque in partem iri videbatur. Duces vero eorum suum consilium laudibus ferebant, quod se castris tenuissent: mul-tumque eorum opinionem adjuvabat, quod sine jumen-tis, impedimentisque ad iter profectos videbant; ut non posse diutius inopiam sustinere confiderent. Sed ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt; iamque primos superare regionem castrorum animad-verterunt, nemo erat adeo tardus, aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum, atque occurrentum pu-taret. Conclamatur ad arma: atque omnes copiæ, pau-cis præsidio relictis cohortibus, exeunt, rectoque ad Iberum itinere contendunt. Erat in celeritate omne pos-sum certamen, utri prius angustias, montesque occu-parent: sed exercitum Cæsaris viarum difficultates tar-dabant; Afranii copias equitatus Cæsaris insequens mo-

69

70

rabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessario deducta, ut, si priores montes, quos petebant, attigissent, ipsi periculum vitarent, impedimenta totius exercitus, cohortesque in castris relictas servare non possent, quibus interclusis exercitu Cæsar, auxilium ferri nulla ratione poterat. Confecit prior iter Cæsar, atque <sup>8</sup> ex magnis rupibus nactus planiciem, in hac contra hostem aciem instruit. Afranius, cum ab equitatu novissimum agmen premeretur, ante se hostem vitideret, collem quemdam nactus, ibi constitit. Ex eo loco iv. cetratorum cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos jubet occupare, eo consilio, uti ipse eodem omnibus copiis contenderet, et mutato itinere, jugis Octogesam perveniret. Hunc cum obliquo itinere cetrati peterent, conspicatus equitatus Cæsar, in cohortes impetum facit: nec minimam partem temporis equitum vim cetrati sustinere potuerunt: omnesque ab his circumventi, in conspectu utriusque exercitus interficiuntur.

<sup>8</sup> Ex magnis rupibus nactus rupibus. Vide Gron. Observ. planitiem.) Post rupes; pervasis IV. 20.

### CAPUT XXXI.

*Legati, Centuriones, et Tribuni nequidquam Cæsaren obsecrant, ne occasionem rei bene gerendæ dimittant, sed signum pugnæ dari ut jubeat. Milites male de Cæsar sententia loquuntur. Petrejus, et Afranius in castra se recipiunt. Cæsar juxta hostium castra sua communis.*

<sup>71</sup> Erat occasio bene gerendæ rei. Neque vero id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detimento, perterritum exercitum sustinere non posse, præsertim circumdatum undique equitatu, cum in loco quo, atque aperto configeretur: idque ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrebant legati, centuriones, tribunique militum, „ne dubitaret prælium committere: omnium esse militum paratissimos animos: Afranianos contra multis rebus sui timoris signa mi-

sisse, quod suis non subvenissent, quod de colle non decederent, quod vix equitum incursus sustinerent, collatisque in unum locum signa conferti neque ordines, neque signa servarent. Quod si iniquitatem loci timeret, datum iri tamen aliquo loco pugnandi facultatem, quod certe inde decadendum esset Afranio, nec sine aqua permanere posset. “Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna, et sine vulnere suorum rem confidere posse; quod re frumentaria adversarios interclusisset.”, Cur etiam secundo prælio aliquos ex suis amitteret? Cur vulnerari pateretur optimè meritos de se milites? Cur denique fortunam pericitaretur, præsertim cum non minus esset imperatoris consilio superare, quam gladio. Movebatur etiam misericordia civium, quos interficiendos videbat; quibus salvis, atque incolubus rem obtinere malebat., Hoc consilium Cæsaris a ple- risque non probabatur. Milites vero palam inter se loquabantur, “quoniam talis occasio victoriae dimittetur, etiam cum vellet Cæsar, sese non esse pugnaturos.”, Ille in sua sententia perseverat; et panem ex eo loco digreditur, ut timorem adversariis minuat. Petrejus, atque Afranius, oblata facultate, in castra sese referunt. Cæsar, præsidis montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quam proxime potest hostium castris, castra communis.

## CAPUT XXXII.

*Ab hostium ducibus consilium habetur. Inde absentibus Petrejo, et Afranio, milites contracta quasi de improviso familiaritate Cæsareos proprius ulloquuntur, qui ad Cæsarem ipsum legatos de pace misserunt.*

Postero die duces adversariorum perturbati, quod 73 omnem rei frumentariæ, fluminisque Iberi spem amiserant, de reliquis rebus consultabant. Erat unum iter, Ille dam si reverti vellent; alterum, si Tarracensem penterent. <sup>9</sup> Hæc constitutis eis, nuntiatur, aquato-

<sup>9</sup> Hæc constitutis eis) Consilia agitantibus: ut supra c. 9. s. 9.

res ab equitatū premi nostro: qua re cognita , crebras stationes disponunt equitum , et <sup>10</sup> cohortium alariarum ; legionariasque interjiciunt cohortes , vallunique ex castris ad aquam ducere incipiunt ; ut intra munitionem et sine timore , et sine stationibus aquari possent. Id opus inter se Petrejus , atque Afranius partituntur : ipsique , perficiendi operis causa , longius protinus grediuntur. Quorum discessu liberam nacti milites colloquiorum facultatem , vulgo procedunt : et quem quisque in castris notum , aut municipem habebat , conquirit , atque vocat. Primum "agunt gratias omnes omnibus , quod sibi perterritis pridie pepercissent : eorum se beneficio vivere : deinde imperatoris fidem querunt , rectene se illi sint commissuri ; et , quod non ab initio fecerint , armaque cum hominibus necessariis , et consanguineis contulerint , conqueruntur. His provocati sermonibus , fidem ab imperatore de Petreji , et Afranii vita petunt ; ne quod in se scelus concepisse , neu suos prodidisse videantur. Quibus confirmatis rebus , se statim signa translaturos confirmant ; legatosque de pace primorum ordinum centuriones ad Cæsarem mittunt. Interim alii suos in castra , invitandi causa , adducunt ; alii ab suis adducuntur ; adeo ut una castra jam facta ex binis viderentur : compluresque tribuni militum , et centuriones ad Cæsarem veniunt , seque ei commendant. Hoc idem fit a principibus Hispanie , quos illi evocaverant , et secum in castris habebant obsidum loco. Ii suos notos , hospitesque quererant , per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Cæsarem. Afranius etiam filius adolescens de sua , et parentis sui salute cum Cæsare per Sulpicium legatum agebat. Erant plena lætitia , et gratulatione omnia , eorum , qui tanta pericula vitasse , et eorum , qui sine vulnere tantas res confecisse videbantur ; magnumque fructum suæ pristinæ lenitatis omniam judicio Cæsar fecebat ; consiliumque ejus a cunctis probabatur.

<sup>10</sup> Cohortium alariarum.) Auxiliarum , distinctarum a legionariis , etiam Infra c. 36. sect. 83. Alarie dictæ , quia legio-

nem , seu legionarias cohortes , tanquam aliae , tegerent. In aliis vero auxiliares tam equites , quam cohortes militabant.

## CAPUT XXXIII.

*Afranius, relicto, ad quod incumbebat, opere, se in castra recepit; Petrejus ad vallum advolans colloquia militum impedit; inde omnes jurare cogit, se nunquam deserturos esse duces, neque prodituros. Cæsar adversariorum milites, qui apud eum remanserant, remittit.*

*Multi ex Afranianis se ad Cæsarem conferunt, quod pabulatione laborent.*

**Q**uibus rebus nuntiatis Afranio, ab instituto opere 75 discedit, seque in castra recipit, sic paratus, ut videbatur, ut quicunque accidisset casus, hunc quieto, et æquo animo ferret. Petrejus vero non deserit sese; <sup>ii</sup> armat familiam: cum hac, prætoria cohorte cetratorum, barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, quos sue custodiæ causa habere consueverat, improviso ad vallum advolat; colloquia militum interrupit; nostros repellit ab castris: quos deprehendit, interficit. Reliqui coeunt inter se; et repentina periculo exterriti, sinistras sagis involvunt, gladiosque distringunt: atque ita se a cetratis, equitibusque defendunt, castrorum propinquitate confisi; seque in castra recipiunt; et ab iis cohortibus, quæ erant in statione ad portas, defenduntur. Quibus rebus confectis, flens Petrejus, manipulos 76 circuit, militesque appellat; “neu se, neu Pompejum absentem Imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant, „ obsecrat. Fit celeriter concursus in prætorium. Postulat, ut jurent omnes, se exercitum, ducesque non deserturos, neque prodituros, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. Princeps in hæc verba jurat ipse, ad idem jusjurandum adigit Afranium. Subsequuntur tribuni militum, centurionesque. Centuriatim producti milites idem jurant; edicunt, penes quem quisque sit miles Cæsar, ut producatur. Productos palam in prætorio interficiunt. Sed plerique, quos receperant, celant, noctuque per vallum emit-

<sup>ii</sup> *Armat familiam.) Famulos, libertos, colonos. Voss.*

tunt. Sic terror oblatus a ducibus , crudelitas in suppicio ,  
 nova religio jurisjurandi spem præsentis deditonis sus-  
 tulit, mentesque militum convertit , et rem ad pristinam  
 77 belli rationem redigit. Cæsar, qui milites adversariorum  
 in castra per tempus colloquii venerant , summa diligen-  
 tia conquiri , et remitti jubet: sed ex numero tribunorum  
 militum, centurionumque nonnulli sua voluntate apud eum  
 remanserunt : quos ille postea magno honore habuit.<sup>12</sup>  
 Centuriones in ampliores ordines , equites Romanos in<sup>13</sup>  
 78 Tribunitium restituit honorem. Premebantur Afraniani  
 pabulatione, aquabantur ægre ; frumenti copiam legiona-  
 riī nonnullam habebant , quod dierum xxii. ab Ilerda  
 frumentum jussi erant efferre. Cetrati, auxiliaresque nul-  
 lam , quorum erant et facultates ad parandum exiguae, et  
 corpora insueta ad onera portanda. Itaque magnus eo-  
 rum quotidie numerus ad Cæsarem perfugiebat.

<sup>12</sup> Centuriones in ampliores ve primum, dictum supra.  
 ordines.) De gradibus centurio- <sup>13</sup> In tribunitium honorem re-  
 num usque ad principem , si- stituit. ) Tribunos militum fecit,

## C A P U T    XXXIV.

*Afraniani Ilerdam petituri ex castris profiscuntur,  
 quos Cæsar subsequitur. Aliquod prælium fit. De-  
 scribitur genus pugnæ.*

**I**n his erat angustiis res : sed ex propositis consiliis  
 duobus explicitius videbatur Ilerdam reverti , quod ibi  
 paululum frumenti reliquerant. Ibi se reliquum consilium  
 explicaturos confidebant. Tarraco aberat longius : quo  
 spatio plures rem posse casus recipere intelligebant. Hoc  
 probato consilio , ex castris profiscicuntur. Cæsar, equi-  
 tatu præmisso , qui novissimum agmen<sup>14</sup> carperet, atque  
 impediret, ipse cum legionibus subsequitur. Nullum in-  
 79 tercedebat tempus , quin extremi cum equitibus prælia-  
 rentur. Genus erat hoc pugnæ. Expeditæ cohortes novis-  
 simum agmen claudebant , pluresque in locis campestri-  
 bus subsistebant. Si mons erat adscendendus , facile ipsa

<sup>14</sup> Carperet. ) Ut supra cap. 27. sect. 63. Male quidam cœperer.

loci natura periculum repellebat, quod ex locis superioribus, qui antecesserant, suos adscendentēs protegebant. Cum vallis, aut locus declivis suberat; neque ii, qui antecesserant, morantibus opem ferre poterant, equites vero ex loco superiore in adversos tela conjiciebant: tum magno erat in periculo res: tum inquirebant, ut, cum ejusmodi esset locis appropinquatum, legionum signa consistere juberent, magnoque impetu equitatum repellerent: eo summoto, repente incitato cursu sese in valles universi demitterent, atque ita transgressi rursus in locis superioribus consisterent. Nam tantum ab equitum suorum auxiliis aberant, quorum numerum habebant magnum, ut eos superioribus perterritos præliis, in medium reciperent agmen, ultiroque eos ruerentur: quoniam nulli ex itinere excedere licebat, quin ab equitatu Cæsaris exciperetur.

## CAPUT XXXV.

*Cæsar in monte excelso castra ponit; interim hostes procedunt, et, subsequente Cæsare, acre prælium committitur. Hostes necessario consistentes castra ponunt; quorum deditio[n]em, cum aqua careant, Cæsar exspectat. Hostes jumenta interficiunt.*

Tali dum pugnatur modo, lente, ac paulatim proceditur, crebroque, ut sint auxilio suis, subsistunt, ut tum accidit. Millia enim progressi iv., vehementiusque peragitati ab equitatu, montem excelsum capiunt; ibique una fronte contra hostem castra inniunt, neque jumentis onera deponunt. Ubi Cæsaris castra posita, tabernaculaque constituta, et dimissos equites pabulandi causa animadvertere, sese subito propriunt hora circiter vi. ejusdem diei, et spem nacti more discessu nostrorum equitum, iter facere incipiunt. Qua re animadversa, Cæsar eductis legionibus subsequitur, præsidio impedimentis paucas cohortes relinquit. Hora x. subsequi pabulatores, equitesque revocari jubet. Celeriter equitatus ad quotidianum itineris officium revertitur. Pugnatur acriter ad novissimum

agmen, adeo ut pene terga convertant: compluresque milites, etiam nonnulli centuriones interficiuntur. Instabat agmen Cæsaris, atque universum imminebat.

- 81 Tum vero neque ad explorandum idoneum locum castris, neque ad progrediendum data facultate, consistunt necessario, et procul ab aqua, et natura iniquo loco castra ponunt. Sed iisdem de causis Cæsar,<sup>15</sup> quæ supra sunt demonstratae, prælio non lassit, et eo die tabernacula statui passus non est; quo paratores essent ad insequendum omnes, sive noctu, sive interdiu erumperent. Illi, animadverso vitio castrorum, tota nocte munitiones proferunt,<sup>16</sup> castraque castris convertunt. Hoc idem postero die a prima luce faciunt, totumque in ea re diem consumunt. Sed, quantum ope-  
re processerant, et castra protulerant, tanto aberant ab aqua longius; et præsenti malo aliis malis remedia dabantur. Prima nocte aquandi causa nemo egreditur ex castris. Proximo die, præsidio in castris relicto, universas ad aquam copias educunt: pabulum emit-  
titur nemo. His eos supplices malis Cæsar necessariam subire ditionem, quam prælio decertare malebat. Conatur tamen eos vallo, fossaque circumvenire: ut quam maxime repentinae eorum eruptiones demoretur, quo necessario descensuros existimabat. Ibi et inopia pabuli adducti, et quo essent ad iter expeditiores, omnia sar-  
cinaria jumenta interfici jubent. In his operibus, consiliisque biduum consumitur.

<sup>15</sup> Quæ supra sunt demon-  
stratae.) Cap. 31. sect. 71. hu-  
jus libri.

<sup>16</sup> Castra castris conver-  
tunt.) Commutant, ut vertere  
solum, mutare est. Voss.

## CAPUT XXXVI.

*Utrinque acies instruitur: ordo, et dispositio utriusque exercitus; sine pugna utriusque castra petunt.*

**T**ertio die magna jam pars operis Cæsaris processerat. Illi impediendæ rei causa, hora circiter viii. signo dato, legiones educunt, aciemque sub castris instruunt. Cæsar ab opere legiones revocat, equitatum omnem convenire jubet; aciem instruit. Contra opinionem enim militum, famamque omnium videri prælium diffugisse, magnum detrimentum afferebat. Sed eisdem de causis, quæ sunt cognitæ, quominus dimicare vellet, movebatur; atque hoc etiam magis, quod spatii brevitas, etiam in fugam conjectis adversariis, non multum ad summam victoriæ juvare poterat. Non enim amplius pendum millibus ii. ab castris castra distabant. Hinc duas partes acies occupabant. Tertia vacabat ad incursum, atque impetum militum reicta. Si prælium committeretur, propinquitas castrorum celerem superatis ex fuga receptum dabat. Hac de causa constituerat signa in fermentibus resistere, prior prælio non lacessere. Acies erat Afraniana duplex, legio v., et iiii. in subsidiis locum alariæ cohortis obtinebat. Cæsar's triplex: sed primam aciem quaternæ cohortes ex v. legione tenebant: has subsidiariæ ternæ, et rursus aliæ totidem, suæ cujusque legionis, subsequebantur. Sagittarii, fundatoresque media continebant acie. Equitatus latera cingebat. Tali instructa acie, tenere uterque propositum videbatur; Cæsar, ut nisi coactus, prælium non committeret; ille, ut opera Cæsar's impediret. Producitur tamen res; aciesque ad solis occasum continentur. Inde utriusque in castra discedunt.

## CAPUT XXXVII.

Dum Afranius vadum Sicoris transituri tentant, Cæsar custodias in ripis disponit. Afranius videns se unde quaque obsessum, colloquendi locum petit; concedit Cæsar, et ad ea, quæ Afranius dicit, respondet; dimittitur exercitus.

**P**ostero die munitiones institutas Cæsar parat perficere; illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possent. Qua rē animadversa, Cæsar Germanos levibus armaturæ, equitumque partem flumen transjicit, 84 crebrasque in ripis custodias disponit. Tandem omnibus rebus obssessi, quartum jam diem sine pabulo retentis iumentis, aquæ, lignorum, frumenti inopia, colloquium petunt, et id, si fieri possit, semoto a militibus loco. Ubi id a Cæsare negatum, et, palam si colloqui vellet, concessum est, datur obssidis loco Cæsari filius Afranii. Venitur in eum locum, quem Cæsar deligit. Audiente utroque exercitu, loquitur Afranius: "Non esse aut ipsi, aut militibus succensendum, quod fidem erga imperatorem suum Cn. Pompejum conservare voluerint; sed satis jam fecisse officio, satisque supplicii tulisse, perppersos omnium rerum inopiam: nunc vero<sup>17</sup> pene ut feras circumunitos<sup>18</sup> prohiberi aqua, et egressu; neque corpore dolorem, neque animo ignominiam ferre posse: itaque se victos confiteri; orare, atque obsecrare, si quis locus misericordiae relinquatur, ne ad ultimum supplicium progrederi necesse habeant. Hæc quam potest demississime, atque subjectissime exponit. Ad ea Cæsar respondit: Nulli omnium has partes vel querimoniæ, vel iniserationis minus convenisse. Reliquos enim omnes subi officium præstisset; se, qui etiam bona conditione, et loco, et tempore æquo configere noluerit, ut quem in-

<sup>17</sup> Pene ut feras circumunitos. ) Dionys. Vossius restituit, quod in omnibus libris præce legebatur ut feminæ. Quæ vero feminarum circum-

munitio? inceptæ.

<sup>18</sup> Prohiberi egressu.) Et hanc eidem medietati debet esse, cum ante legeretur ingressu.

tegerrima essent ad pacem omnia : exercitum suum, qui, injuria etiam accepta, suisque interfectis, quos in sua potestate habuit, conservavit, et texerit : illius denique exercitus milites, qui per se de concilianda pace egerint, qua in re omissum suorum vitæ consulendum putarunt. Sic omnium ordinum partes in misericordia constitisse ipsos duces a pace abhorreisse : eos neque colloquii, neque iudiciorum jura servasse ; et homines imperitos, et per colloquium deceptos, crudelissime interfecisse. Accidisse igitur his, quod plerumque hominibus nimia pertinacia, atque arrogantia accidere soleat, ut eo recurrent, et id cupidissime petant, quod paulo ante contempserint : neque nunc se illorum umilitate, neque aliqua temporis opportunitate postulare, quibus rebus augentur opes suæ, sed eos exercitus, quos contra se multos jam annos aluerint, velle dimitti. Neque enim vi legiones alia de causa missas in Hispaniam, septimamque ibi conscriptam, neque tot, tantasque classes paratas, neque submissos duces rei militaris peritos. Nihil horum ad pacandas Hispanias, nihil ad usum provinciarum pro visum, quæ propter diutinatem pacis nullum auxilium desiderarit. Omnia haec iampridem contra se parari; in se<sup>19</sup> novi generis imperia constituvi, ut idem ad portas urbanis praesideat rebus, et duas bellicosissimas provincias absens tot annos obtineat : in se jura magistratum committari; <sup>20</sup> ne ex pretura, et consulatu, ut semper, sed per pavos probati, et electi in provincias mittantur : in se statim excusationem nihil valere, quod superioribus bellis probati, ad obtinendos exercitus evocentur : in se uno non servari, quod sit omniibus datum semper imperatoribus, ut rebus feliciter gestis, aut cum honore aliquo, aut certe sine ignominia domum revertantur, exercitumque dimittant. Quæ tamen omnia et se tulisse patienter, et esse latu-

<sup>19</sup> Novi generis imperia. Proconsulare Pompeji imperium, quo licet illi in Italia ad urbem manere, res unaninas regere, provinciam per legatos administrare.

<sup>20</sup> Ne ex pretura, et consulatu. Et supra cap. 5. sect. 6. hujus libri conquestus fuisse privatis provincias dicens. Nihil de plura ibi.

rum: neque nunc id agere, ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit; sed, ne illi habeant, quo contra se uti possint; proinde, ut esset dictum, provinciis excederent, exercitumque dimitterent. Si id sit factum, nocitum se nemini. Hanc unam, atque extremam pacis esse conditio-  
 nem., Id vero militibus fuit pergratum, et jucundum (ut ex ipsa significatione potuit cognosci) ut qui aliquid victi incommodi exspectavissent, ultiro præmii missionis ferrent. Nam cum de loco, et tempore ejus rei controversia inferretur, et voce, et manibus universi ex vallo, ubi constiterant, significare cœperunt, ut statim dimitterentur: neque omni interposita fide firmum esse posse, si in aliud tempus differretur. Paucis cum esset in utramque partem verbis disputatum, res deducitur, ut ii, qui habent domicilium, aut possessiones in Hispania, statim; reliqui ad Varum flumen dimittantur. Ne quid eis noceretur, neve quis invitus sacramento dicere co-  
 geretur, a Cæsare cavetur. Cæsar ex eo tempore, dum <sup>21</sup> ad flumen Varum veniatur, se frumentum datum pollicetur. Addit etiam, "si quid quisque eorum in bello amiserit, quæ sint penes milites sursum, iis, qui amiserint, restituatur; militibus, æqua facta estimatione, pecuniam pro iis rebus solvit., Quas-  
 cumque postea controversias inter se milites habuerant, sua sponte <sup>22</sup> ad Cæsarem in jus adierunt. Petrejus atque Afranius, cum stipendium ab legionibus pene seditione facta flagitaretur, cuius illi diem nondum venisse dicerent, Cæsar ut cognosceret, postulauit, eoque utrique, quod statuit, contenti fuerunt. Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa, xi. legiones suas antecedere, reliquas subsequi jussit,

<sup>21</sup> Ad Varum flumen. Qui Italianam, Galliamque sub Alpibus distinxerunt.

<sup>22</sup> Ad Cæsarem in jus adierunt.) Veteres libri ad Cæsarem intraduxerunt: posteriores, intus

adierunt, neutrum bene. Sæpe laudatus Dionys. Vossius in *jus adierunt* restituit feliciter. Sic Cicero Verrina vi. quæ de Singulis est, cap. 65. Cum ad prætorem in jus adissetamus.

ut non longo inter se spatio castra facerent: eique negotio <sup>23</sup> Q. Fufium Calenum legatum præfecit. Hoc ejus præscripto ex Hispania ad Varum flumen est iter factum, atque ibi reliqua pars exercitus dimissa est.

<sup>23</sup> Q. Fufium Calenum.) Fufium legendum, non Fufium, ut vulgo editur. Multa ejus mentio apud Ciceronem in Philippicis, VIII. 4. x. 2. xi. 6. XII. 2. ubi meliores libri Fufius habent. Et Dio Cassius lib. xlii. pag. 191. Κοιντου Φουφίου Καληνου ἐπὶ-σρατεύσαντος.

# C. JULII CÆSARIS COMMENTARIORUM DE BELLO CIVILI LIBER SECUNDUS.

## CAPUT I.

C. Trebonius ea, quæ ad oppugnationem Massiliæ necessaria sunt, parat. Crebræ ab Albicis eruptiones ex oppido fiunt.

Dum hæc in Hispania geruntur, C. Trebonius legatus, qui ad oppugnationem Massiliæ relictus erat, duabus ex partibus aggerem, vineas, tressesque ad oppidum agere instituit. Una erat proxima portui, navelibusque, altera ad partem, qua est aditus <sup>1</sup> ex Gallia, atque Hispania ad id mare, quod adigit ad ostium Rhodani. Massiliam enim fere ex tribus oppidi partibus mari alluitur. Reliqua quarta est, quæ aditum habet a

<sup>1</sup> Ex Gallia, atque Hispania sana sunt, in quibus aliquid glos-  
ad id.) inclusa uncis verba male sse latere videtur.

terra. Hujus quoque spatii pars ea, quæ ad arcem pertinet, loci natura, et valle altissima munita, longam, et difficultem habet oppugnationem. Ad ea præficienda opera C. Trebonius magnam jumentorum, atque hominum multitudinem ex omni provincia vocat, vimina, materiamque comportari jubet. Quibus comparatis rebus, aggerem in

<sup>2</sup> altitudinem pedum LXXX. exstruit. Sed tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, tantaque multitudo tormentorum, ut eorum vim nullæ <sup>2</sup> contextæ viminibus vineæ sustinere possent. Asseres enim pedum XII. cuspidibus præfixi, atque hi <sup>3</sup> maximis ballistis missi per IV. ordines cratum in terra desigebantur. Itaque pedalibus lignis conjunctis inter se porticus integebatur, atque hac agger inter manus proferebatur. Antecedebat testudo pedum LX. æquandi loci causa facta, item ex fortissimis lignis evoluta omnibus rebus, quibus ignis jactus, et lapides defendi possent. Sed magnitudo operum, altitudo muri, atque turrium, multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat. Tum crebræ per Albicos eruptiones siebant <sup>ex</sup> oppido, ignesque aggeri, et turribus infrebantur, quæ facile nostri repellebant milites, magnisque ultro illatis detrimentis, eos, qui eruptionem fecerant, in oppidum rejiciebant.

2. *Contextæ viminibus vineæ.*)  
Hinc et materia, et usus machinarum, quas vineas dixerint intelligitur. Adi quod sequitur,  
cap. 3 sect. 9.

3. *Maximis ballistis missi.*)

Ballistæ, machinæ jaculatoriæ, quibus non minora tela, sed trabes vel integræ, vel fissæ, id est, asseres emittebantur. *De asseribus, trabibusque videas etiam Tacit. Hist. IV. 30.*

## CAPUT II.

*L. Nasidius in subsidium Domitii, et Massiliensium cum classe venit, quos de suo adventu certiores factos hortatur, ut cum Bruto configant. Ex utraque parte naves ad acrem pugnam educuntur. Oppidani cujusque sexus, et aetatis victoriam ab Diis exposcunt.*

3 *Laterim L. Nasidius ab Cn. Pompejo cum classe na-*  
*vium xvi., in quibus paucæ erant æratae, L. Domitio,*  
*Massiliensibusque subsidio missus, freto Siciliae, impru-*  
*dente, atque inopinante Curione, provehitur: appulsiisque*  
*Messanam navibus, atque inde propter repentinum terro-*  
*rem principum, ac senatus fuga facta, ex navalibus eorum*  
*unam dederit. Hac adjuneta ad reliquas naves, cursunt*  
*Massiliam versus perficit; præmissaque clam navicula,*  
*Domitium, Massiliensesque de suo adventu certiores fa-*  
*cit, eosque magnopere hortatur, ut rursus cum Bruti*  
*classe, additis suis auxiliis, configant. Massilienses post*  
4 *superius incommodum veteres ad eumdem numerum ex*  
*navalibus productas naves refecerant, summaque indu-*  
*stria armaverant; remigum, gubernatorumque magna*  
*copia suppeditabat, piscatoriasque adjecerant, atque con-*  
*texerant, ut essent ab ictu telorum remiges tuti; has*  
*sagittariis, tormentisque compleverant. Tali modo*  
*instruxerat classe, omnium seniorum, matrumfamiliae,*  
*virginem precibus, et fletu excitati, ut extremo tem-*  
*pore civitati subvenirent, non minore animo, ac fi-*  
*ducia, quam ante dimicaverant, naves condescendunt.*  
*Communi enim sit vitio naturæ, ut invisis, latitan-*  
*tibus, atque incognitis rebus magnis confidamus, ve-*  
*hementiusque exterreamus, ut tum accidit. Adventus*  
*enim L. Nasidii summa spe, et voluntate civitatem*  
*compleverat. Nacti idoneum ventum ex portu exeunt,*<sup>4</sup> et

<sup>4</sup> *Tauroenta, quod est castel-*  
*lum.) Quartus casus Graeco mo-*  
*re, a recto, ut Byzantium chorogra-*  
*graphus scripsit, Taupdeis, Tsu-*

*rovis: quod nomen Melæ <sup>rr.</sup>*  
<sup>5</sup> *Iacobus Vossius reddidit. Pto-*  
*lemeius Trapezuntivus Tauroen-*  
*tium proxime post Massiliam ab*

Tarenta, quod est castellum Massiliensium, ad Nasidium perveniunt: ibique naves expedient, rursusque se ad configendum animo confirmant, et consilia communicant. Dextera pars Massiliensibus atriuitur, sinistra Nasidio. Eodem Brutus contendit, aucto navium numero. Nam ad eas, quæ factæ fuerant Arelate per Cæsarem, captivæ Massiliensium accesserant vi. Has superioribus refecerat diebus, atque omnibus rebus instruxerat. Itaque suos cohortatus, quos integros superavissent, ut victos contemnerent, plenus spei bonæ, atque animi adversus eos proficiuntur. Facile erat ex castris C. Trebonii, atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem, ut omnis juventus, quæ in oppido remanserat, omnesque superioris ætatis cum liberis, atque uxoribus, ex publicis custodiis, aut ex muro ad cœlum manus tenderent, aut templo Deorum immortalium adirent, et ante simulacra projecti victoriam ab Diis exposcerent. Neque erat quisquam omnium, qui non in ejus diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret. Nam et honesti ex juventute, et cuiusque ætatis amplissimi, nominatim evocati, atque obsecrati naves concenderant; ut, si quid adversi accidisset, ne ad conandum quidem sibi quidquam reliqui fore viderent, si superavissent, vel domesticis opibus, vel externis auxiliis, de salute urbis confiderent.

ortu posuit: ex quo Strabonem Casaubonus emendat libr. iv. pag. 124. cuius est *Taupévτιον*, elisa litera, aut amissa. Itinerarium maritimum, quod Anto-

nini nomen præfert: *Tarentum* xii. M. P. a Telone Martio in occasum habet, quod forte etiam *Tauroentum* legendum est.

## CAPUT III.

*Massilienses fortiter pugnant. Impetus in navem Brutè fit. Massilienses aliquot naves amittunt. Cæsariani turrim, et alia opera ad propellendos hostium impetus erigunt: rerum omnium forma describitur. Hostes machinas ædificatas destruere curant.*

**C**ommissio prælio, Massiliensibus res nulla ad virtutem defuit: sed memores eorum præceptorum, quæ paullo ante ab suis acceperant, hoc animo decertabant, ut nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur; et quibus in pugna vitæ periculum accideret, non ita multo se reliquorum civium fatum antecedere existimarent, quibus, urbe capta, eadem esset belli fortuna patienda: deductisque nostris paulatim navibus, et artificio gubernatorum mobilitati navium locus dabatur; et, si quando nostri facultatem nacti ferreis injectis manibus navem religaverant, undique suis laborantibus succurrebant. Neque vero conjuncti Albicis cominus pugnando deficiebant: neque multum cedebant virtute nostris. Simul ex minoribus navibus magna vis eminus missa telorum multa nostris de improviso imprudentibus, atque impeditis vulnera inferebant; conspicataeque naves triremes <sup>11.</sup> navem D. Bruti, <sup>5</sup> quæ ex signo facile agnosci poterat, duabus ex partibus sese in eam incitaverant: sed tantum re provisa, Brutus celeritate navis enisus est, ut parvo momento antecederet. Illæ adeo graviter inter se incitatæ conflixerunt, ut vehementissime utræque ex concursu labarent; altera vero, perfracto rostro, tota collabeficeret. Qua re animadversa, quæ proximæ ei loco ex Bruti classe naves erant, in eas impeditas impetum faciunt, celeriterque ambas deprimunt. Sed Nasidianæ naves nulli usui fuerint, celeriterque pugna excesserunt. Non enim has aut <sup>6</sup> conspectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant.

<sup>5</sup> Quæ ex signo facile agnosci poterat. ) Sic libri veteres: recentiores ex insigni.

<sup>6</sup> Conspectus patriæ. ) Brutii MSS. et Ven. Bononi, et Gryph. respectus.

Itaque ex eo numero navium nulla desiderata est: ex Massiliensium classe v. sunt depressæ, iv. captæ, i. cum Nasidianis profugit, quæ omnes citeriorem Hispaniam petiverunt. At ex reliquis una præmissa Massiliam, hujus nuntii perferendi gratia, cum iam appropinquaret urbi, omnis sese multitudo ad cognoscendum effudit: ac, re cognita, tantus luctus exceptit, ut urbs ab hostibus capta eodem vestigio videretur. Massilienses tamen nihil segnius ad defensionem urbis reliqua apparare cœperunt. Est animadversus ab legionariis, qui dextram partem operis administrabant, ex crebris hostium eruptionibus, magno sibi esse præsidio posse, si pro castello, ac receptaculo turrim ex latere sub muro fecissent, quam primo ad repentinós incursus humilem, parvamque fecerant. Huc se referebant: hinc, si qua major oppresserat vis, propugnabant: hinc ad repellendum, et prosequendum hostem procurabant. Patet hæc quoquaversus pedes xxx., sed parietum crassitudo pedes v. Postea vero, ut est rerum omnium magister usus, hominum adhibita solertia, inventum est, magno esse usui posse, si hæc esset in altitudinem turris elata. Id hac ratione perfectum est.

Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem; eam in parietes instruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parietum structura tegerentur; ne quid emineret, ubi ignis hostium inhæresceret. Hanc insuper contignationem, quantum tectum plutei, ac vinearum passum est, laterculo adstruxerunt: supraque eum locum duo tigna transversa injecerunt non longe ab extremis parietibus, quibus suspenderent eam contignationem, quæ turri tegumento esset futura: supraque ea tigna directo transversas trabes injecerunt, & easque assibus religaverant. Has tra-

<sup>7</sup> Easque assibus religaverunt. Assibus sive axibus, non asseribus, recentiores, quia mox contabulatio vocetur, cui osse, quam asse, aptiores, nisi verbum religare asseribus magis convenit. At omnes harci

veteres, etiam scriptus Brutus, ascribunt. Asses autem sunt tabulæ asseres, trabes fixæ, quales transversæ in tectis sustinerent tegulas. Vide et supra cap. I. sect. 2.

bes paulo longiores, atque eminentiores, quam extre-  
mi parietes erant, effecerunt; ut esset, ubi tegumen-  
ta præpendere possent, ad defendendos ictus, ac re-  
pellendos, dum inter eam contignationem parietes  
exstruerentur: eamque coatabulationem summam la-  
teribus, latoque constraverunt; ne quid ignis hostium  
nocere posset: centonesque insuper injecerunt; ne aut  
tela tormentis missa tabulationem perfringerent, aut  
saxa ex catapultis lateritium discuterent.<sup>8</sup> Storias au-  
tem ex funibus anchorariis tres in longitudinem parie-  
tum in turris, latas iv. pedes fecerunt: easque ex <sup>iiii.</sup> par-  
tibus, quæ ad hostes vergebant, eminentibus trabi-  
bus circum turrim præpendentes religaverunt, quod  
unum genus tegumenti aliis locis erant experti nullo  
telo, neque tormento transjici posse. Ubi vero ea pars  
turris, quæ erat perfecta, tecta, atque munita est  
ab omni ictu hostium; <sup>9</sup> pluteos ad alia opera addu-  
xerunt: turris tectum per se ipsum <sup>io</sup>prehensionibus  
ex contignatione prima suspentere, ac tollere cœper-  
runt; ubi, quantum storiarum demissio patiebatur,  
tantum elevabant. Intra hæc tegumenta abditi, atque  
muniti, parietes lateribus exstruebant: rursusque alia  
prehensione ad ædificandum sibi locum expediebant.  
Ubi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna  
iteni ut primo tecta extremis lateribus instruebant, ex-  
que ea contignatione rursus summam contabulationem,  
storiasque elevabant. Ita tuto, ac sine ullo vulnere,  
ac periculo vi. tabulata exstruxerunt, fenestrasque,  
quibus in locis visum est, ad tormenta mittenda in  
struendo reliquerunt.<sup>10</sup> Ubi ex ea turri, quæ circum <sup>10</sup>  
essent opera, tueri se posse confisi sunt; <sup>11</sup> mu-  
sculum pedes lx. longum ex materia bipedali, quem

<sup>8</sup> *Storius autem ex funibus.*) Ut firmiores essent, ex funibus  
contexebantur: alias ex junco,  
aut simili materia. Levia enim  
et vilia tegumenta sunt.

<sup>9</sup> *Pluteos.*) Macinas, qui-  
bus in opere milites teguntur.

<sup>10</sup> *Prehensionibus.*) Etiam

prehensio genus machinæ, quo  
per modum cochleæ tectum,  
vel tignationes sublevantur, ac  
attolluntur.

<sup>11</sup> *Musculus pedes lx. ion-*  
*gum.*) Musculum machina li-  
dem ad tegendos milites, quæ  
hoc loco accurate descripta est.

a turri lateritia ad hostium turrim , murumque per-  
ducerent , facere instituerunt : cuius musculi hæc erat  
forma . „Duæ primum trabes in solo æque longæ , di-  
stantes inter se pedes iv. collocantur , inque eis co-  
lumellæ pedum in altitudinem v. defiguntur . Has in-  
ter se <sup>12</sup> capreolis molli fastigio conjungunt , ubi ti-  
gna , quæ musculi tegendi causa ponant , collocentur .  
Eo super tigna bipedalia injiciunt : eaque laminis , clav-  
isque religant . Ad extremum musculi tectum , tra-  
besque extremas , quadratas regulas iv. patentes di-  
gitos defigunt , quæ lateres , qui super musculo struan-  
tur , contineant . Ita fastigiato , atque ordinatim struc-  
to , ut trabes erant in capreolis collocatæ , lateri-  
bus , lutoque musculus , ut ab igne , qui ex muro ja-  
ceretur , tutus esset , contegitur : supra lateres coria  
inducuntur ; ne canalibus aqua immissa lateres dilue-  
re posset . Coria autem , ne rursus igni , ac lapidibus  
corrumpantur , centonibus conteguntur . Hoc opus o-  
mne tectum vineis ad ipsam turrim perficiunt , subito-  
que , inopinantibus hostibus , machinatione navalí , <sup>13</sup>  
phalangis subjectis , ad turrim hostium admovent , ut  
<sup>11</sup> sedificio iungatur .“ Quo malo perterriti subito oppi-  
dani saxa , quam maxima possunt , vectibus promo-  
vent , præcipitataque muro in musculum devolvunt .  
Ictum firmitas materiæ sustinet ; et quidquid incidit ,  
fastigio musculi delabitur . Id ubi vident , mutant con-  
silium : cupas tæda , ac pice refertas incendunt , eas-  
que de muro in musculum devolvunt . Inolutæ labun-  
tur , delapse ab lateribus , longuriis , furcisque ab ope-  
re removentur . Interim sub musculo milites vectibus  
infima saxa turris hostium , quibus fundamenta conti-  
nebantur , conveillunt . Musculos ex turri lateritia a  
nostris telis , tormentisque defenditur : hostesque ex

<sup>12</sup> Capreolis molli fastigio  
conjungunt .) Capreoli συγκόντα-  
ται , sunt tigilla hinc atque  
hinc proclinata inter columel-  
las , ut firment illas , ac devin-  
clant , etiam trabes sustineant .

<sup>13</sup> Phalangis subjectis .) In-

fra l. III. cap. 14. sect. 40. di-  
cit subjectis scutulis . Sunt pa-  
langæ , sive phalangæ , fustes  
teretes , qui navibus subjiciuntur ,  
cum attrahuntur ad pel-  
agus , vel ad litora subducuntur .

muro, ac turribus submoventur. Non datur libera muri defendendi facultas. Compluribus jam lapidibus ex ea, quæ suberat, turri subducitis, repentina ruina pars ejus turris concidit: pars reliqua consequens procumbebat.

## CAPUT IV.

*Hostes supplices ad Legatos se conferunt, petentes, ut Cæsur exspectetur; sed de improviso eruptione facta, opera Cæsarianorum incidunt. Hi eos frustra insequuntur. Trebonius amissa reficit.*

**T**um hostes turris repentina ruina commoti, inopinato malo turbati, Deorum ira perculsi, urbis directione perterriti,<sup>14</sup> inermes cum infulis sese portata foras universi proripiunt, ad legatos, atque exercitum supplices manus tendunt. Qua nova re oblata, omnis administratio belli consistit: militesque averuntur a praetorio ad studium audiendi, et cognoscendi fervuntur. Ubi hostes ad legatos, exercitumque pervenerunt, universi se ad pedes projiciunt, orant: „ut adventus Cæsaris exspectetur, captam suam urbem videre, opera perfecta, turrim subrutam; itaque a defensione desistere: nullam exoriri moram posse, quominus cum venisset, si imperata non facerent, ad nuntium e vestigio diriperentur. Docent, si omnino turris concidisset, non posse milites contineri, quin spæ prædæ in urbem irrumperent, urbanique delerent.“ Hæc, atque ejusdem generis complura, ut ab hominibus doctis, magna cum misericordia, fletuque pronuntiantur. Quibus rebus commoti legati, milites ex opere deducunt, oppugnatione desistunt, operibus cu-

<sup>14</sup> Inermes cum infulis sese portata, infulæ capitis velamenta, quibus cum alii, tum, ut hoc loco, supplicantes, et pacem petentes usi sunt. Livius xxx. 36. velata infulis tamisque olearie Carthaginiensium occurrit navis, decein legati erant prin-

cipes civitatis, missi ad petendam pacem, qui cum ad puppim prætoriæ navis accessissent, velamenta supplicum portigentes, orantes, implorantesque fidem, et misericordiam Scipionis.

stodias relinquunt. Induciarum quodam genere miseris-  
cordia facto, adventus Cæsaris exspectatur. Nullum ex  
muro, nullum a nostris mittitur telum. Ut re confe-  
cta, omnes curam, et diligentiam remittunt. Cæsar enim  
per literas Trebonio magnopere mandaverat, ne per  
vim oppidum expugnari pateretur; ne gravius permoti  
milites et defectionis odio, et contemptione sui, et  
diutino labore, omnes puberes interficerent, quod se  
facturos minabantur: ægreque tunc sunt retenti, quin  
oppidum irrumperent: graviterque eam rem tulerunt,  
quod stetisse per Trebonium, quominus oppido poti-  
rentur, videbatur. At hostes sine fide tempus, atque  
14 occasionem fraudis, ac doli querunt: interjectisque  
aliquot diebus, nostris languentibus, atque animo re-  
missis, subito, meridiano tempore, cum alias disces-  
sisset, alius ex diutino labore in ipsis operibus quieti  
se dedisset, arma vero omnia reposita, contencta-  
que essent, <sup>15</sup> portis se foras erumpunt, secundo,  
magnoque vento ignem operibus inferunt. Hunc sic  
distulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, te-  
studo, turris, tormentaque flamمام conciperent, et  
prius hæc omnia consumerentur, quam, quemadmo-  
dum accidit, animadverti posset. Nostri repentina fortu-  
tua permoti arma, quæ possunt, arripunt. Alii ex  
castris sese incitant. Fit in hostes impetus, sed e mu-  
ro sagittis, tormentisque fugientes persequi prohiben-  
tur. Illi sub murum se recipiunt; ibique musculum,  
turrimque lateritiam libere incendunt. Ita multorum  
mensium labor hostium perfidia, et vi tempestatis,  
puncto temporis interiit. Tentaverunt hoc idem Massili-  
enses postero die eamdem nacti tempestatem; majori  
cum fiducia ad alteram turrem, aggeremque eruptione  
pognaverunt; multumque ignem intulerunt. Sed ut supe-  
rioris temporis contentionem nostri omnem remiserant,  
ita proximi diei casu admoniti omnia ad defensionem

<sup>15</sup> Portis se foras erumpunt.)  
Bene, nam et transitivum ver-  
bum est erumpo. Cœlius Cice-  
roni libr. VIII. epist. XIV. ad

bellum se erupit. Et Virgilius  
Georg. I. 445.  
... densa inter nubila sese  
Diversi erumpent radii.

paraverant. Itaque , multis interfectis , reliquos iniecta  
re in oppidum repulerunt. Trebonius ea , quæ sunt amis-  
sa , multo majore studio militum administrare , et resi-  
cere instituit. Nam ubi tantos suos labores , et appara-  
tus male cecidisse viderunt , induciisque per scelus vio-  
latis suam virtutem irrisui fore perdoluerunt , quod , unde  
agger omnino comportari posset , nihil erat reli-  
quum , omnibus arboribus longe , lateque in finibus Mas-  
siliensium excisis , et convectis ; „aggerem novi generis ,  
atque inauditum ex lateritiis duobus muris , senum pe-  
dum crastitudine , atque eorum murorum contignatio-  
nem facere instituerunt , æqua fere altitudine , atque ille  
congestus ex materia fuerat agger. Ubi autem spatiū  
inter muros , aut imbecillitas materiæ postulare videre-  
tur , pile interponuntur , transversaria tigna injiciuntur ,  
quæ firmamento esse possint : et quidquid est conti-  
gnatum , cratibus consternitur , cratesque luto integun-  
tur. „Sub tecto miles dextera , ac sinistra muro tectus ,  
adversus plutei objecto operi quæcumque usui sunt , sine  
periculo supportat. Celeriter res administratur : diuturni  
laboris <sup>16</sup> detrimentum solertia , et virtute militum  
brevi reconcinnatur. Portæ , quibus locis videtur , eru-  
ptionis causa in muro relinquuntur. Quod ubi hostes vi-  
derunt ; ea , quæ diu , longoque spatio refici non posse  
sperassent , paucorum dierum opera , et labore ita re-  
fecta , ut nullus perfidiæ , neque eruptioni locus esset :  
neque quidquam omnino relinquatur , quo aut vi mi-  
litibus , aut igni operibus noceri posset : eodemque exem-  
pli sentiunt totam urbem , qua sit aditus ab terra , mu-  
ro , turribusque circumiri posse , sic , ut ipsis consisten-  
di in suis munitionibus locus non esset , cum pene inaz-  
dilicata in muris ab exercitu nostro mœnia viderentur ,  
ac tela manu conjicerentur ; suorumque tormentorum  
usum , quibus ipsi magna speravissent , spatio propinquitatis  
interire ; parique conditione e muro , ac turribus

<sup>16</sup> Detrimentum reconcinnatur. Ab editoribus hoc verbum insertum est , ut Cicero II. ad Q. fratr. epist. VI. Tribus locis ædifico , reliqua reconcinno. Caesaris autem MSS. et vet. edit. reconciliantur.

bellandi data, virtute se nostris adæquare non posse intellegunt, ad easdem deditiois conditiones recurrunt.

## CAPUT V.

*M. Varro amicissime de Cœsare loquitur. At cognoscens quidquid ad Massiliam gestum fuit, delectum habet, futurus subsidio Massiliensibus, Afranio, et Petrejo.*

17 **M.** Varro in ulteriore Hispania initio cognitis iis rebus, quæ sunt in Italia gestæ, diffidens Pompejanis rebus, amicissime de Cœsare loquebatur: „Præoccupatum sese legatione ab Cn. Pompejo, teaeri obstrictum fide; necessitudinem quidem sibi nihilo minorem cum Cœsare intercedere: neque se ignorare, quod esset officium legati, qui <sup>17</sup> fiduciariam operam obtineret, quæ vires suæ, quæ voluntas erga Cœsarem totius provinciæ. „Hec <sup>18</sup> omnibus ferebat sermonibus; neque se in ullam partem movebat. Postea vero, cum Cœsarem ad Massiliam distineri cognovit, copias Petreji cum exercitu Afrani Esse conjunctas, magna auxilia convenisse, magna esse in spe, atque exspectatione, et consentire omnem citeriorem Provinciam; quæque postea acciderant, de angustiis ad Ilerdam rei frumentariæ accepit; atque hæc ad eum <sup>19</sup> latius, atque inflatius Afranius præscribebat, se quoque ad modum fortunæ movere cœpit. Delectum hauit tota provincia, legionibus completis <sup>20</sup> cohortes circiter xxx. alarias addidit; frumenti magnum numerum coegit, quod Massiliensibus, item quod Afr-

<sup>17</sup> *Fiduciariam operam.*) Operam fidel alicujus commissam. Infra cap. 14. sect. 42. Curio nunquam, amiso exercitu, quem a Cœsare fidel suæ commissum accepit, se in ejus conspectum reversurum, confirmat. Hic ergo fiduciariam operam obtinuit. Hirtilius Bello Alexander. c. 6. sect. 23. fiduciarium regnum dixit, quod Afrinoes deinde tempus commissum erat.

<sup>18</sup> *Omnibus ferebat sermon-*

*nem.*) Veteres codd. referebat; Urfinius ferebat: quod recentioribus placuit. Freinsheimus autem in Curtium indice mavult ferebat; ut hic autor l. viii. cap. 9. Ineunte, etiam ferebant rumoribus natum.

<sup>19</sup> *Latius atque inflatius.*) Ut infra lib. III. cap. 23. sect. 79.

<sup>20</sup> *Cohortes circiter xxx. alarias.*) Vide supra lib. I. cap. 32. sect. 73 de hoc civ. bello.

nio, Petrejoque mitteret; naves longas x. Gaditanis, ut facerent, imperavit; complures præterea Hispali faciendas curavit: pecuniam omnem, omniaque ornamenta <sup>21</sup> ex Fano Herculis in oppidum Gades contulit. Eo vi. cohortes, præsidii causa, ex provincia misit: Cajumque Gallonium, equitem Romanum, familiarem Domitii, qui eo procurandæ hæreditatis causa venerat missus a Domitio, oppido Gadibus præfecit; arma omnia privata, et publica in domum Gallonii contulit. Ipse habuit graves in Cæsarem conciones. Sæpe ex tribunali prædicavit, adversa Cæsarem prælia fecisse, magnum numerum ab eo militum ad Afranium perfugisse; hæc se certis nuntiis, certis auctoribus comperisse.<sup>22</sup>

*21 Ex fano Herculis in oppidum extra muros fiebant. Dixi dum.) Sacra Herculi, tanquam ad Curtiū iv. 2. 4. semper peregrinabundo, quon-*

## CAPUT VI.

*Varro civibus Romanis in Hispania existentibus pecunias, et frumentum imperat, et omnem Hispaniam provinciam jurare cogit in suo, et Pompeji verba: bellum ipse parat. Cæsar, Q. Cassio trib. pleb. in ulteriore Hispaniam misso, magistratus, et omnium civitatum proceres Cordubam ad certam diem convenire jubet. Aliquot oppida portas Varroni claucunt, et altera ex legionibus ab eo deficit. Tandem Varro legionem alteram Cæsari tradit, atque ad eum Cordubam venit.*

**Q**uibus rebus perterritos cives Romanos ejus provinciæ, sibi ad Rempublicam administrandam <sup>22</sup> H. S. cxc., <sup>23</sup> et argenti pondo xx. millia, tritici modios cxx. millia polliceri cogit. Quas Cæsari esse amicas civitates

<sup>22</sup> H. S. cxc.) Adverbialiter legem centies, et nonages sestertia, hoc est, quatuor tonnae et tres quadrantes uncialium nummorum.

<sup>23</sup> Et argenti pondo xx. millia.) Suple librarum, vel libras

pondio, ut ablativus Pondo sit. Libra argenti autem sunt centum drachma seu denarii, qui decim et dimidium uncias efficiunt, qui multiplicati, et millia unciarum sunt argenti non signat.. Vid. Gron. de Sest.

arbitrabatur, iis graviora onera injungebat; qui verba, atque orationem adversus Rempublicam habuissent, eorum bona in publicum addicebat, præsidiaque eo deducebat, et judicia in privatos reddebat: provinciam omnem in sua, et Pompeji verba per iurandum adiebat. Cognitis iis rebus, quæ sunt gestæ in citeriore Hispania, parabat bellum. Ratio autem hæc erat belli, ut secum 11. legionibus Gades conferret, naves, frumentumque omne ibi contineret: provinciam enim omnem Cæsaris rebus favere cognoverat. <sup>24</sup> In insula frumento, navibusque comparatis, bellum duci non difficile existimabat. Cæsar, etsi multis, necessariisque rebus in Italiam revocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere: quod magna esse Pompeji beneficia, <sup>19</sup> et magnas clientelas in citeriore provincia sciebat. Itaque duabus legionibus missis in ulteriorem Hispaniam cum Q. Cassio Tribuno plebis, ipse cum equiib[us] dc. magnis itineribus progeditur, edictumque præmittit, ad quam diem magistratus, principesque omnium civitatum sibi esse presto Cordubæ veller. „Quo edicto tota provincia peryulgato, nulla fuit civitas, quin ad id tempus partem Senatus Cordubam mitteret; nullusve civis Romanus paulo notior, quin <sup>25</sup> ad statutum diem conveniret. Simil ipse Cordubæ conventus per se portas Varroni clausit: custodias, vigiliasque in muro, turribusque disposuit. <sup>26</sup> Cohortes 11., quæ Colonicæ appellabantur, cum eo casu venissent tuendi oppidi causa, apud se retinuit. Iisdem diebus <sup>27</sup> Carmonenses, quæ est lon-

<sup>24.</sup> In insula... bellum duct. In Gadibus insula bellum sustineri, et proferri.

<sup>25.</sup> Ad statutum diem.) Particulum statutum cod. MSS. Carrar. et vet. Ven. et Gryph. expresserunt: quod subaudiu[n]t recentiores. Sed proprius stilo Cæsaris illud legere, quam subaudire.

<sup>26.</sup> Cohortes II. quæ colonicæ.) Cohortes colonicæ sunt in in coloniis conseriptæ: sicut Varro R.R.I. cap. 2. leges co-

lonicas, et Suetonius Aug. 46. decuriones colonicos dixit.

<sup>27.</sup> Carmonenses. ) Carmo, Καρμόν, Straboni libr. III. pag. 97. est urbs Turditanorum, paulo distantiæ a Baeti flumine: Ptolemæo II. 4. Καρκούλα Charmonia: hodie Carmona, sex leucas ab Hispali in ortum. Sequitur, cohortes ejecit, syntaxis ad intellectum relata, quia civitas intercessit, quamquam incisæ disjuncta a verbo.

ge firmissima totius provinciae civitas, deductis <sup>111.</sup>  
in arcem oppidi cohortibus a Varrone praesidio, per  
se cohortes ejicit, portasque præclusit. Hoc vero ma- <sup>20</sup>  
gis properare Varro, ut cum legionibus quamprimum  
Gades contenderet: ne itinere, aut transiectu interclu-  
deretur. Tanta, ac tam secunda in Cæsarem <sup>23</sup> vo-  
luntate provinciae progresso ei paulo longius literæ  
a Gadibus redduntur; simul atque cognitum sit de edi-  
cto Cæsaris, consensisse Gaditanos principes <sup>29</sup> cum  
Tribunis cohortium, quæ essent ibi in præsidio, ut  
Gallonium ex oppido expellerent, urbem, insulamque  
Cæsari servarent. Hoc inito consilio, denuntiavisse  
Gallonio, ut sua sponte, dum sine periculo liceret,  
excederet Gadibus: si id non fecisset, sibi consilium  
capturos. Hoc timore adductum Gallonium Gadibus  
excessisse. His cognitis rebus, altera ex <sup>11.</sup> legionibus,  
quæ Vernacula appellabatur, ex castris Varronis, ad-  
stante, et inspectante ipso, signa sustulit, sese Hi-  
spalim recepit, atque in foro, et porticibus sine ma-  
leficio consedit. Quod factum adeo ejus conventus ci-  
vies Romani comprobaverunt, ut domum ad se quisque  
hospitio cupidissime reciperet. Quibus rebus perterri-  
tus Varro, cum, itinere converso, <sup>30</sup> sese Italicam  
venturum promisisset, certior a suis factus est, præclu-  
sas esse portas. Tum vero, omni interclusus itinere, ad  
Cæsarem mittit, paratum se esse legionem, cui jusselit,  
tradere. Ille ad eum Sext. Cæsarem mittit, atque hoic  
tradi jubet. Tradita legione, Varro Cordubam ad Cæ-  
sarem venit: relatis ad eum publicis rationibus, cum  
fide quod penes eum est pecunia, tradit; et, quod  
ubique habeat frumenti, ac navium, ostendit.

<sup>28</sup> Voluntate provinciae pro-  
gresso.) A Færno hæc lectio, et  
Ciacconio, quos recentes o-  
mnes sequuntur. Veteres libri;  
voluntas reperiebatur. Progres-  
so, &c.

<sup>29</sup> Cum tribunis cohortium.)  
Minores hi tribuni videntur,  
quam sex isti in quilibet legio-

ne, qui illam alternis vicibus  
regebant. Et Plin. <sup>111.</sup> epist. <sup>x1.</sup>  
tribunus cohortis sub Classico  
fuerat. Adi Lipsium <sup>11.</sup> M. R.  
dial. <sup>ix.</sup>

<sup>30</sup> Sese Italicam venturum.)  
Italicam coloniam Hispanæ Bæ-  
ticæ. Vide Geograph. alii legunt  
Iipam; alii Ilipam Italicam.

## CAPUT VII.

*Cæsar civibus Romanis, Hispanis, et aliis gratias agit; inde Gades proficiscitur, postea Tarraconem, unde discedens Nurbonem petit, et ad Massiliam pervenit, ubi intelligit, se a M. Lepido Dictatorem dictum esse.*

**C**æsar, habita concione Gordubæ, omnibus generatim gratias agit: civibus Romanis, quod oppidum in sua potestate studiissent habere; Hispanis, quod præsidia expulissent; Gaditanis, quod conatus adversariorum infregissent; seseque in libertatem vindicasent; tribunis militum, centurionibusque, qui eo præsidii causa venerant, quod eorum consilia sua virtute confirmassent: pecunias, quas erant in publicum Varroni cives Romani polliciti, remittit; bona restituit iis, quos liberius locutos hanc pœnam tulisse cognoverat: tributis quibusdam publicis, privatisque præmiis reliquos in posterum bona spe complet; biduumque Cordubæ commoratus, Gades proficiscitur; pecunias, monumentaque, quæ ex Fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet: provinciæ Q. Cassium præficit. Huic ix. legiones attribuit: ipse iis navibus, quas M. Varro, quasque Gaditani jussu Varronis fecersant, Tarraconem paucis diebus pervenit. Ibi totius fere citerioris provinciæ legationes Cæsaris adventum exspectabant. Eadem ratione privatim, ac publicè quibusdam civitatibus habitis honoribus, Tarracone discedit: pedibusque Narbonem, atque inde Masiliam pervenit. Ibi legem de Dictatore latam, seseque Dictatorem dictum a M. Lepido prætore cognoscit.

## CAPUT VIII.

Dum Massilienses se dedere constituunt, L. Domitius e portu solvit, eis auxilium latus; sed a Bruti navibus dissipatur. Massiliensium deditio. Cæsar, præsidio ad Massiliam relicto, ad Urbem proficiscitur.

**M**assilienses omnibus defessi malis rei frumentariorum ad summam inopiam adducti, bis prælio navalium superati, crebris eruptionibus fusi, gravi etiam pestilentia conflictati ex diutina conclusione, et mutatione victus, (31 panico enim vetere, atque hordeo corrupto omnes alebantur, quod ad hujusmodi casus antiquitus paratum in publicum contulerant,) dejecta turri, labefacta magna parte muri, auxiliis provinciarum, et exercitum desperatis, quos in Cæsaris potestatem venisse cognoverant, sese dedere sine fraude constituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognita Massiliensium voluntate, navibus 111. comparatis, ex quibus 11. familiaribus suis attribuerat, unam ipse concenderat, nactus turbidam tempestatem, est profectus. Hunc conspicatae naves, quæ jussu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis anchoris sequi coeperunt. Ex iis unum ipsius navigium contendit, et fugere perseveraverit, auxilioque tempestatis ex conspectu abiit, duo perterrita concursu nostrarum navium sese in portum receperont. Massilienses arma, tormentaque ex oppido, ut est imperatum, proferunt: naves ex portu, navalibusque educunt, pecuniam ex publico tradunt. Quibus rebus confectis, Cæsar magis eos pro nomine, et vetustate, quam pro meritis in se civitatis, conservans, 11. ibi legiones præsidio relinquunt, cæteras in Italiam mittit, ipse ad urbem proficiscitur.

31 Panico enim vetere.) Panicum minutl grani; quod descriptit frumenti genus, sed vilius, et Plin. xviii. 7.

## CAPUT IX.

*C. Curio ad Aquilariam appellit. L. Cæsar filius Adrumentum profugit, quem sequitur M. Rufus quæstor. Curio Utican proficiscitur, sed aliquantum progressus, Cornelii, et Vari castra explorat. Equitum Numidarum, et Cæsarianorum concursus. Curio omnes naves ad castra Corneliana jubet pervenire.*

- 23** *I*sdem temporibus C. Curio in Africam prefectus ex Sicilia; et jam ab initio copias P. Actii Vari despiciens, **11.** legiones ex **iv.**, quas a Cæsare acceperat, et d. equites transportabat; biduoque, et noctibus **11.** navigatione consumptis, appellit **32** ad eum locum, qui appellatur Aquilaria. Hic locus **33** abest a Clupeis passuum **xxii.** milia, habetque non incommodam æstate stationem, et duabus eminentibus promontoriis continetur. Hujus adventum L. Cæsar filius cum **x.** longis navibus ad Clupeam præstans, (quas naves, Utica ex prædonum bello subductas, P. Actius reficiendas hujus-belli causa curaverat,) veritus navium multitudinem, ex alto refugerat; appulsaque ad proximum litus trireme constrata, et litora reicta, pedibus **34** Adrumentum profugerat. Id oppidum C. Considius Longus unius legionis præsidio tuebatur. Reliquæ Cæsaris naves ejus fuga Adrumentum se receperunt. Hunc secutus M. Rufus Quæstor navibus **xii.**, quas præsidio onerariis navibus Curio ex Sicilia eduxerat, postquam relicta in litora navem conspexit, hanc remulco abstraxit: ipse ad **24** Curionem cum classe reddit. Curio Marcum **35** Uticam na-

**32** *Ad locum, qui appellatur Aquilaria.*) Distantiam quidem noster a Clupeis definit, non autem, in quam plagam situm fuerit: nec ejus allibi mentio.

**33** *Abest a Clupeis.*) Mox dicit ad Clupeam, diverso genere, et numero. Græci fere urbium nomina pluraliter dicunt, quæ Latinis sunt singularia, quamquam et Strabo libr. **vi.** pag. **191.** scripsit quarto casu κληπεαν; perinde ut Livius **xxvi.** **20.** ad Clupeam urbem, et libr. **xxix.**

**32.** prope Clupeam urbem, Græcis eadem Αὐτωὶς dicta. Sita ad Mercurii promontorium, a Carthaginē in ortum æstivum.

**34** *Adrumentum profugerat.*) Urbs nobilis fuit, a Clupea in austrum sita, eodem litora.

**35** *Uticam navibus præmitit.*) Eversa Carthaginē, nec dum restituta, Utica caput fuit provinciæ Africæ, sita ad occasum Carthaginis, interlabente Ba grada fluvio.

vibus præmittit: ipse eodem cum exercitum proficiuntur; biduque iter progressus, ad flumen Bagradam pervenit: ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus relinquit; ipse cum equitatu antecedit ad castra exploranda Corneliana; quod is locus peridoneus castris habebatur. Id autem est jugum directum, enim in mare; utraque ex parte præruptum, atque asperum, sed paulo tamen leniore fastigio ab ea parte, quæ ad Uticam vergit. Abest directo itinere ab Utica paulo amplius passus mille. Sed hoc itinere est fons, quo mare succedit. Longe lateque is locus restagnat: quem si quis vitare voluerit, vi. millium circuitu in oppidum perveniet. Hoc exploro loco, Curio castra Vari conspicit, muro, oppidoque conjuncta ad portam, quæ appellatur Bellica, admodum munita natura loci, una ex parte ipso oppido Utica, altera theatro, quod est ante oppidum, subtractionibus ejus operis maximis, aditu ad castra difficili, et angusto. Simul animadvertisit multa undique portari, atque agi plenissimis viis; quæ repentina tumultus timore ex agris in urbem conferebantur. Huc equitatum mittit, ut diriperet, atque haberet loco prædæ; eodemque tempore his rebus subsidio n.c. equites Numidæ ex oppido, peditesque cd. mittuntur a Varo, quos auxili causa rex Iuba paucis diebus ante Uticam miserat. Huic et paternum hospitium cum Pompejo, et simultas cum Curione intercedebat: quod tribunus plebis legem promulgaverat, qua lege regnum Jubæ publicaverat. Concurrunt equites inter se. Neque vero primum impetum nostrorum Numidæ ferre potuerunt: sed interfectis circiter cxx. reliqui se in castra ad oppidum receperunt. Intervenient longarum navium Curio pronuntiari onerariis navibus jubet, quæ stabant ad Uticam numero circiter cc. „se in hostium habiturum loco, qui non e vestigio ad castra Corneliana vela direxisset.“ Qua pronuntiatione facta, temporis puncto, sublatis anchoris, omnes Uticam relinquunt, et, quo imperatum est, transeunt. Quæ res omnium rerum copia complevit exercitum.

## CAPUT X.

*Curio Imperator appellatus Uticam exercitum dicit, ibi-  
que castra ponit. Curionis equites copias, quæ in auxi-  
lium oppidi veniunt, fugant. multos pedites  
interficiunt.*

**H**is rebus gestis, Curio se in castra ad Bagradam re-  
cipit, atque universi exercitus conclamatione <sup>36</sup> Impera-  
tor appellatur. Postero die Uticam exercitum dicit, et  
prope oppidum castra ponit. Nondum opere castrorum  
perfecto, equites ex statione nuntiant, magna auxilia  
equitum, peditumque ab rege missa Uticam venire, eo-  
demque tempore vis magna pulveris cernebatur: <sup>37</sup> et e-  
vestigio temporis primum agmen erat in conspectu. No-  
vitate rei Curio permotus præmittit equites, qui primum  
impetum sustineant, ac morentur. Ipse celeriter ab ope-  
re deductis legionibus aciem instruit. Equites commit-  
tunt prælium: et priusquam plane legiones explicari, et  
consistere possent, tota auxilia regis impedita, ac per-  
turbata, quod nullo ordine, et sine timore iter fecerant,  
in fugam se conjiciunt: equitatique omni fere incolumi,  
quod se per litora celeriter in oppidum recepit, magnum  
peditum numerum interficiunt.

<sup>36</sup> *Imperator appellatur.) Pro-*  
pter insignem victoriam, ex  
more militiae Romanæ. Vide  
lib. III. B. Civ. cap. 21. sect. 71.  
quæ adnotamus.

<sup>37</sup> *E vestigio temporis.) Sic*  
veteres libri cum præposizione.  
*De formula vides supra libr. VII.*  
*cap. 11. sect. 25.*

## CAPUT XI.

**C**enturiones Marsi a Curione deficientes ad Actium Va-  
rum confugiunt; eique dicunt, exercitum alieno esse in-  
Curionem animo. Varus, et Curio legiones educunt, uter-  
que copias instruit. Quintilius Varus aciem circuit, eam-  
que, ut deficiat, horitur. Magnus timor in castris Cu-  
rionis oritur. Concilium convocatur, protatas in eo sen-  
tentias Curio improbat, dimissoque concilio, milites  
alloquitur, quos in suam sententiam trahit.

**P**roxima nocte centuriones Marsi 11. ex castris  
Curionis cum manipularibus suis xxii. ad Actium Va-

tum perfugiunt. Iti, seu vere, quam habuerant, opinionem perferunt, sive etiam auribus Vari serviant; (nam quæ volumus, et credimus libenter, et quæ sentimus ipsi, reliquos sentire speramus) confirmant quidem certe totius exercitus animos alienos esse a Curione, maxime opus esse in conspectum exercitum venire, et colloquendi dare facultatem. Qua opinione ad ductus Varus postero die mane legiones ex castris educit. Facit idem Curio: atque una vallr non magna interiecta, suas uterque copias instruit. Erat in exercitu <sup>28</sup> Vari Sext. Quintilius Varus, quem fuisse Corfinii <sup>38</sup> supra demonstratum est. Hic dimissus a Cæsare in Africam venerat; legionesque eas transduxerat Curio, quas superioribus temporibus Corfinio receperat Cæsar; adeo ut, paucis mutatis centurionibus, iidem ordines, manipule constant. Hanc nactus appellationis causam Quiactilius, circumire aciem Curionis, atque obsecrare milites cœpit, „ne primi sacramenti, quod apud Domitium, atque apud se Quæstorem dixissent, memoriam deponerent, neu contra eos arma ferrent, qui eadem essent usi fortuna; eademque in obsidione perpessi; non pro iis pugnarent, a quibus in contumeliam perfugæ appellarentur. His pauca ad spem largitionis addit, quæ ab sua liberalitate, si se, atque Actium secuti essent, expectare deberent.“ Hac habita oratione, nullam in partem ab exercitu Curionis fit significatio: atque ita suas uterque copias reducit. At in castris Curionis <sup>29</sup> <sup>39</sup> magnus omnium incessit timor: nam is variis hominum sermonibus celeriter augetur: unusquisque enim opiniones fingebat; et ad id, quod ab alio audierat, sui aliquid timoris addebat. Hoc ubi uno auctore ad plures permanaverat, atque alius alii tradiderat, plures auctores ejus rei videbantur. <sup>40</sup> Civile bellum; genus hominum, cui id liceret libere facere, et sequi

<sup>38</sup> *Supra demonstratum est.) Lib. I. Civ. B. cap. 12. sect. 23.*

<sup>39</sup> *Magnus omnium incessit timor.) Omnia rerum, casuum.*

<sup>40</sup> *Civile bellum; genus hominum, cui.) Locus male sanus. Priori parti, usque vellet, vi-*

detur medicina adhiberi posse. Civile Bellum, quo torpe minus sita partibus ad partes transire; genus hominum, liberum et Romanum, quod, sive cui id, ut Vossius emendandum censuit, liceret libere facere cetera.

quod vellet; legiones ex, quæ paullo ante apud adversarios fuerant: nam etiam <sup>41</sup> Cæsaris beneficium mutaverat consuetudo, <sup>42</sup> qua offerrentur municipia etiam adversis partibus conjuncta.<sup>43</sup> Neque enim ex Marsis, Pelignisque veniebant, ut qui superiore nocte in contuberniis, committonesque nonnulli graviores sermones militum vulgo durius accipiebant. Nonnulla etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur.

<sup>30</sup> Quibus de causis concilio convocato, de summa ruin deliberaare incipit. Erant sententiæ, quæ conandum omnibus modis, cas raue Vari oppugnanda censerent; quod hujusmodi militum consiliis otium maxime contrarium esse arbitrarentur. Postremo præstare dicebant, „per virtutem in pugna belli fortunam experiri, quam desertos, et circumventos a suis gravissimum supplicium pati. Porro erant, qui censerent, de tertia vigilia in Castra Corneliana recedendum; ut majore spatio temporis interjecto militum mentes sanarentur; simul si quid gravius accidisset, magna multitudine navium et tutius, et facilius in Siciliam receptus daretur. *Curio utrumque improbans consilium, quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri superessedicebat: hos turpis simiae fugæ rationem habere, illos etiam iniquo loco dimicandum putare.* Quaenam, *inquit*, fiducia, et opere et natura loci munitissima castra expugnari confidimus? aut vero quid proficimus, si accepto magno detimento, ab oppugnatione castrorum discedimus? Quasi non et felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus, et res adversæ odia concilient. Castrorum autem mutatio, quid habet nisi turpem fugam, et desperationem omnium, et alienationem exercitus? Nam neque prudentes suspicari oportet, sibi parum credi; neque improbos scire, sese timeri; quod illis licentiam <sup>43</sup> timor augeat, nostris studia diminuat. Qod si

<sup>41</sup> Cæsaris beneficium.) Quo captios Corfinii servaverat.

<sup>42</sup> Qua offerrentur municipia.) Ingens hic vitium latet, cui, si ne meliore codice, salus adseriri haud poterit.

<sup>43</sup> Timor augeat.) Vossius ex nostris fecit noster; his mutata simul incisione. Optime illis enim, putta hostibus, augetur timore nostro licentia; his, id est, nostris, minuitur studium eodem timore.

jam, *inquit*, hæc explorata habemus, quæ de exercitu alienatione dicuntur (quæ quidem ego aut omnino falsa, aut certe minora opinione esse confido) quanto hæc dissimulare, et occultare, quam per nos confirmari, præstat? An non uti corporis vulnera, ita exercitus incommoda sunt tegenda, ne spem adversariis augeamus? At etiam, ut media nocte proficiemus, adidunt: quo majorem, credo, licentiam habeant, qui peccare conentur. Namque hujusmodi res aut pudore, aut metu tenentur, quibus rebus nox maxime adversaria est. Quare neque tanti sum animi, ut sine spe castra oppugnanda censem, neque tanti timoris, ut ipse deficiam: atque omnia prius experienda arbitror, magna ex parte jam me una vobiscum de re judicium facturum confido. *Dimisso consilio, concionem advocat* 32  
*militum: commemorat*, quo sit eorum usus studio ad Corfinium Cæsar, ut magnam partem Italæ beneficio, atque auctoritate eorum suam fecerit. Vos enim, vestrumque factum, *inquit*, omnia deinceps municipia sunt secuta; neque sine causa et Cæsar amississime de vobis, et illi gravissime judicaverunt. Pompejus enim nullo prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus Italia excessit: Cæsar me, quem sibi carissimum habuit, provinciamque Siciliam, atque Africam, sine quibus urbem, atque Italiam tueri non potest, vestræ fidei commisit. Adsunt, qui vos horrentur, ut a nobis desciscatis. Quid enim est illis optatus, quam uno tempore et nos circumvenire, et vos nefario scelere obstringere? Aut quid irati gravius de vobis sentire possunt, quam ut eos prodatis, qui se vobis omnia debere judicant? et in eorum potestatem veniatis, qui se per vos perisse existimant? An vero in Hispania res gestas Cæsaris non auditis? Duos pulsos exercitus? Duos superatos duces? Duas receptas provincias? Hæc acta diebus xi., quibus in conspectum adversiorum venerit Cæsar? An qui in columnes resistere non potuerunt, perditi resistant? Vos autem incerta Victoria Cæsarem secuti, dijudicata jam belli fortuna victum sequamini, cum vestri

oficii præmia percipere debeatis? 44 Desertos enim se, ac proditos a vobis dicunt, et prioris sacramenti mentionem faciunt. Vosne vero L. Domitium, an vos L. Domitius deseruit? Nonne extremam pati fortunam paratos projectit ille? Non sibi clam vobis salutem fuga petivit? Non proditi per illum, Cæsaris beneficio estis conservati? Sacramento quidem vos tenere qui potuit, cum, projectis fascibus, et deposito imperio, privatus, et captus ipse in alienam venisset potestatem? Relinquitur nova religio, ut eo neglecto sacramento, quo nunc tenemini, respiciatis illud, quod demditione ducis, et capitis deminutione sublatum est. At credo, si Cæsarem probatis, in me offenditis, qui de meis in vos meritis prædicaturus non sum, quæ sunt adhuc et mea voluntate, et vestra exspectatione leviora: sed tamen sui laboris milites semper eventu belli præmia petiverunt, qui qualis sit futurus, ne vos quidem dubitatis. Diligentiam quidem nostram, aut quem ad finem adhuc res processit, fortunamque cur præteream? An pœnitet vos, quod salvum, atque in columnam exercitum, nulla omnino nave desiderata, transduxerim? quod classem hostium primo impetu adveniens profligaverim? quod bis per biduum equestri prælio superaverim? quod ex portu, sinuque adversariorum cc. naves onerarias adduxerim? eoque illos compulerim, ut neque pedestri itinere, neque navibus commeatu juvari possint? Hac vos fortuna, atque his ducibus repudiatis, Corsiniensem ignominiam, an Italiae fugam, an Hispaniarum deditiōnem, an 45 Afri- ci belli præjudicia sequimini? Equidem me Cæsa- ris militem dici volui; vos me Imperatoris nomine appellavistis. Cujus si vos pœnitet, vestrum vobis be- neficium remitto: mihi meum restituite nomen, ne 33 ad contumeliam honorem dedisse videamini. "Qua ora- tione permoti milites crebro etiam dicentem interpell-

44. *Desertos enim se, ac pro-  
ditos.) Enim nihil hoc loco in-  
fert, sed autem valet: ut su-  
pra libr. v. cap. 4. sect. 5.*

45. *Afri ci belli præjudicia.)*

*Influsta Pompejanis eques-  
tria prælia, quibus a Curio-  
ne victi, fugatique erant, su-  
pra cap. 13. sect. 26.*

Iabant, ut magno cum dolore infidelitatis suspicionem sustinere viderentur. Discedentem ex concione universi cohortantur, magno sit animo, neu dubitet prælium committere, et suam fidem, virtutemque experiri. Quo facto commutata omnium voluntate, et opinione, consensu summo constituit Curio, cum primum sit data potestas, prælio rem committere.

## CAPUT XII.

*Curio milites productos in acie collocat; idem facit Varus. Hostes ab equitatu Curionis fugantur. Rebilus Cæsar is Legatus Curionem ad insequendum hostem perterritum hortatur. Variana acies fugit. Fabius interficitur. Curio exercitum in castra, Varus in opidum reducit.*

**P**ostero die productos loco eodem, quo superioribus diebus constiterat, in acie collocat. Ne Varus quidem Actius dubitat copias producere; sive sollicitandi milites, sive æquo loco dimicandi detur occasio, ne facultatem prætermittat. Erat vallis inter duas acies,<sup>46</sup> ut supra demonstratum est, non ita magno, ac difficiili, et arduo adscensu. Hanc uterque, si adversariorum copiæ transire conarentur, exspectabat, quo æquiore loco prælium committeret. Simul e sinistro cornu P. Actii equitatus omnis, et una levis armaturæ interjecti complures, cum se in vallem demitterent, cernebantur. Ad eos Curio equitatum, et duas Marrucinorum cohortes mittit, quorum primum impetum equites hostium non tulerunt, sed amissis equis, ad suos refugerunt; relictj ab iis, qui una procurrerant, levis armaturæ circumveniebantur, atque interficiebantur a nostris. Huc tota Vari conversa acies suos fugere, et concidi videbat. Tum Rebilus legatus Cæsar is, quem Curio secum ex Sicilia duxerat, quod magnum habere usum in re militari sciebat: "Perterritum, inquit, hostem vides, Curio. Quid dubitas ut temporis opportunitate? Ille unum elocutus, ut memo-

<sup>46</sup> Ut supra demonstratum.) Cap. 11. sect. 27.

ria tenerent milites ea, quæ pridie sibi confirmassent, se-  
qui sese jubet, et præcurrat ante omnes: adeoque erat  
impedita vallis, ut in adscensu, nisi sublevati a suis,  
primi non facile eniterentur. Sed præoccupatus ani-  
mus Actianorum militum timore, et fuga, cæde suo-  
rum, nihil de resistendo cogitabat, omnesque jam se  
ab equitatu circumveniri arbitrabantur. Itaque prius,  
quam telum adjici posset, aut nostri proprius accederent,  
omnis Vari acies terga vertit, seque in castra recepit.  
35 Qua in fuga Fabius Pelignus quidam, ex infimis ordi-  
nibus, de exercitu Curionis, primum agmen fugientium  
consecutus, magna voce Varum nomine appellans re-  
quirebat, uti unus esse ex ejus militibus, et monere  
aliquid velle, ac dicere videretur. Ubi ille sæpius ap-  
pellatus adspexit, ac restitit, et quis esset, aut quid  
vellet, quæsivit, humerum apertum gladio appetit,  
paulumque abfuit, quin Varum interficeret. Quod ille  
periculum, sublato ad ejus conatum scuto, vitavit.  
Fabius a proximis militibus circumventus interficitur.  
Hac fugientium multitudine, ac turba portæ castro-  
rum occupantur, atque iter impeditur: pluresque in eo  
loco sine vulnere, quam in prælio, aut fuga, inte-  
reunt. Neque multum abfuit, quin etiam castris ex-  
pellerentur: ac nonnulli protinus eodem cursu in op-  
pidum contenderunt. Sed cum loci natura, tum muni-  
tio castrorum aditum prohibebat: quod ad prælium  
egressi Curionis milites iis rebus indigebant, quæ ad  
oppugnationem castrorum erant usui. Itaque Curio exer-  
citum in castra reducit, suis omnibus præter Fabium  
incolumibus, ex numero adversariorum circiter dc. in-  
terfectis, ac cc vulneratis: qui omnes discessu Cu-  
rionis, multique præterea, per simulationem vulne-  
rum, ex castris in oppidum propter timorem sese re-  
cipiunt. Qua re animadversa, Varus, et terrore exer-  
citus cognito, buccinatore in castris, et paucis ad spe-  
ciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exer-  
citum in oppidum reducit.

## CAPUT XIII.

*Curio obsidionem Uticæ parat. Uticenses de deditione loquuntur. Nuntii de adventu Juba Curioni non ignoti oppidanos confirmant. Curio se in castra Corneliana recipit, eaque munit.*

**P**ostero die Curio Uticam obsidere, et vallo circum-<sup>36</sup>  
munire instituit. Erat in oppido multitudo insolens  
belli, diuturnitate otii: Uticenses pro quibusdam Cæ-  
sar is in se beneficiis illi amicissimi; conventus, qui  
ex variis generibus constaret; terror ex superioribus  
præliis magnus. Itaque de deditione omnes palam lo-  
quebantur, et cum P. Actio agebant, ne sua pertina-  
cia omnium fortunas perturbari vellet. Hæc cum age-  
rentur, nuntii præmissi ab rege Juba venerunt, qui  
illum cum magnis copiis adesse dicerent, et de custo-  
dia, ac defensione urbis hortarentur; quæ res eorum  
perterritos animos confirmavit. Nuntiabantur hæc ea-<sup>37</sup>  
dem Curioni, sed aliquandiu fides fieri non poterat: tan-  
tam habebat suarum rerum fiduciam. Jamque Cæsar is in Hispania res secundæ in Africam nuntiis, ac lite-  
ris perferebantur. Quibus omnibus rebus sublatu s, ni-  
hil contra se Regem missurum existimabat. Sed ubi cer-  
tis auctoribus comperit, minus v. et xx. millibus lon-  
ge ab Utica ejus copias abesse; relictis munitionib-  
us, sese in castra Corneliana recepit. Huc frumentum  
comportare, castra munire, materiam conferre cœpit,  
statimque in Siciliam misit, uti 11. legiones, reli-  
quusque equitatus ad se mitteretur. Castra erant ad bel-  
lum ducendum aptissima natura, et loci munitione, et  
maris propinquitatē, et aquæ, et salis copia, cujus ma-  
gna vis jam ex proximis erat salinis eo congesta. Non  
materia multitudine arborum, non frumentum, cujus  
erant plenissimi agri, deficere poterat. Itaque suorum  
omnium consensu Curio reliquas copias exspectare, at  
bellum ducere parabat.

## CAPUT XIV.

*Curio intelligit, Jubam in regno remansisse, sed ejus præfectum Sabuvam Uticæ appropinquare: quare Curio prælium committere constituit, et ab equitatu a Curione præmisso hostes in castris opprimuntur; captivi ad Curionem perducuntur; is procedit ad hostium castra.*

<sup>38</sup> **H**is constitutis rebus, probatisque consiliis, ex perfugis quibusdam oppidanis audit, Jubam revocarum finitimo bello, et <sup>47</sup> controversiis Leptitanorum restitisse in regno, Saburam ejus præfectum cum mediocribus copiis missum Uticæ appropinquare. <sup>48</sup> His auctoribus temere credens, consilium commutat, et prælio rem committere constituit. Multum ad hanc rem probandam adjuvat adolescentia, magnitudo animi, superioris temporis proventus, fiducia rei bene gerendæ. His rebus impulsus equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit, ad flumen Bagradanum, quibus præerat Sabura, de quo ante erat auditum. Sed rex omnibus copiis insequebatur, et vi. millium passuum intervallis a Sabura conserderat. Equites missi nocte iter consciunt. Imprudentes, atque inopinantes hostes aggrediuntur. Numidæ enim quadam barbara consuetudine nullis ordinibus passim conserderant. Hos oppressos somno, et dispersos adorti, magnum eorum numerum interficiunt. Multi perterriti profugiunt. Quo facto,  
<sup>39</sup> ad Curionem equites revertuntur, captivosque ad eum reducunt. Curio cum omnibus copiis quarta vigilia exierat, cohortibus v. castris præsidio reliectis. Progressus millia

<sup>47</sup> *Controversiis Leptitanorum.* At Leptitani majores in medio sinu Syrrium, longe a Numidia, Jubæ regno, remoti, tota provincia proconsulari interacente; minores autem in ipsa provincia ad eundem sinum: quomodo igitur finitimo bello revocatus dici potest? Ni-

hilominus ita constanter libri, vero an corrupto nomine, judicent alii: mihi dubitare liceat.

<sup>48</sup> *His auctoribus temere credens.* Froncinus libr. II. Stratag. cap. v. sect. 40. Juba Curionis animum simulato regressu impulit in vanam alacritatem. Lege reliqua.

passum v. equites convenit; rem gestam cognovit: ex captivis quærerit, quis castris ad Bagradam præsit. Respondent, Saburam. Reliqua, studio itineris conficiendi, quærere prætermittit, proximaque respiciens signa; “Videtisne, inquit, milites, captivorum orationem cum perfugis convenire? Abesse regem, exiguae esse copias missas, quæ paucis equitibus pares esse non potuerunt. Proinde ad vrædam, ad gloriam properate: ut jam de præmiis vestris, et de referenda gratia cogitare incipiamus.”

## CAPUT XV.

*Equites Curionis ea, quæ gesserant, laudibus extollunt. Juba certior factus a Sabura de prælio, subsidium ei mittit. Sabura copias instruit, quibus quedam manda-ta dat. Curio copias in campum dederat. Utrinque militibus ad pugnam excitatis, committitur prælium. Curionis milites tum timore, tum rerum inquo statu turbantur. Curio una cum omnibus militibus occiditur.*

**E**rant per se magna, quæ gesserant equites, præsertim cum eorum exiguus numerus cum tanta multitudine Numidarum conferretur. Hæc tamen ab ipsis inflatius commemorabantur, ut de suis homines laudibus libenter prædicant. Multa præterea spolia præferebantur; capti homines, equitesque producebantur, ut quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur. Ita spei Curionis militum studia non deerant. Equites sequi jubet sese, iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri posset. At illi itinere totius noctis confecti subsequi non poterant; atque alii allo loco resistebant. Ne hæc quidem res 40 Curionem ab spe morabatur. Juba certior factus a Sabura de nocturno prælio, 11. millia Hispanorum, et Gallorum equitum, quos suæ custodiæ causa circum se habere consueverat, et peditum eam partem, cui maxime confidebat, Saburæ submittit. Ipse cum reliquis copiis, elephantisque xi. lentius subsequitur, suspica-

tus, præmissis equitibus, ipsum affore Curionem. Sabura copias equitum, peditumque instruit, atque his imperat, ut simulatiore timoris paulatim cedant, ac pedem referant: sese, cum opus esset, signum prælii daturum; et, quod rem postulare cognovisset, imperaturum. Curio ad superiorem spem addita præsentis temporis opinione, hostes fugere arbitratus, copias ex locis superioribus in campum deducit. Quibus ex locis cum longius esset progressus, confecto jam labore exercitu, xvi. millium spatio, consistit. Dat signum suis Sabura, aciem constituit, et circumire ordines, atque hortari incipit, sed peditatu dumtaxat procul ad speciem utitur; equites in aciem mittit. Non deest negotio Curio: suosque hortatur, ut spem omnem in virtute reponant. Nec militibus quidem, ut defessis; neque equitibus, ut paucis, et labore confectis, studium ad pugnandum, virtusque deerat. Sed ii erant numero cc. Reliqui in itinere substituerant. Hi quamcumque in partem impetum fecerant, hostes loco cedere cogebant. Sed neque longius fugientes prosequi, nec vehementius equos incitare poterant. At equitatus hostium ab utroque cornu circumire aciem nostram, et <sup>49</sup> aversos proterere incipit. Cum cohortes ex acie procurrissent, Numidæ integri celeritate impetum nostrorum effugiebant; rursusque ad ordines suos se recipientes circumibant, et ab acie excludebant. Sic neque in loco manere, ordinesque servare, neque procurrere, et casum subire, tutum videbatur. Hostium copiæ submissis ab rege auxillis crebro augebantur. <sup>50</sup> Nostros vires lassitudine deficiebant. Simul ii, qui vulnera acceperant, neque acie excedere, neque in locum tutum referri poterant, quod tota acies equitanu hostium circumdata tenebatur. Hi de sua salute desperantes, ut extremo vitae tempore homines facere consueverunt, aut suam mortem miserabantur, aut parentes suos commendabant, si quos ex eo periculo for-

<sup>49</sup> Aversos proterere. ) A non nostris. Atque ita supero cædere incipit.

<sup>50</sup> Nostros vires lassitudine deficiebant. ) Sic plures libri, eo res frumentaria deferebantur.

tuna servare potuisset. Plena erant omnia timoris, et luctus. Curio, ubi perterritis omnibus neque cohortationes suas, neque preces audiri intelligit, unam, ut in miseris rebus, spem reliquam salutis esse arbitratus, proximos colles capere universos, atque eo inferri signa jubet. Hos quoque praeworxat missus a Sabura equitatus. Tum vero ad summam desperationem nostri pervenient: et partim fugientes ab equitatu interficiuntur, partim integris procumbunt. Hortatur Curionem Cn. Domitius praefectus equitum, cum paucis equitibus circumstens, ut fuga salutem petat, atque in castra contendat; et se ab eo non discessurum pollicetur. At Curio, nunquam amissso exercitu, quem a Cæsare fidei suæ communissum acceperit, se in ejus conspectum reversum, confirmat; atque ita prælians interficitur. Equites perpauci ex prælio se recipiunt. Sed ii, quos ad novissimum agmen, equorum resaciendorum causa, substitisse demonstratum est, fuga totius exercitus procul animadversa, sese incolumes in castra conferunt. Milites ad unum omnes interficiuntur.

## CAPUT XVI.

*M. Rufus suos cohortatur, ut magno animo sint, pertinibusque transitum in Siciliam pollicetur. Jubæ, et Vari adventus falso nuntiatur. Major pars copiarum se Varo dedit, plures ex eis jussu Jubæ interficiuntur, Varus in regnum se recepit.*

**H**is rebus cognitis, M. Rufus quæstor in castris re- 43 lictus a Curione cohortatur suos, ne animo deficiant. Illi orant, atque obsecrant, ut in Siciliam navibus reportentur. Pollicetur, magistrisque imperat navium, ut primo vespere omnes scaphas ad litus appulsas habeant. Sed tantus fuit omnium terror, ut alii adesse copias Jubæ dicerent, alii cum legionibus instare Varum, jamque se pulverem venientium cernere, quarum rerum nihil omnino acciderat; alii classem hostium celeriter advolaturam suspicarentur. Itaque perterritis omnibus, sibi quisque consuliebat. Qui in classe

erant, proficiisci properabant. Horum fuga navium oneriarum magistros incitabat. <sup>51</sup> Pauci lenunculi ad officium, imperiumque conveniebant. Sed tanta erat completis litoribus contentio, qui potissimum ex magno numero concenderent, ut multitudine, atque onere non nulli deprimerentur, reliqui ob timorem proprius adire 44 tardarentur. Quibus rebus accidit, ut pauci milites, patresque familie, qui aut gratia, aut misericordia valerent, aut naves adnare possent, recepti in Siciliam incolunes pervenirent. Reliquæ copiæ, missis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus, sese ei dediderunt. Quorum cohortes militum Juba postero die ante oppidum conspicatus, suam esse prædicans prædanū, magnam partem eorum interfici jussit: paucos electos in regnum remisit. Cum Varus suam fidem ab eo lædi quereretur, neque resistere aunderet; ipse equo in oppidum vectus, prosequentibus compluribus senatoribus, quo in numero erat Serv. Sulpicius, et Licinius Damasippus, paucis diebus, quæ fieri vellet, Uticæ constituit, atque imperavit, diebusque post paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit.

<sup>51</sup> *Pauci lenunculi.*) Nonius Marcellus: Lenunculus navium piscatorium, qui ex Sallustii Hist. II. adfert: per noctem in lenunculo piscantis. In Glossis scribitur lemunculus, quod putes a lembunculus quo Tacit-

tus XIV. 5. usus est, originem habere. Sed etiam inscriptiones veteres corporis LENUNCULARIORUM mentionem tecerunt, quod vulgarem scripturam confirmat.

C. JULII CÆSARIS  
 COMMENTARIORUM  
*DE BELLO CIVILI*  
 LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

*Cæsar, et Servilius consules creantur: Cæsaris jussu possessiones aestimantur, ut creditoribus satisfiat. Ipse interim, nonnullis, qui ambitus damnati fuerant, restitutis, Brundusium petit, quo et exercitum proficisci jubet.*

**D**ictatore habente comitia Cæsare, consules creantur Julius Cæsar, et <sup>1</sup> P. Servilius. Is enim erat <sup>2</sup> annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. His rebus confectis, cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniae solverentur, constituit, ut arbitri darentur: per eos fierent estimationes possessionum, et rerum, quænti quæque earum ante bellum fuissent, atque eæ creditoribus traderentur. Hoc et ad <sup>3</sup> timorem novarum tabularum tollendum, minuendumque, (qui fere bella, et civiles dissensiones sequi consuevit) et ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimavit. Item prætoribus, tribu-

<sup>1</sup> P. Servilius.) Isaurici filius, qui et ipse Isauricus cognominauit Plut, in Cæs.

<sup>2</sup> Annus, quo per leges ei consulem fieri.) Annus decimus a primo consulatu Livius VII. 42.

<sup>3</sup> Timorem novarum tabularum.) De ære alieno debitoribus

relaxando. Semper hæ fax turbarum ad plebem in optimates ascendendam, ut Livius XXXII. 38. dixit, fuerunt: quas prudenter Cæsar temperavit aestimatione, ut hoc loco, et apud Suetonium cap. 42.

nisque plebis rationes ad populum ferentibus, nonnullos <sup>4</sup> ambitus Pompeja lege damnatos illis temporibus, quibus <sup>5</sup> in urbe præsidia legionum Pompejus haberat, (quæ judicia, aliis audientibus judicibus, aliis sententiam ferentibus, singulis diebus erant perfecta) integrum restituit, qui se illi initio civilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti vellet, proinde æstimans, ac si usus esset, quoniam sui fecissent potestatem. Statuerat enim hos prius judicio populi debere restituī, quam suo beneficio videri receptos; ne aut ingratius in referenda gratia, aut arrogans in præcipiendo <sup>6</sup> populi beneficio videretur. His rebus, et <sup>6</sup> feriis Latinis, comitiisque omnibus perficiendis xi. dies tribuit, dictaturaque se abdicat, et ab urbe proficiscitur, Brundusiumque pervenit. Eo legiones xii. equitatum omnem venire jusserat. Sed tantum navium reperit, ut <sup>7</sup> anguste xx. millia legionariorum militum, et n. equites transportari possent. Hoc unum inopia navium Cæsari ad conficiendi belli celeritatem defuit. Atque eæ copiæ ipsæ hoc infrequentiores imponuntur, quod multi Gallicis tot bellis defecerant, longumque iter ex Hispania magnum numerum deminuerat: et gravis autumnus in Apulia, circumque Brundusium, ex saluberrimis Galliæ, et Hispaniæ regionibus, omnem exercitum valetudine tentaverat.

<sup>4</sup> Ambitu Pompeja lege damnator.) De qua lege Dion. Cass. libr. xl. pag. 145.

<sup>5</sup> In urbe præsidia legionum haberat.) Tempore quo Pompejus consul sine collega erat. Vide Dionem jam dicto loco, et Cic. pro Milone cap. I.

<sup>6</sup> Feriis Latinis.) In monte Albano peractis, sine quibus

consules auspicato in bellum haud proficiscebantur. Dion. Cass. xlvi. pag. 313.

<sup>7</sup> Anguste xx. millia. Veteri libri xv. millia: Scaliger xx. quem plerique sequuntur. quia hoc proprius cum vii. legionibus, infra c. 3. sect. 6. (nisi et ipsum minus est) conveniat.

## CAPUT II.

Pompejus, præter magnam pecuniam, ex multis regionibus classem cogit. Omnia ad bellum necessaria comparat. Summum rei maritimæ imperium M. Bibulo defertur.

**P**ompejus annum spatium ad comparandas copias nactus, quod vacuum a bello, atque ab hoste otiosum fuerat, magnam ex Asia, Cycladibusque insulis, Corcyra, Athenis, Ponto, Bithynia, Syria, Cilicia, Phœnice, et Ægypto classem coegerat, magnam quoque omnibus locis ædificandam curaverat; magnam imperatam Asiæ, Syriæ, regibusque omnibus, et dynastis, et tetrarchis, et liberis Achajæ populis pecuniam exegerat; magnam societas earum provinciarum, quas ipse obtinebat, sibi numerare coegerat. Legiones efficerat civium Romanorum ix. : v. ex Italia, quas transduxerat: unam ex Sicilia veteranam, quam factam ex duabus Gemellam appellabat; unam ex Creta, et Macedonia ex veteranis militibus, qui dimissi a superioribus imperatoribus in iis provinciis conserverant; ii. ex Asia, quas Lentulus Coss. conscribendas curaverat. Præterea magnum numerum ex Thessalia, Boeotia, Achaja, Epiroque, suplementi nomine, in legiones distribuerat. His Antonianos milites admiscuerat. Præter has expectabat cum Scipione ex Syria legiones ii., sagittarios ex Creta, Lacedæmone, Ponto, atque Syria reliquisque civitatibus iii. millia numero habebat; funditorum cohortes vi. mercenarias ii.; equltum vii. millia, ex quibus d. Gallos Dejotarus adduxerat, d. Ariobarzanes ex Cappadocia, ad eundem numerum Cotus ex Thracia dederat, et Sadalem filium miserat. Ex Macedonia cc. erant, quibus Rascipolis præter excellenti virtute; d. ex Gabinianis Alexandria, Galli, Germanique, quos sibi A. Gabinius præsidii causa apud regem Ptolemæum reliquerat. Pompejus filius cum classe adduxerat cccc., quos ex servis suis, pastorumque suorum coegerat; ccc. Tarcundarius Ca-

stor, et Donilaus ex Gallogræcia dederant; horum alter una venerat, alter filium miserat, cc. ex Siria a<sup>8</sup> Comageno Antiocho, cui magna præmia Pompejus tribuit, missi erant, in his plerique<sup>9</sup> Hippotoxotæ. Huc<sup>10</sup> Dardanos, Bessos, partim mercenarios, partim imperio, aut gratia comparatos, item Macedonas, Thessalos, et reliquarum gentium, et civitatum adjecerat; atque eum, quem supra demonstravimus, numerum expleverat. Fumenti vim maximam ex Thessalia, Asia, Ægypto, Creta, Cyrenis, reliquisque regionibus comparaverat. Hiemare Dyrrachii, Apollonæ, omoibusque oppidis maritimis constituerat, ut mare Cæsarem transire prohiberet. Ejus rei causa omni ora maritima classem disposuerat. Præterat Ægyptiis navibus Pompejus filius; Asiaticis D. Lælius, et C. Triarius; Sircacis C. Cassius; Rodiis C. Marcellus cum Pompejo: Liburnicæ, atque Achaicæ classi Scribonus Libo, et M. Octavius. Toti tamen officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat. Ad hunc summa imperii respiciebat.

<sup>8</sup> Comageno Antiocho.) Quem Εἵδειτ, sagitarii equestres.  
Pompejus extremæ sub Tauro <sup>10</sup> Dardanos, Bessos.) Dar-  
Syriæ, quæ Comagene dicitur, dani, populus Mœsiæ superioris,  
præposuerat: de quo et Cicero Illyrium, et Macedoniam versus;  
libr. xv. epist. 1. ad senatum. Bessi, Traciæ sunt in Hæmo-  
<sup>9</sup> Hippotoxotæ.) Ιπποτοξο-

monte.

### CAPUT III.

Cæsar naves solvit: inde milites ad Palæsten exponit. Ex navibus, quæ Brundusium revertuntur ad transpor-tandam reliquam exercitus partem, xxx. Bibulus incen-dit. M. Octavius Issam a Cæsare avertit: Salonas op-pugnant: ob sessi irruptione facta Octavianos castris exeunt. Octavius Dyrrachium se recipit.

<sup>6</sup> **C**æsar, ut Brundusium venit, concionatus apud mi-lites, quoniam prope ad finem laborum, “ac peri-cularum esset perventum, æquo animo mancipia, at-que impedimenta in Italia relinquenter; ipsi expediti naves concenderent, quo major numerus militum pos-

set imponi; omniaque ex victoria, et ex sua liberalitate sperarent: *conclamantibus omnibus*, imperaret, quod vellet; quodcumque imperavisset, se æquo animo esse facturos;,, pridie non. Januar. naves solvit, impositis,<sup>11</sup> ut supra demonstratum est, legionibus vii. Postridie<sup>12</sup> terram attigit Cerauniorum, saxe inter, et alia loca periculosa quietam nactus stationem, et portus omnes timens, quos teneri ab adversariis arbitrabatur,<sup>13</sup> ad eum locum, qui appellabatur Palæste, omnibus navibus ad unam incolumibus, milites exposuit. Erat Orici Lucretius Vespollo, et Minucius Rufus cum<sup>7</sup> Asiaticis navibus xviii; quibus jussu D. Lælii præerant; M. Bibulus cum navibus cx. Corcyrae. Sed neque ii sibi confisi ex portu prodire sunt ausi, cum Cæsar omnino xii. naves longas præsidio duxisset, in quibus erat etiam ipse: neque illi Bibulus, impeditis navibus, dispersisque remigibus, satis mature occurrit, quod prius ad continentem visus est Cæsar, quam de ejus adventu fama omnino in eas regiones perferretur. Expositis militibus, naves eadem nocte Brundusium a<sup>8</sup> Cæsare remittuntur, ut reliquæ legiones, equitatusque transportari possent. Huic officio præpositus erat Fufius Calenus legatus, qui celeritatem in transportandis legionibus adhiberet. Sed serius a terra proiectæ naves, neque usæ nocturna aura, in redeundo offenderunt. Bibulus enim Corcyrae certior factus de adventu Cæsaris, sperans se alicui parti onustarum navium occurrere pos-

<sup>11</sup> Ut supra demonstratum est.) Cap. 12. sect. 34.

<sup>12</sup> Terram Cerauniorum? Ex Petri Victorii conjectura, v. L. libr. xiii. ineunte. Antea Græcorum edebatur: MSS. Germanorum. Cærauni autem montes in litore Epirensi.

<sup>13</sup> Ad locum, qui appellatur Palæste.) Omnes libri Pharsalus, sed falso, quia hæc Thessaliæ est et mediterranea. Lucanus libr. V. v. 460. de hoc Cæsaris transjectu.

(classis) vento, fluctuque se-

tundo

Lapsa palestinas uncis con-  
fixi arenae.

Unde Sulpicius Verulanus, Lü-  
ciani interpres Palæsten urbem  
dicit vicinam Orico, prope Ce-  
raunia: quam vocem in vetusto  
Cæsaris codice se-legisse Paulus  
Marsus ad iv. Fast. Ovidij con-  
firmat: Jac. Palmerius Græc.  
Antiq. pag. 240. pro certa le-  
ctione habet. Scio, quæ H. Gro-  
tius, et D. Vossius dubitant: quod  
vero certiora non adferunt, in  
lectione Palæste acquiesco.

se, inanibus occurrit: et nactus circiter xxx. in eas in-diligentiae suæ, ac doloris iracundia erupit, omnesque incendit; eodemque igne nautas, dominosque navium interfecit, magnitudine pœnæ reliquos deterrere spe-rans. Hoc confecto negotio <sup>14</sup> a Salonis ad Orici por-tum stationes, litoraque omnia longe, lateque classibus occupavit, custodiisque diligentius dispositis, ipse gra-vissima hieme in navibus excubabat, neque ullum la-borem, aut munus despiciens, neque subsidium ex-spectans, si in Cæsaris complexum venire posset. Sed post discessum Liburnarum, ex Illyrico M. Octavius cum iis, quas habebat, navibus Salonas pervenit; ibi-que concitatis Dalmaticis, reliquisque barbaris <sup>15</sup> Issam a Cæsaris amicitia avertit; conventum Salonarum cum neque pollicitationibus; neque denuntiatione periculi promovere posset, oppidum oppugnare instituit. Est autem oppidum et loci natura, et colle munitum. Sed celeriter cives Romani, ligneis effectis turribus, iis sese munierunt; et, cum essent infirmi ad resistendum, propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneri-bus, ad extremum auxilium descenderunt: servosque omnes puberes liberaverunt; et <sup>16</sup> præsectis omnia mulierum crinibus, tormenta effecerunt. Quorum co-gnita sententia, Octavius quinis castris oppidum circum-dedit: atque uno tempore obsidione, et oppugnationi-bus eos premere cœpit. Ili omnia perpeti parati, ma-xime a re frumentaria laborabant. Quare missis ad Cæ-sarem legatis, auxilium ab eo petebant: reliqua, ut po-terant, per se incommoda sustinebant; et longo inter-posito spatio, cum diuturnitas oppugnationis negligen-tiores Octavianos effecisset, nacti occasionem meridia-ni temporis, discessu eorum, pueris, mulieribusque in-

<sup>14</sup> A Salonis ad Orici por-tum.) Salona princeps urbs Dalmatiae: Oricum prima Epi-ri iu Chaobia.

<sup>15</sup> Issam avertit.) Issa in-sula cum oppido civium Ro-manorum in mari Illyrico sub Salonis. Vide Notit. Orbis

Antiqui.

<sup>16</sup> Præsectis mulierum crini-bus.) Sic et factum Capitolio a Gallis obsesso. Lactant. I. cap. 20. sect. 28. et in obsidione Car-thagini, Flor. II. 15. scilicet in tormentorum vinculo, ut addi-dit Idem.

muro dispositis, ne quid quotidiane consuetudinis de-  
sideraretur: ipsi, manu facta, cum iis, quos nuper ma-  
numissos liberaverant, in proxima Octavii castra irru-  
perunt. His expugnatis, eodem impetu altera sunt ador-  
ti, inde tertia, quarta,<sup>17</sup> et deinceps reliqua; omni-  
busque eos castris expulerunt; et, magno numero inter-  
fecto, reliquos, atque ipsum Octavianum in naves con-  
fugere coegerunt. Hic fuit oppugnationis exitus. Jam-  
que hiems appropinquabat; et, tantis detrimentis acce-  
ptis, Octavius, desperata oppugnatione oppidi, Dyrrha-  
chium sese ad Pompejum recepit.

<sup>17</sup> Et deinceps reliqua.) At stra una sunt reliqua. Scrupulum  
post quartu[m] castra, ex quibus Rubenius Elect. 11. 7. moveb[us],  
sect. 4. una tantum expugnan- et sect. 4. quindenit[us] legi jubet:  
da supererant. Hæc ergo ca- Non placet.

## CAPUT IV.

L. Vibullium Rufum Cæsar ad Pompejum mittit, ut  
eum portetur ad pacem faciendam.

Demonstratum<sup>18</sup> est, L. Vibullium Rufum Pompeji <sup>10</sup>  
præfectum bis in potestatem pervenisse Cæsar, at-  
que ab eo esse dimissum, semel ad Corfinium, ite-  
rum in Hispania. Hunc pro suis beneficiis Cæsar judi-  
caverat idoneum, quem cum mandatis ad Cn. Pompe-  
jum mitteret, eundemque apud Cn. Pompejum auctoritatem  
habere intelligebat. Erat autem hæc summa man-  
datorum: „deberi utrinque pertinaciæ finem facere, et  
ab armis discedere, neque amplius fortunam pericli-  
tari: satis esse magna utrinque incommoda accepta,  
quæ pro disciplina, et præceptis habere possent, ut  
reliquos casus timerent: illum ab Italia expulsum, amissa  
Sicilia, et Sardinia, duabusque Hispaniis, et cohortibus  
in Italia, atque Hispania civium Romanorum c.  
atque xxx., se morte Curionis, et detimento Africani  
exercitus tanto, militumque deditione ad Corcyram.  
Proinde sibi, ac reipublicæ parcerent, quantumque in-

<sup>18</sup> Demonstratum est.) Lib. L cap. 16. sect. 34.

bello fortuna posset, jam ipsi incommodis suis satis essent documento: hoc unum esse tempus de pace agendi, dum sibi uterque consideret, et pares ambo vide-rentur: si vero alteri paullum modo tribuisset fortuna, non esse usurum conditionibus pacis eum, qui superior videretur, neque fore æqua parte contentum, qui se omnia habiturum consideret: conditiones pacis, quoniam ante convenire non potuissent, Romæ a senatu, et a populo peti debere; interea et reipublicæ, et ipsis placere oportere, si uterque in concione statim juravisset, se triduo proximo exercitum dimissurum: depositis armis, auxiliisque, quibus considerent, necessario populi, senatusque judicio fore utrumque contentum: hæc quo facilius Pompejo probari possent, omnes suas terrestres, urbiumque copias dimissurum.<sup>19</sup>

**Vibullius**, his expositis a Cæsare, non minus necessarium esse existinavit, de repentina adventu Cæsaris Pompejum fieri certiore, ut ad id consilium capere posset, antequam de mandatis agi inciperet: atque ideo continuato et nocte, et die itinere, atque mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompejum contendit, ut adesse Cæsarem omnibus copiis nuntiaret.

## CAPUT V.

*Pompejus Apolloniam, Cæsar Oricum petit; quo oppido capto, Apolloniam Cæsar proficiscitur.*

**P**ompejus <sup>19</sup> erat eo tempore in Candavia, iterque ex Macedonia in hiberna, Appolloniam, Dyrrachiumque habebat; sed, re nova perturbatus, majoribus itineribus Apolloniam petere coepit, ne Cæsar oræ maritimæ civitates occuparet. At ille, expositis militibus, eodem die Oricum proficiscitur. Quo cum venisset, L. Torquatus, qui jussu Pompeji oppido præ-

<sup>19</sup> Erat in Candavia.) Hæc aspera regio, per quam a Dyrrachio, et Apollonia in interiore, ac propriam Macedo-

nam iter erat. Vide infra c. 23. sect. 79. ubi ex Strabone, et Cicerone plura de Candavia invenies notata.

erat, præsidiumque ibi <sup>20</sup> Parthinorum habebat, conatus portis clavis oppidum defendere, Græcos murum adscendere, atque arma capere jubet. Ili autem cum se contra imperium Populi Romani pugnaturos esse negarent; oppidani autem sua sponte Cæsarem recipere conarentur, desperatis omnibus auxiliis, portas aperuit, et se, atque oppidum Cæsari dedit, incolunisque ab eo conservatus est. Recepto Cæsar Orico, nulla <sup>12</sup> interposita mora, Apolloniā proficienscitur.

<sup>20</sup> Partinorum. ) Qui circa ci generē.  
Dyrrhachium colebant, Illyri-

## CAPUT VI.

L. Staberius arcem munitus auxilium ab Apolloniatis bus petit, quo negato, clam fugit. Oppidani Cæsarem recipiunt; idem faciunt reliquæ Epiri civitates. Pompejus Dyrrhachium contendit, cuius exercitum maximus terror invadit. Cæsar ad Apsum castra ponit; idem Pompejus facit in altera fluvii ripa. Una Caleni navis a Bibulo expugnatur.

Ejus adventu auditō, L. Staberius, qui ibi præterat, aquam comportare in arcem, atque eam munire, obdesque ab Apolloniatis bus exigere cœpit. Ili vero daturos se negare, „neque portas consuli præclusuros, neque sibi judicium sumptuosum contra, atque omnis Italia, Populusque Romanus judicavisset.“ Quorum cognita voluntate, clam profugit. Apolloniates ad Cæsarem legatos mittunt, oppidoque recipiunt. <sup>21</sup> Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani, et reliquæ finitimæ civitates, totaque Epirus; et, legatis ad Cæsarem missis, quæ imperaret, se facturos pollicentur. At Pompejus, cognitis iis rebus, quæ erant Orici, atque Apolloniæ gestæ, Dyrrachio timens, diurnis eo, nocturnisque itineribus conten-

<sup>21</sup> Hos sequuntur Bullidenses, Amantiani. ) Maritimæ oræ hæc facies est, a septentrione in austrum. Dyrrhachium Apsi, et dein Genus fluviorum ostia, et Apollonia, Bullis, Amantia, Oricum, Ceraunia. Vide Tabulam.

dit. Simul ac Cæsar appropinquare dicebatur , tantus terror incidit ejus exercitu , quod properans noctem diei coniunxerat , neque iter interniserat , ut pene omnes in Epiro , finitimisque regionibus signa relinquerent , complures arma projicerent ; ac fugæ simile iter videretur . Sed , cum prope Dyrrhachium Pompejus constitisset , castraque metari jussisset : perterritio etiam tum exercitu , princeps Labienus procedit , juratque , se eum non deserturum , eundemque casum subiturum , quemcumque ei fortuna tribuisset . Hoc idem reliqui jurant legati . Hos tribuni militum , centurionesque sequuntur , atque idem omnis exercitus jurat . Cæsar , præoccupato itinere ad Dyrrhachium , finem properandi facit , castraque ad flumen Apsum ponit in finibus Apolloniatis ,<sup>22</sup> ut vigiliis , castellisque bene meritæ civitates tutæ essent præsidio : ibique reliquarum ex Italia legionum adventum expectare , et <sup>23</sup> sub pellibus hiemare constituit . Hoc idem Pompejus facit , et trans flumen Apsum positis castris , eo copias omnes , auxiliaque conduxit . Calenus , legionibus , equitibusque Brundusii in naves impositis , ut erat præceptum a Cæsare , quantum navium facultatem habebat , naves solvit , paulumque a portu progressus , literas a Cesare accipit , quibus est certior factus , portus , litoraque omnia classibus adversariorum teneri . Quo cognito , se in portum recipit , navesque omnes revocat . Una ex iis , quæ perseveravit , neque imperio Caleni obtemperavit , quod erat sine militibus , privatoque consilio administrabatur , delata Orcum , atque a Bibulo expugnata est , qui de servis , liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit , et ad unum interficit . Ita , exiguo tempore , magno casu totius exercitus salus constituit .

<sup>22</sup> Ut vigiliis , castellisque bene meritæ civitates tutæ .) Locus male sanus , et atiquid in eo abundans . Fænum legebat , bene meritæ civitati esset præsidio . Ciacconius , ut vicis castellisque bene meritæ civitatis esset præsidio . Uterque tollit tutæ , et de Apollonia sola in-

telligit . In cuius finibus castra erant . Plantinianu libro sublatum præsidio , sine quo bene constant cætera . Plures enim civitates , quæ se dederant cap . 12. erant bene meritæ .

<sup>23</sup> Sub pellibus hiemare .) Vide de Bello Gall . I . 111. extremum .

## CAPUT VII.

*Inopia verum maxime necessiarum Pompejanis laborantibus, Libo, et Vibulus legatis Cæsaris dicunt, velle se cum Cæsare de pace agere, qua de re certior factus Cæsar Oricum revertitur, atque cum Libone frustra de compositione colloquitur.*

**V**ibulus, ut supra demonstratum est, erat cum classe ad Oricum; et, sicut mari, portibusque Cæsarem prohibebat, ita ipse omni terra earum regionum prohibebatur. Præsidiis enim dispositis, omnia litora a Cæsare tenebantur, neque lignandi, neque aquandi, neque naves ad terram religandi potestas siebat. Erat res in magna difficultate, summisque angustiis rerum necessiarum premebantur; adeo ut cogerentur, sicut reliquum commeatum, ita ligna, atque aquam Corcyra navibus onerariis supportare. Atque uno etiam tempore accidit, ut difficilioribus usi tempestatibus, ex pellibus, quibus erant rectæ naves, nocturnum excipere rorem cogerentur; quas tamen difficultates patienter, et æquo animo ferebant; neque sibi nudanda litora, et relinquendos portus existimabant. Sed cum essent, in quibus demonstravi angustiis, ac se Libo cum Bibulo conjunxisset, loquuntur cum M. Acilio, et Statio Murco legatis, quorum alter oppidi muris, alter præsidiis terrestribus præerat; velle se de maximis rebus cum Cæsare loqui, si sibi ejus facultas detur. Huc addunt pauca rei confirmandæ causa, ut de compositione acturi viderentur. Interim postulant, ut sint inducæ, atque ab iis impetrant. <sup>24</sup> Magnum enim, quod

<sup>24</sup> *Magnum enim, quod affebant.*) Quod nuntiaturi erant. Veteres libri afferebant; recentiorum plerique, Jungermanni, Montani, Godolini, aliorum præve afferebant, a quibus Andr. Borrichius deceptus fuit, ut discussione Appendix illius

demonstravimus. Sæpe autem adferre simpliciter est nuntium adferre. Cicero III. epist. x. ineunte: Cum est ad nos adlatum de cætera: et libr. v. Att. epist. xiv. Interea hec, quæ vellen, mihi adferebantur.

afferebant, videbatur, et Cæsarem id summe sciebant cupere, et <sup>25</sup> prefectum aliquid Vibuli mandatis exi-  
<sup>16</sup> stimabatur. Cæsar eo tempore cum legione una profec-  
 tus ad recipiendas ulteriores civitates, et rem frumenta-  
 riā expediendam, qua anguste utebatur, erat ad Bu-  
 throtum oppositum Corcyrae. Ibi ab Acilio certior et  
 Murco per literas factus de postulatis Libonis, et Bi-  
 buli, legionem relinquit, ipse Oricum revertitur. Eo  
 cum venisset, evocantur illi ad colloquium. Prodit Li-  
 bo, atque excusat „Vibulum, quod is iracundia sum-  
 ma erat, inimicitiasque habebat etiam privatas cum Cæ-  
 sare ex ædilitate, et prætura conceptas: ob eam rem  
 colloquium vitasse, ne res maximæ spei, maximæque  
 utilitatis ejus iracundia impedirentur. Pompeji sum-  
 mam esse, ac fuisse semper voluntatem, ut compo-  
 neretur, atque ab armis discederetur: sed potestatem  
 se ejus rei nullam habere, propterea quod de consilii  
 sententia summam belli, rerumque omnium Pompejo  
 permiserint: sed postulatis Cæsaris cognitis, missuros  
 ad Pompejum, atque illum reliqua perfecturum, hor-  
 tantibus ipsis: interea manerent induciæ, dum ab illo  
 rediri posset, neve alter alteri noceret.“ Huc addit  
<sup>17</sup> pauca de causa, et de copiis, auxiliisque suis. Quibus  
 rebus neque tum respondendum Cæsar existimavit, ne-  
 que nunc, ut memoriae prodatur, satis causæ puta-  
 mus. Postulabat Cæsar, „ut legatos sibi ad Pompejum  
 sine periculo mittere liceret, idque ipsi fore recipie-  
 rent, aut acceptos per se ad eum perducerent. *Quod ad*  
*inducias pertineret*, sic belli rationem esse divisam, ut  
 illi classe naves, auxiliaque sua impedirent: ipse ut  
 aqua, terraque eos prohiberet: et, si hoc sibi remitti  
 vellent, remitterent ipsi de maritimis custodiis; sin  
 illud tenerent, se quoque id retenturum; nihilominus  
 tamen agi posse de compositione, ut hæc non remit-  
 terentur, neque hanc rem esse impedimenti loco.“ Illi

<sup>25</sup> *Projectum aliquid Vibuli*  
 mandatis.) De quibus antea cap.  
 4. sect. 10, Libri quidam Bi-  
 buli habent, sed apertum men-

dum est, quod olim deprehen-  
 di: nunc video etiam a Vosio  
 notatum esse.

neque legatos Cæsaris recipere , neque periculum præstare eorum , sed totam rem ad Pompejum rejicere: unum instare de induciis , vehementissimeque contendere. Quos ubi Cæsar intellexit , præsentis periculi , atque inopiæ vitandæ causa omnem orationem instituisse , neque ullam spem , aut conditionem pacis afferre , ad reliquam cogitationem belli sese recepit.

## CAPUT VIII.

*Vibulii mors. Licet Pompejus vetet Vibulum de Cæsaris mandatis agere, nihilominus ipsam pacis tractationem utriusque procurant, sed frustra.*

**V**ibulius multos dies terra prohibitus , et graviore 18 morbo ex frigore , ae labore implicitus , cum neque curari posset , neque susceptum officium deserere vellet , vim morbi sustinere non potuit. Eo mortuo , ad neminem unum summa imperii redit , sed separatim suam quisque classem ad arbitrium suum administrabat. Vibulius , sedato tumultu , quem repentinus adventus Cæsaris concitaverat , ubi primum rursus adhibito Libone , et L. Lucceio , et Theophane ,<sup>26</sup> quibuscum communicare de maximis rebus Pompejus consueverat , de mandatis Cæsaris agere instituit ; eum ingressum in sermonem Pompejus interpellavit , et loqui plura prohibuit . „ Quid mihi , inquit , aut vita , aut civitate opus est , quam beneficio Cæsaris habere videbor ? Cujus rei opinio tolli non poterit , cum in Italiam , ex qua profectus sum , reductus existimabor , bello perfecto . ” Ab iis Cesar hæc dicta cognovit , qui sermoni interfuerunt. Conatus tamen nihilominus est aliis rationibus per colloquia de pace agere. Inter bina castra Pompeji , atque Cæsar 19 unum flumen tantum interererat Apsus ; crebraque inter se colloquia milites habebant : neque ullum interim te-

<sup>26</sup> Quibuscum communicare .) Libri omnes quibus communicare. Quod vero Latini semper communicare cum quo , non alii dicunt , dubitavi poste-

rioribus Curis c. v. de integritate hujus loci : post me Gronovius Observat. II. 6. confirmavit , qui eamdem ob rationem scribi jussit quibuscum .

lum per pactiones colloquentium trajiciebatur. Mittit P. Vatinium legatum ad ripam ipsam fluminis, qui ea, quæ maxime ad pacem pertinere viderentur, ageret, et crebro magna voce pronuntiaret, liceretne civibus ad cives de pace legatos mittere, quod etiam <sup>27</sup> fugitivis ab saltu Pyrenæo, prædonibusque licuisset; præsertim, ut id agerent, ne cives cum civibus armis decertarent? Multa suppliciter locutus, ut de sua, atque omnium salute debebat, silentioque ab utrisque militibus facto, auditum responsum est ab altera parte: A. Varronem profiteri se altera die ad colloquium venturum; atque una etiam utrinque admodum tuto legati venire; et, quæ vellent, exponere possent: certumque ei rei tempus constituitur. Quo cum esset postero die ventum, magna utrinque multitudo convenit, magnaque erat ejus rei exspectatio, atque omnium intenti animi ad pacem esse videbantur. Qua ex frequentia T. Labienus prodit: sumissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Quorum medium orationem interrumpunt undique subito tela immissa; quæ ille obtectus armis militum vitavit. Vulnerantur tamen complures; in his Cornelius Balbus, M. Plotinus, L. Tiburtius centuriones, militesque nonnulli. Tum Labienus: „Desinite ergo de compositione loqui: nam nobis, nisi Cæsaris capite relato, pax esse nulla potest.“

<sup>27</sup> Fugitivis ab saltu Pyrenæo.) Egregie Hadr. Valesius Notit. Gall. p. 157. in Lugduno Convenarum exposuit, esse, quos Convenas appellaverint in Gallia, antea pyrenæi, rupes et saltum inhabitantes, unde subjectos campos tam Hispaniæ, quam Galliæ prædando infestariot, Romanis etiam in

Hispaniam euntibus molesti. Pompejus autem ex Sertoriano bello revertentem quasi indagine conclusos eos adegisse, ut legatos de pace ad ipsum mitterent, quam etiam iis dederit, ita ut de montibus in planiora deduceret. Adi Notit. nostram Antiqui Orb. p. 581.

## CAPUT IX.

*M. Cælius Rufus causam debitorum defendendam suscipit, quem tamen qui adeat, nemo reperitur. Eadem legem quamdam promulganti Servilius resistit; tandem ob perpetratum quoddam facinus Senatu prohibitus Milonem sollicitat. Milo, dum Cosam oppugnat, occiditur; eudem exitum Cælius sortitur.*

**I**isdem temporibus Romæ M. Cælius Rufus prætor, <sup>20</sup> causa dibrorum suscepta, initio magistratus tribunal suum juxta C. Trebonii prætoris urbani sellam collocavit; et, si quis appellasset de æstimatione, et de solutionibus, quæ per arbitrum fierent, ut Cæsar præsens constituerat, fore auxilio pollicebarur. Sed fiebat æquitate decreti, et humanitate Trebonii, qui his temporibus clementer, et moderate jus dicendum existimabat, ut reperiri non possent, a quibus initium appellandi nasceretur. Nam fortasse inopiam excusare, et calamitatem aut propiam suam, aut temporum queri, et difficultates auctionandi proponere, etiam mediocris est animi: integras vero tenere possessiones, qui se debere fateantur, cuius animi, aut cuius impudenteria est? Itaque, qui hoc postularet, reperiebatur nemo. Atque ipsis, ad quoruin commodum pertinebat, durior inventus est Cælius. Et, ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem causam videretur, legem promulgavit, <sup>28</sup> ut sexies seni dies sine usuris creditæ pecuniae solvantur. Cum resisteret Servilius consul, re- <sup>21</sup> liquique magistratus, et minus opinione sua efficeret; ad hominum excitanda studia, sublata priore lege, duas promulgavit; unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit, alteram tabularum novarum; impetuque multitudinis in C. Trebonium facto, et nonnullis vulneratis, eum de tribunali deturbavit. De quibus rebus Servilius Consul ad Senatum retulit,

28 (ut sexies seni dies.) Numerus privatius, de quo, aliorum excussis conjecturis, tandem suam præfert Davisius, ut sex

mensium die sine usuris, cetera: alii sex pensionibus malunt, quod longum nimis si annuas pensiones intelligas.

senatusque Cœlium ab Republica removendum censuit. Hoc decreto eum Consul Senatu prohibuit, et concionari conantem <sup>29</sup> de Rostris deduxit. Ille ignominia, et dolore permotus palam se proficiisci ad Cæsarem simulavit, clam nuntiis ad Milonem missis, qui Clodio interfecto, ejus nomine erat damnatus; atque eo in Italiam evocato, quod <sup>30</sup> magnis muneribus datis gladiatoriæ familiæ reliquias habebat, sibi conjunxit, atque eum <sup>31</sup> in Thurinum ad sollicitandos pastores præmisit. Ipse, cum Casilinum veniret, unoque tempore signa ejus militaria, atque arma Capuae essent comprehensa, familia Neapoli visa, atque proditio oppidi appareret; patefactis consiliis, exclusus Capua, et periculum veritus, quod conventus arma ceperat, atque eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitutus, atque eo itinere sese avertit. Interim Milo, dimissis circum municipia literis, ea, quæ faceret, jussu, atque imperio facere Pompeji, quæ mandata ad se per Bibulum deleta essent; quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat. Apud quos cum proficere nihil posset, quibusdam solutis ergastulis, <sup>32</sup> Cosam in agro Thurino oppugnare coepit. Ubi cum a Q. Pædio prætore cum legione lapide ictus esset ex muro, periit: et Cœlius profectus, ut dictabat, ad Cæsarem, pervenit Thurios: ubi, cum quosdam ejus municipii sollicitaret, equitibusque Cæsaris Gallicis, atque Hispanis, qui eo præsidii causa missi erant, pecuniam polliceretur,

<sup>29</sup> De Rostris deduxit.) De suggestu agentium cum populo: qui cur Rostra dictus sit, prodit Livius VIII. 14.

<sup>30</sup> Magnis muneribus datis.) Spectaculis editis, quibus tria patrimonia dicitur profundisse. Cic. pro Mil. cap. 35.

<sup>31</sup> In Thurinum.) In agrum Thurinum, ut post paullo cap. 9. sect. 22. plene dicitur. Urbis nomen Thurii, seu Thuriæ sive Thurinum in extrema Lucania, ad fines Brutiorum, juxta Tarentinum sinum, Græce Ουριον et Ουριαν.

<sup>32</sup> Cosam in agro Thurin.) Nulla in hoc agro Cosa, quod Etruscae urbis nomen est. Vellejus II. 68. de Milone: Compasam in Hirpinis oppugnans, ictusque lapide, pœnas dedit. Sed quid hoc ad agrum Thurinum? Plin. II. 56. lana pluit circa castellum Carissanum, juxta quod post annum T. Annium Milo occisus est. Cluverius Ital. IV. 8. extr. delet syllabam ri, ut maneat Cassanum, quia I. tieque in Thurino agro Episcopale opidum Cassano est.

33 ab iis est interfectus. Itaque magnarum initia rerum, quæ occupatione magistratum, et temporum sollicitam Italiam habebant, celerem, et facilem exitum habuerunt.

33 *Ab iis interfectus est.*) De hoc M. Cælio (is ipse est, qui octavum librum epistolarum ad Giceronem scripsit) Vellejus Paternius 21, 68. in urbe seditionem, aut potius occulte bellum tumultum movens, primo submotus a republica; mox consularibus armis, auctore senatu, circa Thurios oppressus est.

## CAPUT X.

*Libo Brundusium petit, alias hostium naves incendit; sed postea coactus ipse fugere, Brundusio discedit.*

**L**ibo profectus ab Orico cum classe, cui præerat, 23 navium L. Brundusium venit, insulamque, quæ contra Brundusinum portum est, occupavit: quod præstare unum locum arbitrabatur, qua necessarius nostris erat egressus, quam omnium litora, ac portus custodia clausos teneri. Hic repentino adventu naves onerarias quasdam nactus incendit; et unam frumento obustam abduxit; magnumque nostris terrorem injecit; et noctu militibus, et sagittariis in terram expositis, præsidium equitum dejecit, et adeo loci opportunitate profecit, ut ad Pompejum literas mitteret, naves reliquas, si vellet, subduci, et refici juberet: sua classe auxilia sese Cæsaris prohibiturum. Erat 24 eo tempore Antonius Brundusii, qui virtuti militum confisus, scaphas navium magnarum circiter lx. cratibus, pluteisque contexit; eoque milites delectos imposuit, atque eas in litore pluribus locis separatim disposuit; navesque triremes 11., quas Brundusii faciendas curaverat, per causam exercendorum remigum ad fauces portus prodire jussit. Has cum audacius progressas Libo vidisset; sperans intercipi posse, quadriremes v. ad eas misit. Quæ cum navibus nostris appropinquassent, nostri veterani in portum refugerunt, illi studio incitati incautius sequabantur. Jam ex omnibus partibus Antonianæ scaphæ, signo dato, se in hostes incitaverunt; primoque impetu unam ex his quadriremen cum remigibus, defensoribus-

que suis ceperunt, reliquas turpiter fugere coegerunt. Ad hoc detrimentum accessit, ut equitibus per oram maritimam ab Antonio dispositis, aquari prohiberentur. Qua necessitate, et ignominia permotus Libo, discessit a Brundusio, obsessionemque nostrorum omisit.

## CAPUT XI.

*Cum Cæsar naves, quæ Brundusii erant, diu frustra expectavisset, ad suos scribit, ut primam navigandi occasionem arripiant. Q. Coponius Antonii naves inse-  
guitur: is in portum Nymphaeum se recipit; et mutata vice  
Caponii naves, quæ damnum hostilibus illaturæ erant, orta  
tempestate intereunt. Duæ ex hostilibus Otacilio Cras-  
so se dedunt: is ad Pompejum se confert. Cæsar, et Pom-  
pejus castra movent: is ad Antonium contendit; sed cum  
ad eum Cæsar quoque se contulisset, Asparagium pe-  
tit, castraque ibi metatur.*

25 **M**ulti <sup>34</sup> jam menses transierant; et hiems jam præcipitaverat: neque Brundusio naves, legionesque ad Cæsarem veniebant; ac nonnullæ ejus rei prætermis-  
se occasiones Cæsari videbantur; quod certe sëpe flaverant venti, quibus necessario committendum ex-  
stimabat: quantoque ejus amplius processerat tempo-  
ris, tanto erant alacriores ad custodias, qui classibus præerant; majoremque fiduciam prohibendi habebant;  
et crebris Pompeji literis castigabantur, quoniam primo veniente Cæsarem non prohibuissent, ut reliquos ejus exercitus impedirent, <sup>35</sup> duriusque quotidie tempus ad transportandum lenioribus ventis exspectabant. Quibus rebus permotus Cæsar, Brundusium ad

<sup>34</sup> Multi jam menses transie-  
rant.) Non a transitu Cæsaris,  
qui pridie nonas Januarias fa-  
ctus fuerat, cap. 3. sect. 6. sed  
ineunte hieme.

<sup>35</sup> Durius tempus exspecta-  
bant.) Ambiguus locus. Quinam  
exspectabant? Glareanus et Go-  
duinus de Cæsarianis intelli-

gunt, quibus facilius fuerit vi-  
tare custodias sæva tempestate,  
quam molliori: Glandorpius au-  
tem de Pompejanis, qui durior-  
rem tempestatem exspecta-  
sent, qua vel sine custodilis  
transportatio, quam lenioribus  
ventis fieri poterat, impedi-  
tur.

suos severius scripsit, ut nacti idoneum ventum, ne occasionem navigandi dimitterent, et ad Oricum, sive ad litora Apolloniatum cursum dirigerent, quod eo naues ejicere possent. Haec a custodiis classium loca maxime vacabant; quod se longius portibus committere non auderent. Illi, adhibita audacia, et virtute, <sup>26</sup> administrantibus M. Antonio, et Fufio Caleno, multum ipsis militibus hortantibus, neque ulla periculum pro salute Cæsaris recusantibus, nacti Austrum, naues solvunt; atque altera die Apolloniam, Dyrrachiumque prætervehuntur. Qui cum essent ex contienti visi, Q. Coponius, qui Dyrrachii classi Rhodiae præerat, naues ex portu educit; et cum jam nostri remissiore vento appropinquassent, idem Auster increbuit, nostrisque præsidio fuit. Neque vero ille ob eam causam conatu desistebat, sed labore, et perseverantia nautarum se vim tempestatis superare posse sperabat; prætervectosque Dyrrachium magna vi venti nihilo secius sequebatur. Nostri usi fortunæ beneficio, tamen impetum classis timebant, si forte ventus remisisset. Nacti portum, qui appellatur <sup>36</sup> Nymphæum, ultra Lissum millia passuum <sup>27</sup> III. eo naues introduxerunt: qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus, leviusque tempestatis, quam classis periculum estimaverunt. Quo simul atque intus est itum, incredibili felicitate Auster, qui per biduum flaverat, in Africum se vertit. Hic subitam commutationem fortunæ videre licuit. Qui modo sibi timuerant, hos tutissimus portus recipiebat; qui nostris navibus periculum intulerant, de suo timore cogebantur. Itaque tempore commutato, tempestas et nostros texit, et naues Rhodias afflixit: ita ut ad unam constrati omnes numero XVI. eliderentur, et naufragio interirent; et ex magno remigum, propugnatorumque numero pars ad scopulos allisa interficeretur, pars a nostris distraheretur: quos omnes conservatos Cæsar domum remisit.

<sup>36</sup> Nymphæum ultra Lissum.) supra Lissum promontorium, ec  
Ut Lissus urbs ultima Ilyridis portus, Plin. III. 22.  
ad Macedonia, ita Nymphæum

- 28 Nostræ naves 11. tardius cursu confecto, in noctem conjectæ, cum ignorarent, quem locum reliquæ cepissent, contra Lissum in anchoris constiterunt. Has, scaphis, minoribusque navigiis compluribus submissis, Otacilius Crassus, qui Lisso præerat, expugnare parabat: simul de deditione eorum agebat, et incolumitatem deditis policebatur. Harum altera navis ducentos viginti ex legione tironum sustulerat: altera ex veterana paullo minus ducentis se compleverat. Hic cognosci licuit, quantum esset hominibus præsidii in animi fortitudine. Tirones enim multitudine navium perterriti, et salo, nauseaque confecti, jurejurando accepto, nihil iis nocituros hostes, se Otacilio dediderunt: qui omnes ad eum perducti contra religionem jurisjrandi in ejus conspectu crudelissime interficiuntur. At veteranae legionis milites item conflictati et tempestatis, et sentinæ vitiis, non ex pristina virtute remittendum aliquid putaverunt; sed tractandis conditionibus, et simulatione deditiois extracto primo noctis tempore, gubernatorem in terram navem ejicere cogunt: ipsi idoneum locum nacti, reliquam noctis partem ibi confecerunt: et luce prima missis ad eos ab Otacilio equitibus, qui eam partem oræ maritimæ asservabant, circiter cō., quique eos armati ex præsido secuti sunt, se defenderunt: et nonnullis eorum interfecit, incolumes ad nostros sese receperunt. Quo facto, conventus civium Romanorum, qui Lissum obtinebat, quod oppidum iis antea Cæsar attribuerat, munierundisque curaverat, Antonium recepit, omnibusque rebus juvit. Otacilius sibi timens, oppido fugit, et ad Pompejum pervenit. Ex omnibus copiis Antonius, quarum erat summa veteranorum 111. legionum, uniusque tironum, et equitum 1000., plerasque naves in Italiam remittit, ad reliquos milites, equitesque transportandos: pontones, quod est genus navium Gallicarum, Lissi reliquit, hoc consilio, ut si forte Pompejus, vacuam existimans Italiam, eo transjecisset exercitum, quæ opinio erat edita in vulgus, aliquam Cæsar ad insequendum facultatem haberet: nuntiosque ad eum celeriter mittit, quibus regionibus exercitum exposuis-

set, et quid militum transvexisset. Hæc eodem fere 30 tempore Cæsar, atque Pompejus cognoscunt. Nam prætervectas Apolloniam, Dyrrhachiumque naves viderant: ipsi iter secundum eas terra direxerant: sed quo essent ea delatae, primis diebus ignorabant; cognitæ re, diversa sibi ambo consilia capiunt: Cæsar, ut quamprimum se cum Antonio cōjungeret; Pompejus, ut venientibus in itinere se opponeret, et sic imprudentes ex insidiis adoriri posset. Eodemque die uterque eorum ex castris stativis a flumine Apso exercitum educunt; Pompejus clam et noctu; Cæsar palam, atque interdiu. Sed Cæsari circuitu majore iter erat longius, adverso flumine, ut vado transire posset; Pompejus, quia expedito itinere flumen ei transeundum non erat, magnis itineribus ad Antonium contendit; atque ubi eum appropinquare cognovit, idoneum locum nactus, ibi copias collocavit, suosque omnes castris continuit, ignesque fieri prohibuit, quo occultior esset ejus adventus. Hæc ad Antonium statim per Græcos deferuntur. Ille, missis ad Cæsarem nuntiis, unum diem sese castris tenuit. Altero die ad eum pervenit Cæsar. Cujus adventu cognito Pompejus, ne duobus circumcluderetur exercitibus, ex eo loco discedit; omnibusque copiis 37 ad Asparagium Dyrrachinorum pervenit, atque ibi idoneo loco castra ponit.

37 Ad Asparagium Dyrrachinorum. Asparagium, vicus, oppidum, an castellum fuerit, non constat. Situs cognoscitur ex sequente c. 23. sect. 76 Adi quæ ad c. 22. sect. 75 de Genuso notabimus.

## CAPUT XII.

*Scipio magnas civitatibus, publicanisque pecunias imperat. Aliquas civitates militibus diripiendas tradit, ad confirmandos in fide eorum animos. Multa porro, propter avaritiam, tributa omnibus rebus imponit. Scipionis profectio in Macedoniam:*

- 31 **H**is temporibus <sup>38</sup> Scipio, detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese imperatorem appellaverat. Quo facto, civitatibus, tyranisque magna*s* imperaverat pecunias; item a publicanis suæ provinciæ debitam biennii pecuniam exegerat, et ab iisdem insequentis anni mutuam acceperat: equitesque toti provinciæ imperaverat. Quibus coactis, finitimis hostibus Parthis post se relictis, qui paullo ante M. Crassum imperatorem interfecerant, et M. Vibulium in obsidione habuerant, legiones, equitesque ex Syria deduxerat: summaque sollicitudine, ac timore Parthici belli in provinciam cum venisset, ac nonnullæ militum voces audiarentur, „sese, contra hostem si ducerentur, Ituros, contra civem, et consulem arma non Ituros: deductis Perganum, atque in locupletissimas urbes in hiberna legionibus, maximas largitiones fecit; et confirmandorum militum causa diripiendas iis civitates dedit.
- 32 Interim acerbissime imperatæ <sup>39</sup> pecuniae tota provincia exigebantur. Multa præterea generatim ad avaritiam excoxitabantur. In capita singula servorum, ac liberorum tributum imponebatur. <sup>40</sup> Columnaria, ostiaria, frumentum, mi-

<sup>38</sup> Scipio, detrimentis tiro<sup>rum</sup> Amanum.) Scipioni Metello, Pompeji socero, provincia Syria obvenerat, libr. I. Bell. Civ. cap. 5. sect. 6. cuius victorialam contra barbaros Amani montis Cœsar detinagenta provincie appellat, ut Vossius interpretatur: aut potius, quia ipse a barbaris ciade non minore affectus, tamen sibi victoriam, et nomen imperatorium tribuerat.

<sup>39</sup> Perunia tota provincia.) Non Syria, ex qua regressus jam Scipio fuerat; sed Asia

prætoria provincia, tum autem, videtur, prætore vacua; per quam ipsi in Græciam ad Pompejum transeundum erat.

<sup>40</sup> Columnaria, ostiaria.) Fuit Columnarium tributi genus, quod pro singulis columnis pendebat, sicut Ostiarium, quod pro ostiis. De illo Cicero ad Attic. XIII. epist. VI. Columnarium vide ne nullum debeamus: de hoc idem libr. 3. Fam. ep. VIII. in acerbissimam exactiōē capitum, atque ostiorum.

lites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Cujus modo rei nomen reperiri poterat, hoc satis esse ad cogendas pecunias videbatur. Non solum urbibus, sed pene vicis, castellisque singulis cum imperio præfiebantur. Qui horum quid acerbissime, crudelissimeque fecerat, is et vir, et civis optimus habebatur. Erat plena lictorum, et <sup>41</sup> imperiorum provincia, conferta præfectis, atque exactoribus; qui, præter imperatas pecunias, <sup>42</sup> suo etiam privato compendio serviebant. Dictabant enim, se domo, patriaque expulsos, omnibus necessariis egere rebus, ut honesta præscriptione rem turpis. simam tegerent. Accedebant ad hæc gravissimæ usuræ, quod in bello plerumque accidere consuevit, universis imperatis pecuniis; quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant. Itaque æs alienum provinciæ eo biennio multiplicatum est. Nec minus ob eam causam civibus Romanis ejus provinciæ, sed in singulos conventus, singulasque civitates certæ pecuniæ imperabantur: mutuasque illas ex Senatus consulto exigi dictitabant: <sup>43</sup> publicanis, uti in sorte fecerant, insequentis anni vectigal <sup>44</sup> pro mutuo. Præterea Ephesi a Fano Diana depositas antiquitus pecunias Scipio tolli jubebat, cæterasque ejus deæ statuas. Cum in Fanum ventum esset, adhibitis coni-

33.

<sup>41</sup> Imperiorum.) Imperium, exigentium.

<sup>42</sup> Suo etiam privato compendio.) Quæstui, utilitati. Cic. iv. Verr. c. 3. cum quæstu, compendioque dimitit: et Orat. v. seu Frumentaria c. 46. in quæstu sunt, compendioque versati. Cæterum, ut edidimus, MS. Carrar. et Gryph. legunt: vetus Bononii Tarvisini, privato imperio, compendioque. Unde imperio nonnullis libris hæsit.

<sup>43</sup> Publicanis, uti in sorte fecerant.) Quid est in sorte? an sortitione publicani redemerunt provinciarum vectigalia? au sors hoc loco summa, et prima pecunia? quid igitur publicani fecerant? cap. 12. sect. 31. præ-

scriptum est, Scipionem a publicanis Syriae provinciæ pecuniæ insequentis anni mutuam præcepisse. Hoc dum reputo, et cum præsentibus verbis confero, non possum Glandorpii sententiam improbare, qui pro sorte legendum Syria esse censuit. Omnia tum plaus sunt, et historiæ consona.

<sup>44</sup> Pro mutuo.) Veteres libri pro mutuo, deinceps editi pro mutuum, quod nescio an zeta-tis Cæsarianæ sit. Ajunt, juris verbum esse ex lege 40. n. 5. D. de Statu liberis, promutuum ei dederit. Sed et hic castigatores libri pro mutuo, Glossæ tamē προμετόχους, promutuor.

Aa

pluribus Senatoriis ordinis, quos advocaverat Scipio, literae ei redduntur a Pompejo, "mare transisse cum legionibus Cæsareis; properaret ad se cum exercitu venire, omniaque posthaberet. His literis acceptis, quos advocaverat, dimittit; ipse iter in Macedoniam parare incipit; paucisque post diebus est profectus. Hæc res Ephesiæ pecunia salutem attulit.

## C A P U T XIII.

*Cæsar L. Cassium Longinum in Thessaliam, C. Calvisium Sabinum in Ætoliam, Cn. Domitium Calvinum in Macedoniam mittit. Calvisius Ætolia potitur. Egesaretus Pompejo, Petrejus Cæsari favet. Scipio primum ad Domitium, inde ad Cässum contendit: hic ut Scipionem evitet, in Ambracium iter facit. Scipio, auxilio ad Favonium lato, castra juxta Domitium ponit; inde eo, unde venerat, revertitur, et insidias struit, e quibus L. Varus feliciter egreditur. Domitius, motis castris, hostium turmas invadit.*

<sup>34</sup> *Cæsar, Antoni ex exercitu conjuncto, deducta Orico legione, quam tuendæ oræ maritimæ causa posuerat, tentandas sibi provincias, longiusque procedendum existimabat: et, cum ad eum legati venissent ex Thessalia, Ætoliaque, qui, præsidio misso, pollicerentur earum gentium civitates imperata facturas, L. Cassium Longinum cum legione Tironum, quæ appellabatur xxvii., atque equitibus cc. in Thessaliam, C. Calvisium Sabinum cum cohortibus v., paucisque equitibus in Ætoliam misit. Maxime eos, quod erant propinquæ regiones, de re frumentaria ut providerent, hortatus est. Cn. Domitium Calvinum cum legionibus duabus xi., xii., et equitibus d. in Macedoniam proficiisci jubet. Cujus provinciæ*

<sup>45</sup> *Ab ea parte, quæ libera appellabatur.) Libertas illa ex Æmili Pauli constitutiōe vindetur reliqua fuisse, de qua Lilius xlvi. 29. et licet patriæ Lujus situs, atque limites desiniri non possint: tamen quadruplicis illius divisionis vestigia in numinis supersunt in*

Thesauro Regio Borusso Brand. adservatis, (vid. nob. Beger. pagina 481.) in quorum uno est ΜΑΚΕΔΩΝ ΠΡΩΤΗΣ: qui huic respondet, ΜΑΚΕΔΩΝΙΝ ΔΕΤΤΕΡΑΣ, penes summum vi- rum Giss. Cuperum est, Smyrna cum aliis adiatus. Adi illustriss. Spanhemil Orbem Rom. p. 289.

ab ea parte, quæ Libera appellabatur, Menedemus princeps earum regionum missus legatus, omnium suorum excellens studium profitebatur. Ex his Calvisius, primo ad ventu summa omnium Ætolorum receptus voluntate, praesidiis adversariorum <sup>46</sup> Calydone, et Naupacto rejectis, omni Ætolia potitus est. Cassius in Thessaliam cum legione pervenit. Hic, cum essent factio[n]es duæ, varia voluntate civitatum utebatur. Egesaretus veteris homo potentiae Pompejanis rebus studebat. Petrejus summæ nobilitatis adolescens suis, ac suorum opibus Cæsarem enixe juvabat. Eodemque tempore Domitius in Macedoniam <sup>36</sup> venit: et cum ad eum frequentes civitatum legationes convenire cœpissent, nuntiatum est, adesse Scipionem cum legionibus, magna et opinione, et fama omnium: nam plerumque in novitate fama antecedit. Hic nullo in loco Macedoniæ moratus, magno impetu contendit ad Domitium; et, cum ab eo millia passuum xx. abfuisset, subito se ad Cassium Longinum in Thessaliam convertit. Hoc adeo celeriter fecit, ut simul adesse, et venire nuntiaretur. Et, quo iter expeditius faceret, M. Fabonium ad flumen Haliacmonem, quod Macedoniam a Thessalia dividit, cum cohortibus viii. præsidio impedimentis legionum reliquit, castellumque ibi muniri jussit. Eodem tempore equitatus Regis Coti ad castra Cassii advolavit, qui circum Thessaliam esse consueverat. Tum timore perterritus Cassius, cognito Scipionis adventu, visisque equitibus, quos Scipionis esse arbitrabatur, ad montes se convertit, qui Thessaliam cingunt; atque ex his locis Ambraciæ versus iter facere cœpit. At Scipionem properantem sequi, literæ sunt consecutæ a M. Favonio, Domitium cum legionibus adesse, nec se præsidium, ubi constitutus esset, sine auxilio Scipionis tenere posse. Quibus literis acceptis, consilium Scipio, iterque communiat; Cassium seqñi desistit; Favonio auxilium ferri contentit. Itaque die, ac nocte continuato itinere ad eum pervenit, tam opportuno tempore, ut simul Domitianus

<sup>64.</sup> *Calydone, et Naupacto.*) Utraque urbs est Ætoliae: Calydon caput regionis ad Ever-

num fluvium: Naupactus extrema ad Locrorum Ozolæ fines, nunc Lepanto.

exercitus pulvis cerneretur, et primi antecursores Scipionis viderentur. Ita Cassio industria Domitii, Favonio Scipionis celeritas salutem attulit. Scipio in castris stativis biduum moratus ad flumen, quod inter eum, et Domitii castra fluebat, Haliacmonem tertia die prima luce exercitum vado transducit; et castris positis, postero die mane copias ante frontem castrorum instruit. Domitius tum quoque sibi dubitandum non putavit, quin productis legionibus prælio decertaret. Sed, cum esset inter bina castra campus circiter millium passuum vi., castris Scipionis aciem suam subjecit. Ille a vallo non discedere perseveravit. Attamen ægre retentis Domitianis militibus est factum, ne prælio contenderetur; et maxime, quod rivus difficilibus ripis castris Scipionis subjectus, progressum nostrorum impeditiebat. Quorum studium, alacritatemque pugnandi cum cognovisset Scipio, suspicatus fore, ut postera die aut invitus dimicare cogeretur, aut magna cum infamia castris se continere, qui magna exspectatione venisset, temere progressus turpem habuit exitum; et noctu, ne clamatis quidem vasis, flumen transit, atque in eamdem partem, ex qua venerat, reddit: ibique prope flumen edito natura loco castra ponit. Paucis diebus interpositis, noctu insidias equitum collocavit: quo in loco superioribus fere diebus nostri pabulari consueverant. Et cum quotidiana consuetudine Q. Varus præfектus equitum Domitii venisset, subito illi ex insidiis surrexerunt. Sed nostri fortiter eorum impetum tulerunt, celeriterque ad eos quisque ordines rediit, atque ultro universi in hostes impetum fecerunt. Ex his circiter lxxx. interfectis, reliquis in fugam conjectis, nostri duobus amissis, in castra se receperunt. His rebus gestis, Domitius sperans, Scipionem ad pugnam elici posse, simulavit sese angustiis rei frumentariæ adductum castra movere: vasisque militari more conclamatis, progressus millia passuum iiii., loco idoneo, et occulto omnem exercitum, equitatumque collocavit. Scipio ad sequendum paratus, equitatum, magnamque partem levis armaturæ, ad explorandum iter Domitii, et cognoscendum, præmisit. Qui cum essent

progressi, primæque turmæ insidias intravissent, ex fremitu equorum illata suspicione, ad suos se recipere cœperunt; quique hos sequebantur, celarem eorum receptum conspicati, restiterunt. Nostri,<sup>47</sup> cognitis hosti insidiis, ne frustra reliquos exspectarent, duas nacti hostium turmas exceperunt. In his fuit M. Opimius præfectus equitum. Reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt, aut captos ad Domitium deduxerunt.

<sup>47</sup> *Cognitis hosti insidiis.*) Scalig. ediderat. Vide Voss. Alii Cogitatis ab hoste. Male *hostium hosti* suppressunt.

## CAPUT XIV.

*Acilium Legatum Cæsar Orico præficit. Cn. Pompejus filius Oricum petit, ibique opera Acilii perfringit: inde Lissum profectus, Antonii naves incendit, et opidum frustra oppugnat.*

Deductis oræ maritimæ præsidiis Cæsar, ut supra 39 demonstratum est, III. cohortes Orici, oppidi tuendi causa, reliquit; iisque custodiam navium longarum tradidit, quas ex Italia transduxerat. Huic officio, oppidoque præerat Acilius legatus. Is naves nostras in interiore partem post oppidum reduxit, et ad terram deligavit, faucibusque portus navem onerariam submersam objecit, et huic alteram conjunxit, super quas turrim effectam ad ipsum introitum portus opposuit, et militibus complevit, tuendamque ad omnes repentinós casus tradidit. Quibus cognitis rebus Cn. Pompejus filius, qui classi Ägyptiæ præerat, <sup>48</sup> ad Oricum venit; submersamque navim remulco, multisque contendens funibus abduxit: atque alteram navem, quæ erat ad custodiam ab Acilio posita, pluribus aggressus navibus,<sup>49</sup>

<sup>48</sup> *Ad Oricum venit.*) Recte, quia sœpe Cæsar in his expressit præpositionem.

<sup>49</sup> *In quibus ad libram fecerat tress.*) Tress in navibus erectas vidimus supra Gallic. Bello III. cap. 9. sect. 14. Hic

vero ad libram dicuntur factæ, quia ita erant in navi, ut alter alterius æquaret pondus, ne incligaret navis. Factæ autem vel in prora, et puppi, vel ad latus utrumque. De his Schefferus. Mil. Nav. II. 5.

in quibus ad libram fecerat turres , ut ex superiori pugnans loco , integrosque semper defatigatis submittens , et reliquis partibus simul ex terra scalis , et classe mœnia oppidi tentans , ut adversariorum manus diduceret , labore , et multitudine telorum nostros vicit : dejectisque defensoribus , qui omnes scaphis excepti refugerunt , etiam navem expugnavit : eodemque tempore ex altera parte molem tenuit naturalem objectam : quæ pene insulam contra oppidum efficerat : iv. biremes , <sup>50</sup> subjectis scutulis , impulsas vectibus in interiorem partem transduxit . Ita ex utraque parte naves longas aggressus , quæ erant deligatae ad terram , atque inanes , iv. ex his abduxit , reliquas incendit . Hoc confecto negotio , D. Lelium ab Asiatica classe abductum reliquit , qui coimeatus Bullide , atque Amantia importari in oppidum prohibebat ; ipse Lissum profectus , naves onerarias xxx. a M. Antonio relictas intra portum aggressus , omnes incendit : Lissum expugnare conatus , defendentibus civibus Romanis , qui ejus erant conventus , militibusque , quos præsidii causa miserat Cæsar , triduum moratus , paucis in oppugnatione amissis , re infecta , inde discessit .

<sup>50</sup> Subjectis scutulis .) Li- xerat palangas , sive phalan- gis teretibus . Supra libr. II. gas. Glossæ Cyrilli : Scutula , cap. 3. sect. 10. Civ. Bell. di- σκυτάγη .

## CAPUT XV.

*Cæsar in Macedoniam ad Pompejum iter habet, et juxta eum castra ponit: inde, nihil proficiens ibi, Dyrrachium petit, ut Pompejum commeatu probibeat, quod accidit. Pompejus edito loco castra munit. Cæsar L. Canulejum in Epirum frumentum mittit, et Pompejum circumvallat. Pompejus plures colles, et regiones ad pabulandum occupat: crebra prælia utrinque committuntur.*

**C**æsar, postquam Pompejum ad Asparagium esse 41 cognovit, eodem cum exercitu profectus, et expugnato in itinere oppido Parthinorum, in quo Pompejus præsidium habebat, i.e. die in Macedoniam ad Pompejum pervenit, juxta eum castra posuit, et postridie eductis omnibus copiis, acie instructa, decernendi potestatem Pompejo fecit. Ubi eum suis locis se tenebre animadvertisit, reducto in castra exercitu, aliud sibi consilium capiendum existimavit. Itaque postero die omnibus copiis, magno circuitu, difficulti, angustoque itinere Dyrrachium profectus est, sperans, Pompejum aut Dyrrachium compelli, aut ab eo intercludi posse, quod omnem commeatum, totiusque belli apparatum is eo contulisset, ut accidit. Pompejus enim primo ignorans ejus consilium, quod diverso ab ea regione itinere profectum videbat, angustiis rei frumentariæ compulsum discessisse existimabat; postea per exploratores certior factus, postero die castra movit, breviore itinere se ocurrere ei posse sperans; quod fore suspicatus Cæsar, militesque adhortatus, ut æquo animo laborem ferrent, parva parte noctis itinere intermisso, mane Dyrrachium venit, cum primum agmen Pompeji procul cerneretur; atque ibi castra posuit. Pompejus interclusus Dyrrachio, ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio, edito loco, qui appellatur Petra, aditumque habet navibus mediocrem, atque eas a quibusdam protegit ventis, castra communis. Eo partem navium longarum

convenire , frumentum , commeatumque ab Asia , atque omnibus regionibus , quas tenebat , comportari imperat . Cesar longius bellum ductum iri existimans , et de Italicis commeatibus desperans , quod tanta diligentia omnia litora a Pompejanis tenebantur , classesque ipsius , quas hieme in Sicilia , Gallia , Italia fecerat , morabantur , in Epirum rei frumentariæ causa L. Canulejum legatum misit : quodque hæ regiones aberant longius , locis certis horrea constituit , vecturasque frumenti finitimus civitatibus descripsit . Item Lissos , Parthinoisque , et omnibus castellis , quod esser frumenti , conquiri jussit . Id erat perexiguum , cum ipsius agri natura , quod sunt loca aspera , et montuosa , ac plerumque utuntur frumento importato : tum quod Pompejus hæc providerat , et superioribus diebus præde loco Parthinos habuerat ; frumentumque omne conquisitum , spoliatis , effosisque eorum domibus , per equites comportaverat . Quibus rebus cognitis , Cæsar consilium capit ex loci natura . Erant enim circum castra Pompeji permulti editi , atque asperi colles . Hos primum præsidiis tenuit ; castellaque ibi communis . Inde , ut loci cuiusque natura ferebat , ex castello in castellum perduta munitione , circumvallare Pompejum instituit , hæc spectans , quod angusta re frumentaria utebatur , et quod Pompejus multitudine equitum valiebat , quod minore periculo undique frumentum , commeatumque exercitu supportare posset : simul , ut pabulatione Pompejum prohiberet , equitatumque ejus ad rem gerendam inutilem efficeret ; tertio , ut auctoritatem , qua ille maxime apud exterias nationes niti videbatur , minueret , cum fama per orbem terrarum percrevisset , illum a Cæsare obsideri , neque audere prælio dimicare . Pompejus neque a mari , Dyrrachioque discedere volebat , quod omnem apparatum belli , rela , armæ , tormenta ibi collocaverat , frumentumque exercitui navibus supportabat ; neque munitiones Cæsaris prohibere poterat , nisi prælio decertare vellet ; quod eo tempore statuerat non esse faciendum . Relinquebatur , ut extremam rationem belli sequens quam plurimos colles occuparet , et quam latissimas regiones præ-

sidiis teneret, Cæsarisque copias, quam maxime posset, distineret. Idque accidit. Castellis enim xxiv. effectis, xv millia passuum circuitu amplexus, hoc spatio pabulabatur; multaque erant inter eum locum manu sata, quibus interim jumenta pascerentur. Atque ut nostri, qui perpetuas munitiones habebant, perductas ex castellis in proxima castella, ne quo loco erumperent Pompejani, et nostros post tergum adorirentur, timebant, ita illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco nostri intrare, atque ipsos a tergo circumvenire possent. Sed illi operibus vincebant; quod et numero milium præstabant, et interiore spatio minorem circuitum habebant. Quæ cum erant loca Cæsari capienda, etsi prohibere Pompejus totis copiis, et dimicare non constituerat; tamen suis locis sagittarios, funditoresque mittebat, quorum magnum habebat numerum; multique ex nostris vulnerabantur: magnusque incesserat timor sagittarum: atque omnes fere milites aut <sup>si</sup> ex subcoactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegumenta fecerant, quibus tela vitarent. In occupandis præsidiis magna <sup>45</sup> vi uterque utebatur: Cæsar, ut quam angustissime Pompejum contineret; Pompejus, ut quam plurimos colles quam maximo circuitu occuparet. Crebraque ob eam causam prælia siebant. In his cum legio Cæsaris ix. præsidium quoddam occupavisset, et monire cœpisset; huic loco propinquum, et contrarium collem Pompejus occupavit, nostrosque opere prohibere cœpit; et cum una ex parte prope æquum aditum haberet, primum sagittariis, funditoribusque circumiectis, postea levis armaturæ magna multitudine missa, tormentisque prolatis, munitiones impeditiebat. Neque erat facile nostris uno tempore propugnare, et munire. Cæsar, cum suos omnibus partibus vulnerari videret,

<sup>51</sup> Ex subcoactis.) Sic veteres: posterius excusi legunt ex coactis, quod inde est. Plin.

de auro, arg. coactilia, nostrates gewalckii Gruter. Inscripsit. p. 648. num. 3. LANARI. COA-VIII. 48. lanas coactas dixit: Ulpianus lege xxv. n. 2. Dig.

COACTILIARIUS.

recipere se statuit, et loco excedere. Erat per declive receptus. Illi autem hoc acrius instabant, neque regredi nostros patiebantur, quod timore adduci relinquere videbantur. Dicitur eo tempore glorians apud suos Pompejus dixisse: "Non recusare se, quia nullius usus Imperator existimaretur, si sine maximo detimento legiones Cæsaris sese recepissent inde, quo tempore  
45 essent progressæ." Cæsar receptui suorum timens, crates ad extremum tumulum contra hostem proferri, et adversas locari, intra has mediocri latitudine fossam, tectis militibus obduci jussit, locumque in omnes partes quam maxime impediri. Ipse idoneis locis funditores instruxit, ut præsidio nostris se recipientibus essent. His rebus completis, legiones reduci jussit. Pompejani hoc insolentius, atque audacius nostros premeret, et instare coeperunt; cratesque pro munitione objectas propulerunt, ut fossas transducerent. Quod cum animadvertisset Cæsar, veritus, ne non reducti, sed rejecti viderentur, majusque detrimentum caperetur, a medio fere spatio suos per Antonium, qui ei legioni præterat, cohortatus, tuba signum dari, atque in hostes impetum fieri jussit. Milites legionis ix. subito conspicati pila conjecerunt; et ex inferiore loco adversus clivum incitati cursu præcipites Pompejanos egerunt, et terga vetere coegerunt. Quibus ad recipientum crates directæ, longurique objecti, et institutæ fossæ magno impedimento fuerunt. Nostri vero, qui satis habebant sine detimento discedere, compluribus interfectis, v. omnino suorum amissis, quietissime se receperunt; paulloque citra eum locum, aliis comprehensis collibus, munitiones perfecerunt.

## CAPUT XVI.

*Afferuntur cause, porpter quas in superioribus præliis nova fuerit bellandi ratio: et quidquid inter utrumque exercitum accidit, commemoratur.*

**E**rat nova, et inusitata belli ratio, cum tot castellorum numero, tantoque spatio, et tantis munitiobus, et toto obsidionis genere, tum etiam reliquis rebus. Nam quicumque alterum obsidere conati sunt, percusso, atque infirmos hostes adorti, aut prælio superatos, aut aliqua ofensione permotos continuerunt, cum ipsi numero militum, equitumque præstarent. Causa autem obsidionis hæc fere esse consuevit; ut frumento hostes prohibeantur. At contra integras, atque incolumes copias Cæsar inferiori militum numero continebat; cum illi omnium rerum copia abundarent. Quotidie enim magnus undique navium numerus conveniebat, quæ commeatum supportarent: neque ullus flare ventus poterat, quin alia ex parte secundum cursum haberent. Ipse autem, consumptis omnibus longe, lateque frumentis, summis erat in angustiis. Sed tamen hæc singulari patientia milites ferebant. Recordabantur enim, eadem se superiore anno in Hispania perppersos, labore, et patientia maximum bellum confecisse. Meminerant ad Alexiam magnam se inopiam perppersos, multo etiam majorem ad Avricum, maximarum se gentium victores discessisse. Non, illis hordeum cum daretur, non legumina recusabant: pecus vero, cuius rei summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant. Est etiam genus radicis inventum<sup>52</sup> ab iis, qui fuerant cum Vale-

<sup>52</sup> Ab iis, qui fuerant cum Valerio) D. Vossius Godulnus L. Valerium Flaccum intelligunt Asiæ, Mithidratico bello, pretorem a Fimbria oppressum, Vellei. 15. 24. A quo Οὐαλερίειοι, Valeriani milites

dicti Lucullo rebelles, Dio xxxv: quos idem libr. lv. pagin. 564. εἰχοσδος vicesimanos, seu legiōnem xx. appellat. Alii de Valerio quadam in Cæsaris exercitu interpretantur.

rio,<sup>53</sup> quod appellatur Chara: quod admistum lacte multum inopiam levabat. Id ad similitudinem panis efficiebant. Ejus erat magna copia. Ex hoc effectos panes, cum in colloquiis Pompejani famem nostris objectarent, vulgo 49 in eos jaciebant, ut spem eorum minuerent. Jamque frumenta maturescere incipiebant; atque ipsa spes inopiam sustentabat; quod celeriter se habituros copiam confidebant. “Crebroque voces militum in vigiliis, colloquiisque audiebantur, prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompejum e manibus dimissuros:,, frequenter etiam ex perfugis cognoscebant, equos eorum vix tolerari, reliqua vero jumenta interiisse; uti autem apertos valetudine non bona, cum angustiis loci, et odore tetro ex multitudine cadaverum, et quotidianis laboribus insuetos operum, tum aquæ summa<sup>54</sup> inopia affectos, omnia enim flumina, atque omnes rivos, qui ad mare pertinebant, Cæsar aut averterat, aut magnis operibus obstruxerat. Atque, ut erant loca montuosa, et ad specus angustiæ vallium, has, sublicis in terram dimissis, præsepserat, terramque aggesserat, ut aquam continerent. Itaque illi necessario loca sequi dimissa, ac palustria, et puteos fodere cogebantur. Atque hunc laborem ad quotidiana opera addabant; qui tamen fontes a quibusdam præsidis aberant longius, celeriter vestibus exarescebant. At Cæsaris exercitus optima valetudine, sumniaque aquæ copia utebatur; tum commensus omni genere, præter frumentum, abundabat; quibus quotidie melius succederet tempus, majoremque spem maturitate frumentorum proponi videbant.

50 In novo genere belli novæ ab utrisque bellandi rationes reperiebantur. Illi] cum animadvertisserent ex ignibus, noctu cohortes nostras ad munitiones excubare,

53 Quod appellatur Chara.) Plinius xix. 8. lapsanam hanc radicem vocat. Olus silvestre, inquit, est trium foliorum, divi Julii carminibus præcipue, jocisque militaribus celebratum; alternis quippe versibus exprobrevare lapsana se vixisse apud

Dyrachium. Mirabilis inde confecti panis meminerunt etiam Plutarchus Cæsare p. 726. Suetonius cap. 68.

54 Inopia affectos.) Participium delent Ciacconius, Scaliger, Gronovius. Vide hujus Observ. iv. 17.

silentio aggressi, universas in multitudinem sagittas conjiciebant, et se confestim ad suos recipiebant. Quibus rebus nostri, usu docti, haec reperiebant remedia, ut alio loco ignes facerent, alio excubarent.

*Desunt aliqua.*

### C A P U T XVII.

*Pompejani interventu P. Sullæ pulsi, fugantur. Pompejus aliquot castella oppugnat. Numerus occisorum.*

*Pompejus se in suas munitiones recepit.*

**I**nterim <sup>55</sup> certior factus P. Sulla, quem discedens <sup>56</sup> castris præfecerat Cæsar, auxilio cohorti venit cum legionibus <sup>12</sup>, cuius adventu facile sunt repulsi Pompejani. Neque vero conspectum, aut impetum nostrorum tulerunt; primisque dejectis, reliqui se verterunt, et loco cesserunt. Sed insequentes nostros, ne longius prosequerentur, Sulla revocavit. At plerique existimant, si acrius insequi voluisse, bellum eo die potuisse finiri. Cujus consilium reprehendendum non videtur. Aliæ enim sunt legati partes, atque Imperatoris. Alter omnia age-re ad præscriptum; alter libere ad summam rerum consulere debet. Sulla a Cæsare castris relictus, liberatis suis, hoc fuit contentus, neque prælio decertare voluit; quæ res tamen fortasse aliquem reciperet casum; ne Imperatorias sibi partes sumppsite videretur. Pompejanis magna res ad receptum difficultatem afferebat. Nam ex iniquo progressi loco in summo constiterant. Si per declive sese reciperent, nostros ex superiore insequentes loco verebantur. Neque multum ad solis occasum temporis supererat. Spe enim conficiendi negotii, prope in noctem rem deduxerant. Ita necessario, atque ex tempore capto consilio, Pompejus tumulum quemdam occupavit: qui tantum aberat a nostro castello, ut telum,

<sup>55</sup> Interim certior factus P. Sulla.) Quod haec cum superioribus non cohærent, indicio est, non pauca excidisse; quæ ex Dionis I. XLJ. et aliunde supie-

antur. Præcipuum ex illis est quod Cæsar Dyrrhachium occupare aggressus, cum in angustias venisset, magnum periculum adierit, multisque amiscitus suorum,

tormentumve missum adjici non posset. Hoc consedit loco, atque eum communis, omnesque ibi copias continevit. Eodem tempore duobus præterea locis pugnatum est. Nam plura castella Pompejus pariter, distinendæ manus causa, tentaverat; ne ex proximis præsidiiis succurri posset. Uno loco Volcatius Tullus impetum legionis sustinuit cohortibus iiii., atque eam loco depulit. Altero Germani munitiones nostras egressi, compluribus 52 iæfectis, sese ad suos incolines receperunt. Ita uno die vi. præliis factis, iii. ad Dyrrachium, iii. ad munitiones, cum horum omnium ratio haberetur 56 ad ii. millium numero ex Pompejanis cecidisse reperiebamus, evocatos, 57 et manipulares, centurionesque complures. In eo fuit numero Valerius Flaccus 58 L. filius, ejus, qui prætor Asiam obtinuerat: signaque vi. militaria relata. Nostri non amplius xx. omnibus sunt præliis desiderati. Sed in castello nemo fuit omnino militum, qui vulneraretur; quatuorque ex una cohorte centuriones oculos amiserunt. Et cum laboris sui, periculique testimonium afferre vellent, millia sagittarum circiter xxx. in castellum conjecta Cæsari renuntiaverunt: scutoque ad eum relatæ Scævæ centuriones, inventa sunt in eo 59 forami-

56 Ad duorum millium numero.) Ita plerique libri, veteres, novi: Carrariensis autem codex, et Gryphius numerum. Nec vero prior illa concessio damnanda, cui et in aliis superest præsidium. Nonlus Marcellus in binum m. n. ex Sisenone: ad binum millium numero scrucciis utrinque factis. Ellipsis ergo subest. Fortisan ad summam aut similis vocis. Sæpe autem Cæsar numeribus addit sextum casum numero: Vide de B. Gall. libr. v. cap. 4. sect. 5. et libr. II. cap. 2, sect. 4. et alibi.

57 Et manipulares.) Veteres libri hoc insertum habent: quod ab aliis. Manutius quoque inferendum censet, ut tria genera militum cecidisse referantur.

58 L. filius ejus, qui prætor Asiam obtinuerat.) D. Vossio ad c. 48. est hic prætor, quem Firmilia interfecit: Glandorpia et Hotmano ille, pro quo extat Ciceronis oratio. Priorem Vellejus II. 24. Consularem virum; Appianus Mithrid. p. 345. οὐταρον, consulem appellat. Fuit sane Asia præatoria provincia, belli autem tempore consularis. Vide H. Notis Cenotab. Pis. pag. 206.

59 Foramina cxx.) Sic Pal. codex: et alius Ms. Bong. centum xx. Etiam Suetonius cap. 68. et Valer. Maximus III. 2. centum et viginti: et Plutarchus Cæf. p. 715 ἔκατον, qui vero addit καὶ τριηκόντα. Hinc emendandi vulgares Cæsaris libri, in quibus est ccxxx.

na cxx., quem Cæsar, ut erat de se meritus, et de Rep.<sup>60</sup> donatum millibus ducentis æris<sup>61</sup> ab octavis ordinibus ad primum pilum se transducere pronuntiavit. Ejus enim opera castellum conservatum esse magna ex parte constabat: cohortemque postea duplici stipendio,<sup>62</sup> frumentoque, et speciariis, militaribusque donis amplissime donavit. Pompejus noctu magnis additis munitio- 54 nibus, reliquis diebus turres extruxit. Et in altitudinem pedum xv. effectis operibus, vineis eam partem castorum obtexit, et v. intermissis diebus, alteram noctem subnubilam nactus, extuctis omnibus castrorum portis, et ad impediendum objectis, tertia inita vigilia, silentio exercitum eduxit, et se in antiquas munitiones recepit.

*60 Donatum millibus ducentis æris.) Suspecta pluribus vox æris, ut nummum, seu sestertium subaudiatur. Olim excusi donavit m. d. atque.*

*61 Ab octavis ordinibus ad primum pilum.) Extra ordinem per saltum virtutis ergo. Primum pilum ex MS. vetusto redidit Manutius, quia hoc loco ordinis nomen est, quem primi pilus vulgatorum non exprimit. De ordinibus, et adscensione per illos supra dictum.*

*62 Frumentoque, et speciariis, militaribusque.) A ducentis et pluribus autnis editum fuit frumentove, speciariis, cætera: MSS. frumento, vespeciarus, vide. Alii aliud. Dion. Vossius hunc simplicem sensum ex litterarum numero, ac vestigiis colligit: frumento, veste, et aliis militaribus donis, quod præcæterorum interpretamento placet. De redundantem que eundem consule.*

## CAPUT XVIII.

Cæsar Fufium Calenum, Q. Sabinum, et Cassium in Achajam mittit; Rutilius Lupus Isthmum præmunit, Cale-nus Delpbos, Thebas, Orcobomenum, et alias urbes capít. Cæsar, producto exercitu, pugnandi occasionem Pompejo præbet; literas ad Scipionem cum mandatis mittit, Cæsar Pompeji equites pabulis prohibet, quam ob rem sum-mam inopia rerum Pompejus laborat, et eruptio-nem meditatur.

**A**Etolia, Acarnania, Amphilochis per Cassium Longinum, et Calvisium Sabinum, ut demonstravi-mus, receptis, tentandam sibi Achajam, ac paullo lon-

gius progrediendum, existimabat Cæsar. Itaque eo Fufium Calenum misit, et Q. Sabinum, et Cassium cum cohortibus adjungit. Quorum cognito adventu, Kutilius Lopus, qui Achajam missus a Pompejo obtinebat, Isthmum præmunire instituit, ut Achaja Fufium prohiberet. Calenus Delphos, Thebas, Orchomenum voluntate ipsarum civitatum recepit: nonnullas per vim expugnavit, reliquas civitates, circummissis legationibus, amicitiae Cæsaris conciliare studebat. In his rebus fere erat Fufius occupatus. Omnibus deinceps diebus Cæsar exercitum in aciem æquum in locum produxit, si Pompejus prælio decertare vellet, ut pene castris Pompeji legiones subjiceret: tantumque a vallo ejus prima acies aberat, utine in eam telum, tormentumve adjici posset. Pompejus autem, ut famam, et opinionem hominum teneret, sic pro castris exercitum constituebat, ut tertia acies vallum contingeret, omnisque ejus instructus exercitus telis ex vallo injectis protegi posset. Hæc cum in Achaja, atque apud Dyrrachium gererentur, Scipionemque in Mace-  
 doniam venisse constaret, non oblitus pristini i-stituti Cæsar, mittit ad eum Clodium, suum, atque illius familiarem, quem ab illo traditum initio, et commenda-  
 tum in suorum necessariorum numero habere insti-  
 tuerat. Huic dat literas, mandataque ad eum, quorum hæc era summa: "Sese omnia de pace expertum, nihil adhuc arbitrari factum vitio eorum: quos esse auctores ejus rei voluisset, quod sua mandata perferre non op-  
 portuno tempore ad Pompejum vererentur; Scipionem ea auctoritate esse, ut non solum libere, quæ probasset, exponere, sed etiam ex magna parte compellere, atque errantem regere posset: præsesque suo nomine exerci-  
 tui, et præter auctoritatem vires quoque ad coercendum haberet: quod si fecisset, quietem Italie, pacem pro-  
 vinciarum, salutem imperii uni omnes acceptam relatu-  
 ros." Hæc ad eum mandata Clodius refert, ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus, reliquis ad collo-  
 quiuum non admittitur. Castigato Scipione a Favonio,  
 ut postea confecto bello reperiebamus, infectaque re-  
 sese ad Cæsarem recepit. Cæsar, quo facilius equita-  
 tum Pompejanum ad Dyrrachium contineret, et pa-

bulatione prohiberet, aditus duos, quos esse angustos demonstravimus, magnis operibus præmunivit, castellaque his locis posuit. Pompejus, ubi nihil profici equitatu cognovit, paucis intermissis diebus, rursum cum navibus ad se intra munitiones recipit. Erat summa inopia pabuli adeo, ut foliis ex arboribus strictis, et teneris arundinum radicibus contusis equos alerent. Frustra enim, quæ fuerant intra munitiones sata, consumperant, et cogebantur Coreyra, atque Acarnania, longo interjecto navigationis spatio, pabulum suppor-tare; quoque erat ejus rei minor copia, hordeo adau-gere, atque his rationibus equitatum tolerare. Sed post-quam non modo hordeum, pabulumque omnibus in lo-cis, herbæque desectæ, sed etiam fructus ex arboribus deficiebant, corruptis equis macie, conandum sibi ali-iquid Pompejus de eruptione existimavit.

## C A P U T X I X.

*Milites Roscilli, et Ægi stipendio fraudati Cæsarem  
adeunt, deque illata sibi injuria conqueruntur: quare  
Roscillus, et Ægus ad Pompejum transeunt. Pompe-  
jus ad eruptionem se parat. Cæsar Fulvium Positu-  
mum ad suas munitiones mittit, ut Lentulum  
contra Pompejum adjuvet.*

**E**rant apud Cæsarem ex equitum numero Allobroges duo fratres, Roscillus, et Ægus, Abducilli filii, qui principatum in civitate multis annis obtineuerat, singulari virtute homines: quorum opera Cæsar omnibus Gallicis bellis optima, fortissimaque erat usus. His domi ob has causas amplissimos magistratus man-daverat, atque eos extra ordinem in senatum legen-dos curaverat; agrosque in Gallia ex hostibus captos, præmiaque rei pecuniarie magna tribuerat, locuplesque ex egentibus effecerat. Hi propter virtutem non solum apud Cæsarem in honore erant, sed etiam apud exercitum cari habebantur. Sed freti amicitia Cæsaris, et stulta, ac barbara arrogantia elati despiciebant suos, stipendumque equitum fraudabant, et prædam omnem

59

Bb

domum avertabant. Quibus illi rebus permoti universi Cæsarem adierunt, palamque de eorum injuriis sunt questi; et ad cætera addiderunt, falsum ab his equitum nuinerum deferri, quorum stipendium avertebant. Cæsar neque tempus illud animadversionis esse existimans, et multa virtuti eorum concedens, rem distulit totam; illos secreto castigavit, quod questui equites haberent, monuitque, ut sua amicitia omnia exspectarent, et ex præteritis suis officiis reliqua sperarent. Magna tamen hæc res illis offensionem, et contemptionem ad omnes attulit. Idque ita esse cum ex aliorum obtrectationibus, tum etiam ex domestico iudicio, atque animi conscientia intelligebant. Quo pudore aducti, et fortasse se non liberari, sed in aliud tempus reservari arbitrati, discedere a nobis, et novam tentare fortunam, novasque experiri amicitias, constituerunt; et cum paucis collocti clientibus suis, quibus tantum facinus committere avidebant, primum conati sunt præfectum equitum C. Volusenum interficere (ut postea, bello confecto, cognitum est) ut cum munere aliquo perfugisse ad Pompejum viderentur. Postquam id difficilius visum est, neque facultas perficiendi dabatur, quam maximas potuerunt pecunias, mutuati, perinde ac satisfacere, et fraudata restituere vellent, multis coemptis equis, ad Pompejum transierunt cum iis, quæ sui consilii participes habebant. Quos Pompejus, quod erant honesto loco nati, et instructi liberaliter, magnoque comitatu, et multis jumentis venerant, virisque fortes habebantur, et in honore apud Cæsarem fuerant, quodque novum, et præter consuetudinem acciderat, per omnia sua præsidia circumduxit, atque ostentavit. Nam ante id tempus nemo aut miles, aut eques a Cæsare ad Pompejum transierat, cum pene quotidie a Pompejo ad Cæsarem perfugerent; vulgo vero in Epiro, atque Aetolia conscripti milites, earumque regionum omnium, quæ a Cæsare tenebantur. <sup>63</sup> Sed hi, cognitis omnibus rebus, seu quid in munitionibus perfectum non erat, seu quid a

<sup>63</sup> Sed h. i. Allobrogæ duo inquit, omnia ad Pompejum transiugæ, cap. 20. sect. 63. h. i. detulerunt.

peritioribus rei militaris desiderari videbatur; temporibusque rerum; et spatiis locorum, et <sup>64</sup> custodiarum viribus, ac diligentia animadversa, prout cojusque eorum, qui negotiis p̄erabant, aut natura, aut studium ferebat, h̄ec ad Pompejum omnia detulerunt. Quibus ille cognitis, <sup>62</sup> eruptionisque jam ante capto consilio, ut demonstratum est, tegmenta galeis milites ex viminiibus facere, atque aggerem comportare jubet. His paratis rebus, magnum numerum levis armaturæ, et sagittariorum, aggeremque omnem nocte in scaphas, et naves actuarias impónit, et de media nocte cohortes xx. ex maximis castris, p̄æsidiisque deductas ad eam partem munitiōnum ducit, quæ pertinebant ad mare, longissimeque a maximis castris Cæsaris aberant. Eodem naves, quas demonstravimus, aggere, et levis armaturæ militibus completas, quasque ad Dyrrhachium naves longas habebat, mittit; et quid a quoque fieri velit, p̄æcipit. Ad eas munitiones Cæsar Lentulum Marcellinum quæstoreni cum legione ix. positum habebat. Huic, quod valetudine minus commoda utebatur, Fulvium Posthumum adjutorem submiserat.

<sup>¶</sup> 64. *Custodiarum viribus, ac quo alii varia, ali⁹ vera, utri-diligentia. Clare Ita Patavianus que perperam fecerunt. optimus codex: alii viria, ex*

## CAPUT XX.

*Describitur munitionum locus. Pompejani Cæsareos aggrediuntur, eosque fugant, in quorum auxilium frustra Marcellinus cohortes mittit. In bac pugna Aquilifer cadit. M. Antonius comprimit Pompejanos castris Marcellini appropinquantes. Cæsar juxta Pompejum castra munit.*

**E**rat in eo loco fossa pedum xv., <sup>65</sup> et vallus contra hostem in altitudinem pedum x., tantumdemque ejus <sup>63</sup>

<sup>65</sup> *Et vallus contra hostem in altitud. pedi. x.) Cæsar val-lus idem quod valium: etiam* Tibullo l. r. eleg. xii. vers. 9.  
*Non aeris; non vallis erat.*

valli agger in latitudinem patebat. Ab eo, intermisso spatio pedum DC., alter conversus in contrariam partem erat vallis, humiliore paullo munitione. Hoc enim superioribus diebus timens Cæsar, ne navibus nostri circumvenirentur, duplum eo loco fecerat vallum; ut, si ancipiti prælio dimicaretur, posset resisti. Sed operum magnitudo, et continens omnium diem labor, quod millia passuum in circuitu XVIII. munitiones erat complexus, perficiendi spatium non dabat. Itaque contra mare transversum vallum, qui has duas munitiones contingeret, nondum perfecerat. Quæ res nota erat Pompejo, delata per Allobroges perfugas, magnumque nostris attulerat incommodum. Nam, ut ad mare nostræ cohortes IX. legionis excubuerant, accessere subito prima luce Pompejani exercitus: novusque eorum adventus exstigit, simulque navibus circumvecti milites<sup>66</sup> in exteriorem vallum tela jaciebant, fossæque aggere complebantur: et legionarii, interioris munitionis defensores, scalis admotis, tormentisque cujusque generis, telisque terrebant, magna que multitudo sagittariorum ab utraque parte circumfundebatur. Multum autem ab ictu lapidum, quod unum nostris erat telum, viminea tegumenta galeis imposita defendebant. Itaque, cum omnibus rebus nostri premerentur, atque ægre resisterent, animadversum est vitium munitionis, quod supra demonstratum est: atque inter duos vallos, qua perfectum opus non erat, per mare navibus expositi in aversos nostros impetum fecerunt, arque ex utraque munitione dejectos terga vertere coegerunt. Hoc tumultu nuntiato, Marcellinus cohortes subsidio nostris laborationibus submisit, quæ ex castris fugientes conspicatae, neque illos suo adventu confirmare potuerunt, neque ipsæ hostium impetum tulerunt. Itaque quodcumque addebatur subsidio, id

64

66 In exteriorem vallum.) Sic vetus codex Claconii, et recte, meo iudicio, quia interiori inox opponitur. Excusorum vestitissimam interiorem, sed prave, quia ab interiore sequen-

tibus verbis distinguitur. Farnus anteriorem legit, quem omnes hodie sequuntur. Sed dubium, an vox anterior Cæsaris ætate in Latio fuerit. Vide curas nostras posteriores.

corruptum timore fugientium terrorem, et periculum augebat. Hominum enim multitudine receptus impeditiebatur. In eo prælio, cum gravi vulnere esset affe-  
ctus Aquilifer,<sup>67</sup> et viribus deficeretur, conspicatus equites nostros: „Hanc ego, *inquit*, et vivus multos per annos magna diligentia defendi, et nunc moriens ea-  
dem fide Cæsari restituo. Nolite, obsecro, commit-  
tere, quod ante in exercitu Cæsaris non accidit, ut rei militaris dedecus admittatur, incolunemque ad eum referte.“ Hoc casu aquila conservatur, omnibus pri-  
mæ cohortis centurionibus interfectis,<sup>68</sup> præter prin-  
cipem priorem. Jamque Pompejani magna cæde nostro-  
rum castris Marcellini appropinquabant, non medio-  
cri terrore illato reliquis cohortibus: et M. Antonius,  
qui proximum locum tenebat præsidiorum, ea re nun-  
tiata, cum cohortibus XII. descendens ex loco supe-  
riore cernebatur. Cujus adventus Pompejanos compres-  
sit, nostrosque firmavit, ut se ex maximo timore col-  
ligerent. Neque multo post Cæsar, significatione per  
castella fumo facta, ut erat superioris temporis con-  
suetudo, deductis quibusdam cohortibus ex præsidii,  
eodem venit. Qui, cognitio detrimento, cum animad-  
vertisset Pompejum extra munitiones egressum, castra  
secundum mare, ut libere pabulari posset, nec minus  
aditum navibus habere, commutata ratione belli, quo-  
niam propositum non tenuerat, juxta Pompejum mu-  
niri jussit. Qua perfecta munitione, animadversum est 66

<sup>67</sup> Et viribus deficeretur.) Hoc ex Fulvii codice antiquo est. A centum circiter annis editum, et a viribus deficeretur: non dubito, quin etiam ex veteri quodam codice. Nam utrumque dicitur defectus re, et defectus ab re. Columella IV.  
go. quibus si deficitur agricola. Et Tibullus I. II. elegia 5.

Solum defectum lumine vidit.  
At Ovid. ep. v. Oenones ad Pa-  
ridem 150.

Deficio prudens artis ab arte  
medio.

Antiquius editi deficeret, metu forsitan passivi minus usitati; sed falso, ut vidimus. Adi Suetonii Aug. cap. 48. quamvis non deficeretur ad subita ex tempo-  
rali facultate. Sic enim in MSS. est.

<sup>68</sup> Præter principem prio-  
rem.) Hic erat primæ cohortis centurio tertius ordine, post primiili centurionem, et ba-  
statum primum; major hastato secundo, et priore triario. Vide Vegest. II. 8. et Livium XLII. 34.

a speculatoribus Cæsaris , cohortes quasdam , quod instar legionis videretur , esse post silvam , et in vetera castra duci , Castrorum hie situs erat .

## CAPUT XXI.

*Describitur locus , in quo Pompeji castra erat . Cæsar ad legionem Pompeji cum suis copiis se confert , hostesque ex vallo deturant , prælio commisso . Pompejani vincuntur . Pompejana legio impetum in Cæsareos facit . Occisorum numerus . Pompejus imperator appellatur . Pompejani victoriam sua virtute , non fortunæ casu partam prædivant .*

**S**uperioribus diebus , cum se ix. legio Cæsaris obiecisset Pompejanis copiis , atque opera , ut demonstravimus , circumveniret , castra eo loco posuit . Hæc silvam quamdam contingebant , neque longius a mari passibus eō aberant . Post mutato consilio quibusdam de causis , Cæsar paullo ultra eum locum castra transtulit , paucisque intermissis diebus , hæc eadem Pompejus occupaverat : et quod eo loco plures erat legiones habiturus , relicto interiore vallo , majorem adjecerat munitionem . Ita minora castra inclusa majoribus castelli , atque arcis locum obtinebant . Item ab angulo castrorum sinistro munitionem ad flumen perduxerat , circiter passus eō , quo liberius , ac sine periculo milites aquarentur . Sed is quoque , mutato consilio quibusdam de causis , quas commemorari necesse non est , eo loco excesserat . Ita complures dies manserant castra . Munitiones quidem integræ omnes erant .

**67** Eo signo legionis illato , speculatores Cæsari renuntiarunt . Hoc idem visum ex superioribus quibusdam castellis confirmaverant . Is locus aberat a novis Pompeji castris circiter passus d . Hanc legionem sperans Cæsar se opprimere posse , et cupiens ejus diei detrimentum sarcire , reliquit in opere cohortes ii. , quæ speciem munitionis præberent ; ipse diverso itinere , quam potuit occultissime , reliquas cohortes numero gxxiiii. , in quibus erat legio ix. , multis amissis centu-

rionibus, diminutoque militum numero, ad legiomem Pompeji, castraque minora duplici acie duxit. Neque eum prima opinio fefellit. Nam et pervenit prius, quam Pompejus sentire posset; et, tamensi erant munitiones castrorum magnæ, tamen sinistro cornu, ubi erat ipse, celeriter aggressus Pompejanos ex vallo deturbavit.<sup>69</sup> Erat objectus portis ericius. Hic paulisper est pugnatum; cum irrumpere nostri conarentur, illi castra defenderent, fortissime T. Polcione, cuius opera proditum exercitum C. Antonii demonstravimus, e loco propugnante. Sed tamen nostri virtute vicerunt: excisoque ericio, primo in majora castra, post etiam in castellum, quod erat inclusum majoribus castris, irruerunt: et quod eo pulsa legio sese repererat, nonnullos ibi repugnautes interfecerunt. Sed fortuna, que<sup>68</sup> plurimum potest, cum in reliquis rebus, tum præcipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutationes efficit; ut tum accidit. Munitionem, quam pertingere a castris ad flumen supra demonstravimus, dextri Cæsaris cornu cohortes ignorantia loci sunt secutæ, cum portam quererent, castrorumque eam munitionem esse arbitrarentur. Quod cum esset animadversum conjunctam esse flumini, protinus his munitiōnibus, defendantे nullo, transcederunt: omnisque nostrar equitatus eas cohortes est secutus. Interim Pompejus, hac longa satis interjecta mora, et re nuntiata,<sup>v.</sup> legiomem ab opere deductam subsidio suis duxit: eodemque tempore equitatus ejus nostris equitibus approxinabat, et acies instructa a nostris, qui castra occupaverant, cernebatur: omniaque sunt subito murata. Pompeiana enim legio celeris spe subsidii confirmata, ab decumana porta resistere conabatur, atque ultro in nostros impetum faciebat. Equitatus Cæsar, quod angusto itinere per aggeres adscendebat, receptui suo timens initium fugæ faciebat. Dextrum cornu, quod erat

<sup>69</sup> Erat objectus portis ericius.) Ericius trabs erat, ex qua undique ferrei aculei prominabant: a bestiolæ ita dictæ aculei appellatus. Hoc ex Sallu-

stio colligitur libr. III. Hist. apud Nonium in VERUTUM, axibus, inquit, eminebant in modum ericili militaris veruta binum pedum.

a sinistro seclusum , terrore equitum animadverso , <sup>ne</sup> intra munitionem opprimeretur , ex parte , qua prouerbat , sese recipiebat ; ac plerique ex iis , ne in angustias incidenterent , x. pedum munitionis sese in fossas præcipitabant : primisque oppressis , reliqui per horum corpora salutem sibi , atque exitum pariebant . Sinistro cornu milites , cum ex vallo Pompejum abesse , et suos fugere cernerent , veriti , ne angustiis intercluderentur , <sup>cum</sup> extra , et intus hostem haberent , eodem , quo venerant , <sup>70</sup> receptui consulebant : omniaque erant tumultus , timoris , fugæ plena ; adeo , ut , cum Cæsar signa fugientium manu prehenderet , et consistere juberet , alii , dimissis equis , eundem cursum conficerent , alii ex metu etiam signa dimitterent , neque quisquam <sup>70</sup> omnino consisteret . His tantis malis hæc subsidia succurrebant , quo minus omnis deleretur exercitus , quod Pompejus insidias timens , credo , quod hæc præter spem acciderant ejus , qui paullo ante ex castris fugientes suos conspexerat , munitionibus appropinquare aliquandiu non audebat ; equitesque ejus , angustiis , portisque a Cesaris militibus occupatis , ad insequendum tardabantur . Ita parvæ res magnum in utramque partem momentum habuerunt . Munitiones enim a castris ad flumen perductæ , expugnatis jam castris Pompeji , propriam , et expeditam Cæsaris victoriam interpella-<sup>71</sup> verunt . Eadem res , celeritate insequentium tardata , nostris salutem attulit . Duobus his unius diei præliis <sup>71</sup> Cæsar desideravit milites cmix . et notos equites Rom . Felginatem Tuticanum Gallum , Senatoris filium , C. Felginatem Placentia , A. Granium Puteolis , M. Sa- crativirum Capua , tribunos militum , et centuriones xxx . Sed horum omnium pars magna in fossis , mu- nitionibusque , et fluminis ripis oppressa suorum ter- rore , ac fuga sine ullo vulnere interiit , signaque sunt

<sup>70</sup> Receptui consulebant . ) MSS. plura receptui sibi C. Edi- tii carent pronomine : Vossius receptu sexto casu , censuit , cum pronomine .

<sup>71</sup> Cæsar desideravit mili-

) Tota hæc sectio prima hujus capituli aliter in vetustis libris , aliter in posterioribus legitur : nec de vera lectione satis constat .

militaria xxxix. amissa. <sup>72</sup> Pompejus eo prælio Imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit, atque ita se postea salutari passus est. Sed <sup>73</sup> neque in literis, quas scribere est solitus, neque in fascibus insignia faureæ prætulit. At Labienus, cum ab eo impetravisset, ut sibi captivos tradi juberet, omnes productos ostentationis, ut videbatur, causa, quo major perfugis fides haberetur, commilitones appellans, et magna verborum contumelia interrogans, „solerentne veterani milites fugere,“ in omnium conspectu interficit. His rebus tautum fiduciæ, ac spiritus Pompejanis <sup>72</sup> accessit, ut non de ratione belli cogitarent, sed vicisse jam sibi viderentur. Non illi paucitatem nostrorum militum, non iniuriam loci, atque angustias, præoccupatis castris, et ancipiitem terrorem intra, extra que munitiones, non abscissum in duas partes exercitum, cum alter alteri auxilium ferre non posset, causam fuisse cogitabant. Non ad hæc addebant, non ex concursu acri facto, non prælio dimicatum, sibique ipsos multitudine, atque angustiis majus attulisse detrimentum; quam ab hoste accepissent: non denique communis belli casus recordabantur, quam parvulae, saepe causæ vel falsæ suspicionis, vel terroris repentinae, vel objectæ religionis magna detimenta intulissent: quoties vel culpa ducis, vel tribuni vitio, in exercitu esset offensum: sed perinde, ac si virtute vicissent, neque ulla commutatio rerum posset accidere, per orbem terrarum fama, ac literis victoriam ejus dies concelebrabant.

<sup>72</sup> Pompejus eo prælio imperator est upp.) Novis hoc nomen victorius renovatum, et numeratum, v. g. imperator iterum; imper. sexies; imp. vicies, quod de Augusto inscriptio Arimineensis, et nummi habent. Vide quæ ad Cic. libr. x. epist. xxxiv. notavimus.

<sup>73</sup> Neque in literis, neque in fascibus insignia lauroe.) Laurus lactum signum victorii, quo abstinebat civili bello, cuius Victoria ob cæsos cives tristis est. De laureatis autem post victoriam literis, de lictoribus, itidem et fascibus laureatis diximus ad Plinii Panegyr. c. 8.

## CAPUT XXII.

*Cæsar, habita ad milites concione, qua maxime ad pugnam excitantur, impedimenta Apolloniam mittit. Pompejus suos ad insequendos Cæsareos mittit, ibique pugnatur.*

- 73 **C**æsar, a superioribus consiliis depulsus, omnem sibi commutandam belli rationem existimavit. Itaque uno tempore præsidiis omnibus deductis, et oppugnatione dimissa, coactoque in unum locum exercitu, concessionem apud milites habuit: hortatusque est, „ne ea, quæ accidissent, graviter ferrent: neve his rebus terrentur, multisque secundis præliis unum adversum, et id mediore, opponent: habendam fortunæ gratiam, quod Italiam sine aliquo vulnere cepissent, quod duas Hispanias, bellicosissimorum hominum peritissimis, atque exercitatissimis duabus, paravissent: quod finitimas, frumentariasque provincias in potestatem redigissent; denique recordari debere, qua facilitate inter medias hostium classes, oppletis non solum portibus, sed etiam litoribus, omnes in eolumines essent transportati. Si non omnia cederent seunda, fortunam esse industria sublevandam; quod esset acceptum detrimenti, ejus juri potius, quam suæ culpæ debere tribui; 74 locum se tutum ad dimicandum dedisset: potitum esse hostium castris, expulisse, ac superasse pugnantes: sed sive ipsorum perturbatio, sive error aliquis, sive etiam fortuna partam Jain, præsentemque victoriam interpellasset, dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur. 75 Quod esset factum detrimentum, in bonum verterent, ut ad Gergoviam accidisset: atque ii, qui ante dimicare potuissent, ultiro se 74 prælio offerrent. „Hac habita concione, nonnullos signiferos ignominia notavit, ac loco movit. Exercitui qui-

74 *Locum se tutum.*) Veteres libri. *locum securum:* Scaliger *se tum:* pro prius vestigiis *se suum,* quod Ciacconius conjectat, Vossius approbat.

75 *Quod esset factum detrimentum, in bonum.*) Hanc Cartariensis codicis lectionem Manutius commendat. Vulgo *quod si,* cum incisione post *factum.*

dem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantumque studium infamiae sarcendi, ut nemo aut tribuni, aut centurionis imperium desideraret: et sibi quisque etiam pœnæ loco graviores imponeret labores, simulque omnes arderent cupiditate pugnandi: cum superioris etiam ordinis nonnulli oratione permoti manendum eo loco, et rem prælio committendam existimarent. Contra ea Cæsar neque satis militibus perterritis confidebant, spatiisque interponendum ad recreandos animos putabat, relictisque munitionibus, magnopere rei frumentariæ timebat. Itaque nulla interposita mora, sauciorum modo,<sup>75</sup> et ægrorum habita ratione, impedimenta omnia silentio prima nocte ex castris Apolloniam præmisit, ac conquescere ante iter confectum vexit. His una legio missa præsidio est. His explicitis rebus, duas in castris legiones retinuit, reliquas de iv. vigilia compluribus portis eductas eodem itinere præmisit: parvoque spatio intermisso, ut et militare institutum servaretur, et<sup>76</sup> quam serissime ejus profectio cognosceretur, conclamari jussit; statimque egressus, et novissimum agmen consecutus, celeriter e conspectu castrorum discessit. Neque vero Pompejus, cognito consilio ejus, moram ullam ad insequendum intulit: sed eadem spectans, si itinere impeditos, et perterritos deprehendere posset, exercitum e castris eduxit, equitatumque præmisit ad novissimum agmen demorandum: neque consequi potuit, quod multum expedito itinere antecesserat Cæsar. Sed<sup>77</sup> cum ventum esset ad flumen Genusum, quod ripis erat impeditis, conse-

<sup>76</sup> Quam serissime.) Veteres libri ne citissima. Ursui codex quam suelissime, unde factum, vel in alio clare inventum, quod adhuc expressum est, quam serissime, quo adverbio et Plin. xv. 17. usus est, Tarentina (pirata) serissime legit.

<sup>77</sup> Cum ventum esset ad flumen Genusum.) Distinxii olim cum pluribus a Panyaso Genusum: jam, Cæsar's itineribus, ac castris curatus inspectis, minus dubito, Panyasum ac Genusum

eundem amnem esse. altero fortassis vocabulo corrupto. Idem Claconio, et in schedis ad Livium Rutvio Ursino visum fuit. Prima opposita castra fuerunt Apso direpta, cap. 6. sect. 13. altera ad Asparagium cap. II. sect. 30. et cap. 15. sect. 41. tertia ad Dyrrachium. Unde puluis Cæsar, transducto Genusum exercitu, in veteribus suis castris contra Asparagium conserdit: Pompejus in suis ad Asparagium, 17-

curus equitatus novissimos prælio detinebat. Huic suos Cæsar equites opposuit, expeditosque antesignanos admisicut eō, qui tantum profecere, ut equestri prælio commisso, pellerent omnes, compluresque iuterficerent; ipsi incolumes se ad agmen reciperent.

men propinquis Dyrrachio, ut milites in priora castra recurrent, sarcinas festinatione relictas repetituri. Vides sic Genusum inter Dyrrachium, et Apsum esse, ubi et Panyassum Ptolemæus posuit. Corripuit medium Lucanus libr. v.

462. quod forte Græci Τευσόδης scripserunt, quamquam Dionī XII. p. 177. sit Ιενοοσθος. Cæsarem, ut videtur, sequuto. Livius prave redundantē literā libr. XLIV. 30. circa Genusum amnem.

## CAPUT XXIII.

Cæsar, et Pompejus se in sua vetera castra recipiunt, inde Cæsar ab eo loco discedit; literas cum mandatis ad Domitium dat, iterque per Epirum habet, Pompejus vero per Macedoniam. Domitius cum Heracliam Senticam petit, ab Allobrogibus certior fit de Cæsar's profectione, et Pompeji adventu; quare Æginium versus obviam Cæsari pergit.

76 Confecto justo itinere ejus diei, quod proposuerat Cæsar, transductoque exercitu flumen Genusum, veteribus suis in castris contra Asparagium consedit, militesque omnes intra vallum continuit, equitatumque per causam pabulandi emissum confestim Decumanā porta in castra se recipere jussit. Simili ratione Pompejus, confecto ejusdem diei itinere in suis veteribus castris ad Asparagium consedit; ejusque milites, quod ab opere, integris munitionibus, vacabant, alii lignandi, pabulandique causa longius progrediebantur, alii, quod subito consilium profectionis ceperant, magna parte impedimentorum, et sarcinarum relictā, ad hæc repetenda invitati propinquitate superiorum castrorum, depositis in contubernali armis, vallum relinquebant. Quibus ad secundum impeditis, Cæsar quod fore præviderat, meridiano fere tempore signo profectionis dato, exercitum educit, duplicatoque ejus diei

itinere, viii. millibus passuum ex eo loco procedit. Quod facere Pompejus discessu militum non potuit. Postero die Cæsar similiter, præmissis prima nocte 77 impedimentis, de iv. vigilia ipse egreditur, ut si qua imposita esset dimicandi necessitas, subitum casum expedito exercitu subiret. Hoc idem reliquis fecit diebus. Quibus rebus perfectum est, ut altissimis fluminibus, atque impeditissimis itineribus nullum acciperet incommodum. Pompejus enim, primi diei mora illata, et reliquorum dierum frustra labore suscepto, cum se magnis itineribus extenderet, et progressos consequi cuperet, iv. die finem sequendi fecit, atque aliud sibi consilium capiendum existimavit. Cæsari ad sancios 78 deponendos, stipendum exercitui dandum, socios confirmandos, præsidium urbibus relinquendum, <sup>78</sup> necesse erat adire Apolloniam. Sed his rebus tantum temporis tribuit, quantum erat properanti necesse; <sup>79</sup> tamenque Domitio, ne adventu Pompeji præoccuparetur, ad eum omni celeritate, et studio incitatus ferebatur. Totius autem rei consilium his rationibus explicabat, ut, si Pompejus eodem contenderet, abductum illum a mari, atque ab iis copiis, quas Dyrrachii comparaverat, frumento, ac commatu abstractum, pari conditione belli secum decertare cogeret; si in Italiam transiret, coniuncto exercitu cum Domitio, per Illyricum Italiam subsidio proficeretur; sin Apolloniam, Oricumque oppugnare, et se omni maritima ora excludere conaretur, obsesso tamen Scipione, necessario illum suis auxilium ferre cogeret. Itaque, præmissis nuntiis, ad Cn. Domitium Cæsar scripsit, et quid fieri vellet, ostendit; præsidioque Apollonie cohortibus iv., Lissi i., iii. Orici relictis, quique erant ex

<sup>78</sup> Necesse erat adire Apollonium.) Iter Cæsari erat a Dyrrachio in Thessaliam, in quo non omnis ora maritima legenda erat, sed clitius in ortum hibernum declinari poterat, nisi rationes, quas dixit, singulares habuisset divertendi Apollo-

niam.

<sup>79</sup> Tamenque Domitio.) Cn. Domitius, ut mox sect. 5. prænomine distinguitur a Lucio Domitio, Pompejum secuto, c. 25. sect. 83. Ille ex familia Calviorum, hic ex Ahenoborborum patricia fuit. VId. Suet. Ner. c. 2.

vulneribus ægri, depositis, per Epirum, atque Acarniam iter facere cœpit Pompejus quoque de Cæsar-  
ris consilio conjectura judicans, ad Scipionem prope-  
randum sibi existimabat; si Cæsar iter illo haberet,  
ut subsidium Scipioni ferret, si ab ora maritima, Cor-  
cyraque discedere nollet, quod legiones, eqvitatum-  
que ex Italia exspectaret, ipse ut omnibus copiis Do-  
mitium aggredeleretur. His de causis uterque eorum ce-  
leritati studebat, ut suis esset auxilio, et, ad oppri-  
mendos adversarios, ne occasione temporis deesset. Sed  
79 Cæsarem Apollonia directo itinere averterat. Pompe-  
jus <sup>80</sup> per Candaviam iter in Macedoniam expeditum  
habebat. Accessit etiam improviso aliud incommodum,  
quod Domitius, qui dies complures castris Scipionis  
castra collata habuisset, rei frumentariæ causa ab eo  
discresserat, et <sup>81</sup> Heracleam Senticam, quæ est sub-  
jecta Condaviæ, iter fecerat: ut ipsa fortuna illum ob-  
jicere Pompejo videretur. Hæc ad id tempus Cæsar  
ignorabat. Simul a Pompejo literis per omnes provin-  
cias, civitatesque dimissis de prælio ad Dyrrhachium  
facto elatius, inflatiusque multo, quam res erat gesta,  
fama percrebuerat, „pulsum fugere Cæsarem, pene  
omnibus copiis amissis.“ Hæc itinera infecta reddi-  
terant: hæc civitates nonnullas ab ejus amicitia aver-  
terant. Quibus accidit rebus, ut pluribus dimissi iti-  
neribus a Cæsare ad Domitium, et ab Domitio ad  
Cæsarem, nulla ratione iter confidere possent. Sed Al-

<sup>80</sup> Per Candaviam iter in Ma-  
cedoniam.) Candavia Strab. vii.  
p. 223. est & pos. Ιλλυρικόν, ju-  
gum montium ex Illyrico in Ma-  
cedoniam procurrens, per quod  
via Egnacia ferebatur. Cic. iii.  
Attic. ep. vii. Accedamus in E-  
pirum, aut tarde per Candaviam  
ibimus. Vide supra Ce 4. sect. II.  
hujus libri.

<sup>81</sup> Heracleam Senticam.) Li-  
vius XLV. 19. et Plin. IV. 10.  
Sintica tertia vocilli scripse-  
runt. et Thucydidi libr. II. p.  
169. Σύτος populus, unde co-

gnomen est, vocati. in Cæsare  
a mala manu scioli alicuius hæc  
vox videtur addita. Nam Hera-  
clea Sintica nimium a Candaviæ  
remota, quantum spatii est ab  
Illyrico monte ad Bisaltas in  
Thraciæ confinio. Propior Can-  
daviæ aut contigua Heraclea  
Lyncestidis regiouis, quam non  
dubito Cæsarem vel scripsisse,  
vel in animo habuisse. Nec va-  
cabant Pompejo ad Siutos, Bi-  
saltas, et Strymonem usque ex-  
currere, sed belli rationes in ci-  
terioribus detinebant.

Iobroges Roscilli, atque Ægi familiares; quos perfugisse ad Pompejum demonstravimus, conspicati in itinere exploratores Domitii, seu pristina sua consuetudine, quod una in Gallia bella gesserant, seu gloria elati, cuncta, ut erant acta, exposuerunt, Cæsaris profectionem, et adventum Pompeji docuerunt. A quibus Domitius certior factus, vix iv. horarum spatio antecedens, hostium beneficio periculum vitavit: et ad Æginium, quod est objectum, oppositumque Thessaliæ, Cæsari venienti occurrit.

## CAPUT XXIV.

*Cæsar Gomphos petit; Androsthenes Thessaliæ prætor Pompejo scribit, ut sibi in auxilium contra Cæsarem veniat. Cæsar opugnatum oppidum cupit; Metropolin petit, quam urbem, sicut reliquas Thessaliæ, capit. Apud Larissæos Pompejum exspectat; eo paullo post pervenit Pompejus, suumque cum Scipionis exercitu conjungit.*

**C**onjuncto exercitu, Cæsar Gomphos pervenit, quod 80 est oppidum primum Thessaliæ venientibus ab Epipro: quæ gens paucis ante mensibus ultro ad Cæsarem legatos miserat, ut suis omnibus facultatibus uteatur, præsidiumque ab eo militum petierat. Sed eo fama jam præcurrerat, quam supra docuimus, de prælio Dyrrhachino, quod multis auxerat partibus. Itaque Androsthenes prætor Thessaliæ, cum se victorie Pompeji comitem esse mallet, quam socium Cæsaris in rebus adversis, omnem ex agris multitudinem servorum, ac liberorum in oppidum cogit; portisque præcludit; et ad Scipionem, Pompejumque numerios mittit, ut sibi subsidio veniant: se confidere munitionibus oppidi, si celeriter succurratur; longinquam oppugnationem sustinere non posse. Scipio discessu exercituum a Dyrrhachio cognito, Larissam legiones adduxerat. Pompejus nondum Thessaliæ appropinquarebat. Cæsar castris munitis scalas, musculosque ad repentinam oppugnationem fieri, et crates parari jus-

sit. Quibus rebus effectis, cohortatus milites docuit, quantum usum haberet ad sublevandam omnium rerum inopiam, potiri oppido pleno, atque opulento; simul reliquis civitatibus urbis hujus exemplo ferre terrorem; et id fieri celeriter, prius quam auxilia concurrerent. Itaque usus singulari militum studio, eodem, quo venerat, die, post horam ix. oppidum altissimis mœnibus oppugnare aggressus, ante solis occasum expugnavit, et ad diripiendum militibus concessit; statimque ex oppido castra movit,<sup>82</sup> et Metropolim venit; sic, ut nuntios expugnati oppidi, famamque antecederet. Metropolitæ, eodem primum usi consilio iisdem permoti rumoribus, portas clauerunt, murosque armatis compleverunt. Sed postea casu civitatis Gomphensis ex captivis cognito, quos Cæsar ad murum producendos curaverat, portas aperuerunt. Quibus diligentissime conservatis, collata fortuna Metropolitarum cum casu Gomphensium, nulla Thessalizæ fuit civitas præter Larissæos, qui magnis exercitibus Scipionis tenebantur,<sup>83</sup> quin Cæsari pateret, atque imperata faceret. Ille segetis idoneum locum in agris nactus, quæ prope jam matura erat, ibi adventum exspectare Pompejū, eoque omnem rationem belli conferre constituit. Pompejus paucis post diebus in Thessaliam pervenit: concionatusque apud cunctum exercitum suis agit gratias; Scipionis milites cohortatur, ut parta jam victoria prædæ, ac præmiorum velint esse participes: receptisque omnibus in una castra legionibus, suum cum Scipione honorem partitur;<sup>84</sup> classicumque apud eum cani, et alterum illi jubet prætorium tendi.

<sup>82</sup> Et Metropolim venit.) Metropolis non commune, sed proprium urbis in Thessalia nomen est: cuius cives brevi post Metropolitæ dicuntur.

<sup>83</sup> Quin Cæsari pateret.) Plures libri, præsertim veteres, parerent; elegantius Jungerm, et recentes cum D. Vossii notis, pateret. Etiam ταυτότης esset pateret, atque imperata faceret.

<sup>84</sup> Classicumque apud eum cani.) Eque apud Scipionem cani, atque apud Pompejum. Cum enim duo summi duces, aut consules in unis castris erant, apud utrumque classicum canebatur: ideoque Asdrubal suspicatus alterum consulem in castra venisse, observari jubet, semel his ne signum canat in castris. Liv. XXXII. 47.

## CAPUT XXV.

Pompejani victoriam sibi certissimam promittentes, de bonis, et dignitatibus, quas Romæ, finito bello, se habitueros arbitrantur, contendunt.

**A**uctis copiis Pompeji, duobusque magnis exercitiis conjunctis, pristina omnium confirmatur opinio, et spes victoriæ augetur adeo, ut, quidquid intercederet temporis, id morari redditum in Italiam videretur; et, si quando quid Pompejus tardius, aut consideratus faceret, unius esse negotium diei, sed illum delectari imperio, et consulares, prætoriosque servorum habere numero, dicerent. Jainque inter se palam de-præmiis, ac sacerdotiis contendebant; in annosque consulatum definiebant. Alii domos, bonaque eorum, qui in castris erant Cæsaris, petebant: magnaue inter eos in consilio fuit controversia, oporteretne L. Hirri, quod is a Pompejo ad Parthos missus esset, proximis comitiis prætoriis absentis rationem haberi, cum ejus necessarii fidem implorarent Pompeji, ut præstaret, quod proficiscenti receperisset; ne per ejus auctoritatem deceptus videretur, reliqui in labore pari, ac periculo, ne unus omnes antecederet, recusarent. Jam <sup>85</sup> de sacerdotio Cæsaris Do- 83 mitius, Scipio, Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus ad gravissimas verborum contumelias palami descenderunt; cum Lentulus ætatis honorem ostentaret; <sup>86</sup> Domitius urbanam gratiam, dignitatemque jactaret; Scipio affinitate Pompeji confideret. Postulavit etiam L. Afranium proditionis exercitus Actius Rufus apud Pompejum, quod gestum in Hispania diceret. Et L. Domitius in consilio dixit, placere sibi, bello confecto, ternas tabellas dari ad judicandum iis, qui ordinis essent

<sup>85</sup> De sacerdotio Cæsaris.) mitius Ahenobarbus, c. 78. 2. De pontificatu maximo. Sust. Cæs. cap. 13. et 46. Et Plutarch. p. 728. περὶ τῆς Καλοφύτης ἀρχερωσύνης.

<sup>86</sup> Domitius, Scipio.) L. Do-

mitius ad Pharsalum perit, cap. 99. Hic Pompejanus: at Cn. Domitius Calvinus, Cæsarius. Vide supra c. 23. sect. 78.

senatorii, belloque una cum ipsis non interfuerint, sententiasque de singulis ferrent, qui Romæ remansissent, quique intra præsidia Pompeji fuissent, neque operam in re militari præstitissent. Unam fore tabeliam, qui liberandos omni periculo censerent; alteram, qui capitibus damnarent; tertiam, qui pecunia mulctarent. Postremo omnes aut de honoribus suis, aut de præmii pecuniæ, aut de persequendis inimicis agebant. Nec quibus rationibus superare possent, sed quemadmodum uti victoria deberent, cogitabant.

## CAPUT XXVI.

*Cæsar exercitum e castris educit, et suos pæliis assuefacit; iterum castra movet ad defatigandum in itinere Pompeji exercitum.*

84 **R**e frumentaria præparata, confirmatisque militibus, et satis longo spatio temporis a Dyrrhachinis præliis intermisso, cum satis perspectum militum animum habere videretur, tentandum Cæsar existimavit, quidnam Pompejus propositi, aut voluntatis ad dimicandum haberet. Itaque ex castris exercitum educit, aciemque instruxit, primum suis locis, paulloque a castris Pompeji longius; continentibus vero diebus, ut progereretur a castris suis, collibusque Pompejanis aciem subjiceret. Quæ res in dies confirmationem ejus efficiebat exercitum. Superius tamen institutum in equitibus, quod demonstravimus, servabat; ut, quoniam numero multis partibus esset inferior, adolescentes, atque expeditos ex antesignanis electos milites ad pernicitatem armis inter equites præliari juberet, qui quotidiana consuetudine usum quoque ejus generis præliorum perciperent. His erat rebus effectum, ut equites m. apertioribus etiam locis vi. millium Pompejanorum impetum, cum adesset usus, sustinere auderent; neque magnopere eorum multitudine terrorerentur. Namque etiam per eos dies prælium secundum equestre fecit, atque unum Allobrogem ex duabus, quos perfugisse ad Pompejum supra docuimus,

85 cum quibusdam interfecit. Pompejus, quia castra in col-

le habebat, ad infimas radices montis aciem instruebat, semper, ut videbatur, spectans, si inquis locis Cæsar se subjiceret. Cæsar nulla ratione ad pugnam elici posse Pompejum existimans, hanc sibi commodissimam belli rationem judicavit, uti castra ex eo loco moveret, semperque esset in itineribus, hoc sperans, ut movendis castris, pluribusque adeundis locis, commodiore frumentaria re uteretur, simulque in itinere, ut aliquam occasionem dimicandi nanciseretur, et insolitum ad laborem Pompeji exercitum quotidianis itineribus defatigaret.

## CAPUT XXVII.

*Cum Pompejum longe a vallo progressum Cæsar vidisset, suos ad pugnam bortatur. Labienus consilium laudat Pompeji milites ad pugnam cohortantis.*

**H**is constitutis rebus, signo jam profectionis dato,<sup>87</sup> tabernaculisque detensis, animadversum est, paullo ante, extra quotidianam consuetudinem, longius a vallo esse aciem Pompeji progressam, ut non iniquo loco posse dimicari videretur. Tunc Cæsar, apud suos, cum jam esset agmen in portis: “ Differendum est, *inquit*, iter in præsentia nobis, et de prælio cogitandum, sicut semper de poposcimus: animo simus ad dimicandum parati: non facile occasionem postea reperiemus. ” Confestimque expeditas copias educit. Pompejus quoque, ut <sup>86</sup> postea cognitum est, suorum omnium hortatu statuerat prælio decertare. Namque etiam in consilio superioribus diebus dixerat, “ prius quam concurrerent acies, fore, ut exercitus Cæsaris pelleretur. Id cum essent plerique admirati: Scio, *inquit*, pene incredibilem rem polliceri: sed rationem consilii mei accipite, quo firmiore animo in prælium prodeatis. Persuasi equitibus nostris, idque mi-

<sup>87</sup> Tabernaculisque detensis, Refixis: sicut supra cap. 24. sect. 82. prætorium tendi, hoc est, figi, atque erigi, di-

cebatur: ita detendi est destrui, et auferri. Livius xli. 4. numeri tabernacula decadunt.

hi se facturos confirmaverunt, ut cum proprius sit accessum, dextrum Cæsaris cornu ab latere aperto aggredierentur: ut circumventa ab tergo acie prius perturbatum exercitum pellerent, quam a nobis telum in hostem jaceretur. Ita sine periculo legionum, et pene sine vulnere bellum conficiemus. Id autem difficile non est, cum tantum equitatu valeamus. *Simul denuntiavit*, ut essent animo parati in posterum; et, quoniam fieret di-  
 87 micandi potestas, ut sæpe cogitavissent, ne usu, manu-  
que reliquorum opinionem fallerent. “Hunc Labie-  
nus excepit, ut, cum Cæsaris copias despiceret, Pompeii consilium summis laudibus efferret. „ Noli, *inquit*, existimare, Pompei, hunc esse exercitum, qui Galliam, Germaniamque devicerit. Omnibus interfui præliis. Ne-  
que temere incognitam rem pronuntio. Perexigua pars illius exercitus superest: magna pars deperit, quod accidere tot præliis fuit necesse. Multos autumni pestilen-  
tia in Italia consumpsit; multi sunt relictii in continen-  
ti. An non audistis ex iis, qui per causam valetudinis remanserunt, cohortes esse Brundusii factas? Hæ copiæ, quas videtis, ex delectibus horum annorum in citeriore Gallia sunt refectæ; et pleræque sunt ex coloniis Transpadanis. Attamen, quod fuit roboris, duobus præ-  
liis Dyrrhachinis interiit. *Hæc cum dixisset*, juravit, se, nisi victorem, in castra non reversurum: “reli-  
quosque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompejus idem juravit. Nec vero ex reliquis fuit quis-  
quam, qui jurare dubitaret. Hæc cum facta essent in concilio, magna spe, et lætitia omnium discessum est. Ac jam <sup>88</sup> animo victoriam præcipiebant, quod de re-  
zanta, et a tam perito Imperatore nihil frustra confir-  
mari videbatur.

<sup>88</sup> *Animo victoriam præci- certissima. Sic Fulvii cod. et piebant.) Ante capiebant spe Paris. Eleganter.*

## CAPUT XXVIII.

Ostenditur quo ordine, et qua ratione instructus pro-  
grediatur ad pugnam Pompeji, et Cæsaris exercitus.

Cæsar, suo militibus consilio declarato, pugnæ  
signum dari jubet.

**C**æsar, cum Pompeji castris appropinquasset, ad 88  
hunc modum aciem ejus instructam animadvertisit. Erant  
in sinistro cornu legiones duæ, traditæ a Cæsare ini-  
tio dissensionis ex S. C., quarum una prima, altera ter-  
tia appellabatur. In eo loco ipse erat Pompejus. Medium  
aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat. Cilicien-  
sis legio conjuncta cum cohortibus Hispanis, quas trans-  
ductas ab Afranio docuimus, in dextro cornu erant col-  
locatæ. Has firmissimas se habere Pompejus existimabat,  
reliquas inter aciem medium, cornuaque interjecerat,  
numeroque cohortes ex. expleverat. Hæc erant millia  
xlv., evocatorum circiter duo, quæ ex beneficiariis su-  
periorum exercituum ad eum convenerant: quæ tota acie  
disperserat. Reliquas cohortes xvii. castris, propinquis- 89  
que castellis præsidio disposuerat. 89 Dextrum cornu ejus  
rivus quidam impeditis ripis muniebat. Quam ob cau-  
sam cunctum equitatum, sagittarios, funditoresque omnes  
in sinistro cornu objecerat. Cæsar, superius institutum  
servans, x. legionem in dextro cornu, ix. in sinistro col-  
locaverat, tametsi erat Dyrhachinis præliis vehemen-  
ter attenuata; et huic sic adjunxit viii., ut pene unam  
ex duabus efficeret, atque alteram alteri præsidio es-  
se jusserat. Cohortes in acie lxxx. constitutas habe-  
bat. 90 Quæ summa erat xxxii. Cohortes ii. castris præ-

89 Dextrum cornu ejus rivus  
quidam. Enipeus nomine. Lu-  
canus libr. vi. vers. 116.

Sanguine Romano quam tur-  
bidus ibis Enipeus!  
Et vers. 224. ubi aciei ordinem  
describit:

At juxta fluvios, et stagna  
undantis Enipei

Capadocum montana colors,  
et largus habenis  
Ponticus ibat eque.

90 Quæ summa erat ccccxxii.)  
In libris est xxii, quod mi-  
nus est numero cohortium, qua-  
rum singulis, si, quod mini-  
mum est, quadragecentos tri-  
bus, sunt mxxxii.

sidio reliquerat. Sinistro cornu Antonium , dextro P. Sullam , <sup>91</sup> media acie Cn. Domitium præposuerat. Ipse contra Pompejum constituit. Simul his rebus animadversis , quas demonstravimus , timens , ne a multitudine equitum dextrum cornu circumveniretur , cele-riter <sup>92</sup> ex tertia acie singulas cohortes detraxit , atque ex his quartam instituit , equitatuique opposuit , et , quid fieri vellet , ostendit : monuitque ejus diei vi-toriā in earum cohortium virtute constare : simul ter-tiæ aciei , totique exercitui imperavit , ne injussu suo concurreret : se , cum id fieri vellet , vexillo signum da-turum. Exercitum cum militari more ad pugnam co-hortaretur , suaque in eum perpetui temporis officia prædicaret , “in primis commemoravit , testibus se militiibus uti posse , quanto studio pacem petisset: quæ per Vatinium in colloquiis , quæ per A. Clodium cum Scipione egisset ; quibus modis ad Oricum cum Libone de-mittendis legatis contendisset , neque se unquam abuti militum sanguine , neque Rempublicam alterutro exer-citu privare voluisse .” Hac habita oratione , exposcen-tibus militibus , et studio pugnæ ardentibus , tuba signum dedit.

<sup>91</sup> Media acie Cn. Domitium *cohortes.*) Ex unaquaque legio-ni præposuerat. ) Sic libri , id est , media acie. Domitius hic ex Calvinor. familia. Plutarch. p. 278. τοῖς μέσοις ἐπέγνωε Καλβίνος Δομίτιον.

<sup>92</sup> Ex tertia acie singulas ne tertiam aciei. Sex autem co-hortes detractæ ex totidem le-gionib. Plutarch. d. l. 15 πέρας vocat : Frontinus II. 3. liber. I. *Sex cohortes in subsi-dio retinuit ad res subitas.*

## CAPUT XXIX.

*Crastinus suos abortatus, in pugnam primus procurrit: prælium vario eventu utrinque commissum. Pompeji equites se in altissimos montes recipiunt, omnes postea fugiunt. Pompejus se in castra confert. Cæsar Pompejus castra expugnat. Pompejus Larissam petit, inde fugiens navem concendit.*

**E**rat <sup>93</sup> Crastinus evocatus in exercitu Cæsaris, qui <sup>91</sup> superiore anno apud eum primum pilum in legione x. duxerat, vir singulari virtute. Hic, signo dato: "Sequimini me, inquit, manipulares mei qui fuistis; et vestro imperatori, quam constituistis, operam date. Unum hoc prælium superest, quo confecto, et ille suam dignitatem, et nos nostram libertatem recuperavimus. Simul respiciens Cæsarem: Faciam, inquit, hodie, imperator, ut aut vivo mihi, aut mortuo gratias agas.,, Hæc cum dixisset, primus ex dextro cornu procurrit, atque eum milites electi circiter cxx. voluntarii ejusdem centuriæ sunt prosecuti. Inter duas acies tantum <sup>92</sup> erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Sed Pompejus suis prædixerat, ut Cæsar imperium exciperent; neve se loco moverent, aciemque ejus distrahi paterentur. Idque <sup>94</sup> admonitu C. Triarii fecisse dicebatur, ut primus excursus, visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, atque suis ordinibus dispositi dispersos adorirentur: levius quoque causa pila sperabat, in loco retentis militibus, quam si ipsi immissis telis occurrisserent: simul fore, ut, duplicato cursu, Cæsaris milites exanimarentur, et lassitudine conficerentur. Quod nobis quidem nulla ratione factum a

93 Erat Crastinus evocatus.) Crassinum Plutarchus vocat; sed nostram lectionem Lucani metrum defendit. l. VII. v. 471.

Sed sensum post fata ux dent,  
Crastine, morti.

Cujus torta manu commisit  
lancea bellum,

Primaque Thessalium Romano  
sanguine tinxit.

94 Admonitu C. Triarii.) Hie Triarius videtur, qui Mithridatico bello Intelix Luculli legatus fuerat: cuius plena litera tæ senectutis oratio laudatur a Cicerone in Bruto cap. 76.

Pompejo videtur : propterea quod est quædam animi incitatio , atque alacritas naturaliter innata omnibus , quæ studio pugnæ incenditur. Hanc non reprimere, sed augere imperatores debent. Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent , clamoremque universi tollerent , quibus rebus et hostes terrerí , et suos  
 93 incitari existimaverunt. Sed nostri milites , dato signo , cum infestis pilis procurrissent , atque animadvertisserint , non concurri a Pompejanis , usu periti , ac superioribus pugnis exercitati , sua sponte cursum represserunt , et ad medium fere spatium constiterunt , ne consumptis viribus appropinquarent : parvoque intermisso temporis spatio , ac rursus renovato cursu , pila miserunt , celeriterque , ut erat præceptum a Cæsare , gladios strinxerunt. Neque vero Pompejani huic rei defuerunt. Nam et tela missa exceperunt , et impetum legionum tulerunt , et ordines conservaverunt , pilisque missis ad gladios redierunt. Eodem tempore equites a sinistro Pompeji cornu , ut erat imperatum , universi procurrerunt , omnisque multitudo sagittariorum se profudit , quorum impetum noster equitatus non tulit , sed paullum loco motus cessit , equitesque Pompejani hoc acrius instare , et se turmatim explicare , aciemque nostram a latere aperto circumire cœperunt. Quod ubi Cæsar animadvertisit , iv. aciei , quam institerat ex cohortium numero , signum dedit. Illi celesteriter procurrerunt , infestisque signis tanta vi in Pompeji equites impetum fecerunt , ut eorum nemo consisteret , omnesque conversi non solum loco excederent , sed protinus incitati fuga montes altissimos peterent. Quibus summotis , omnes sagittarii , funditoresque destituti inermes sine præsidio interfici sunt. Eodem impetu cohortes sinistro cornu , pugnantibus etiam tum , ac resistantibus in acie Pompejanis , circumierunt , eosque a tergo sunt adorti. Eodem tempore tertiam aciem Cæsar , quæ quieta fuerat , et se ad id tempus loco tenuerat , procurrere jussit. Ita , cum recentes , atque integri defessis successissent , alii autem a tergo adorinentur , sustinere Pompejani non potuerunt , atque universi terga verterunt. Neque vero Cæsarem fefellit,

quin ab iis cohortibus, quæ contra equitatum in iv.  
acie collocatæ essent, initium victoriæ orioretur, ut  
ipse in cohortandis militibus pronuntiaverat. Ab his  
enim primum equitatus est pulsus; ab iisdem facta cæ-  
des sagittariorum, atque funditorum: ab iisdem acies  
Pompejana a sinistra parte circumventa, atque initium  
fugæ factum. Sed Pompejus, ut equitatum pulsum vi-  
dit, atque eam partem, cui maxime confidebat, per-  
territam animadvertisit, aliis diffusis acie excessit, pro-  
tinusque se in castra equo contulit, et iis centurionib-  
us, quos in statione ad prætoriam portam posuerat,  
clare, ut milites exaudirent, "Tueamini, inquit, ca-  
stra, et defendite diligenter, si quid durius acciderit.  
Ego reliquas portas circumeo, et castrorum præsidia  
confirmo." Hæc com dixisset, se in prætorium con-  
tulit, summæ rei diffidens, et tamen eventum exspe-  
ctans. Cæsar, Pompejanis ex fuga intra vallum com-  
pulsis, nullum spatiū perterritis dari opportere exi-  
stims, milites cohortatus est, ut beneficio fortunæ  
uterentur, castraque oppugnarent: qui, etsi magno  
zestu fatigati, (nam ad meridiem res erat perducta) ta-  
men ad omnem laborem animo parati, imperio pa-  
ruerunt. Castra a cohortibus, quæ ibi præsidio erant  
relietæ, industrie defendebantur; multo etiam acrius  
a Thracibus, barbarisque auxiliis. Nam qui ex acie re-  
fugerant milites, et animo perterriti, et lassitudine  
confecti, missis plerique armis, signisque militaribus,  
magis de reliqua fuga, quam de castrorum defensione  
cogitabant. Neque vero diutius, qui in vallo consti-  
rant, multitudinem telorum sustinere potuerunt; sed  
confecti vulneribus locum reliquerunt, protinusque o-  
mnes, ducibus usi centurionibus, tribunisque militum,  
in altissimos montes, qui ad castra pertinebant, con-  
fugerunt. In castris Pompeji videre licuit 95 triclinia 96

95 *Triclinia strata.*) Et Spar-  
tianus. Hadr. c. 10. in castro-  
rum luxu *triclinia* notavit:  
quamvis non ignorem, utrum-  
que locum a Salmaslo sollici-

tari. Tuentur Casubonus, et  
Dionysius Vossius. Véhemen-  
tius Scaliger ad Festum voce  
*Umbræ manus scriptorum ur-*  
*get trichilar:* sed his qui con-

strata , magnum argenti pondus expositum , recentibus cespitibus tabernacula contrata , L. etiam Lentuli , et nonnullorum tabernacula protecta hedera , multaque præterea , quæ nimiam luxuriam , et victoriæ fiduciam designarent ; ut facile existimari posset , nihil eos de eventu ejus diei timuisse , qui non necessarias conquirerent voluptates : atque ii miserrimo , ac patientissimo exercitu Cæsaris luxuriam objiciebant , cui semper omnia ad necessarium usum defuissent. Pompejus jam , cum intra vallum nostri versarentur , equum natus , detractis insignibus imperatoriis , decumana portæ ex castris ejecit , protinusque equo citato Larissam contendit. Neque ibi consistit ; sed eadem celeritate paucos suorum ex fuga nactus , nocturno itinere non intermisso , comitatu equitum xxx. ad mare pervenit , navemque frumentariam concendit : sëpe , ut dicebatur , querens , tantum se opinionem fecellisse , ut a quo generare hominum victoriam sperasset , ab eo initio fugæ facto , pene proditus videretur.

venit vox stratas? et quæ sequuntur , magnum argenti pondus expositum? Quæ sane tricliniis , quam trichilis , aptiora sunt.

## C A P U T    X X X .

*Cæsar montem , in quo sunt Pompejani , circummunit: illi , relicto monte , Larissam versus se recipiunt , Cæsare eos insequente. Tundem Pompejani de deditione cum Cæsare agunt. Numerus occisorum ex utraque parte recensetur.*

97    **C**æsar castris potitus a militibus contendit , ne in præda occupati reliqui negotii gerendi facultatem dimitterent. Qua re impetrata , montem opere circummunitre instituit. Pompejani , quod is mons erat sine aqua , diffisi eo loco , relicto monte , <sup>96</sup> universi simul Larissam versus se recipere cœperunt. Qua re animad-

96. Universi.) Alii juris ejus jecit viris , equis . Sed sors , et legunt , Claudio Puteanus , conditio videtur significari . quem Manutius sequitur , con-

versa, Cæsar copias suas divisit, partemque legionum in castris Pompeji remanere jussit, partem in sua remisit: iv. secum legiones duxit, commodioreque itinere Pompejanis occurrere cœpit: et progressus millia passuum vi., aciem instruxit. Qua re animadversa, Pompejani in quodam monte constiterunt. Hunc montem flumen subluebat. Cæsar, milites cohortatus, etsi totius diei continentis labore erant confecti, noxque jam suberat, tamen munitione flumen a monte seclusit, ne noctu Pompejani aquari possent. Quo jam perfecto opere, illi de deditione, missis legatis, agere cœperunt. Pauci ordinis Senatorii, qui se cum iis conjunxerant, noctu fuga salutem petierunt. Cæsar prima luce omnes 98 eos, qui in montem considerant, ex superioribus locis in planitiem descendere, atque arma projicere jussit, quod ubi sine recusatione fecerunt, passisque palmis, projecti ad terram, flentes, ab eo petierunt salutem: consolatus consurgere jussit, et pauca apud eos de lenitate sua locutus, quo minore essent timore, omnes conservavit, 97 militibusque suis jussit, ne qui eorum vio- larentur; neu quid sui desiderarent. Hac adhibita diligentia, ex castris sibi legiones alias occurrere, et eas, quas secum duxerant, invicem requiescere, atque in castra reverti jussit: eodemque die Larissam pervenit. In 99 eo prælio non amplius cc. milites desideravit, sed centuriones, fortes viros, circiter xxx. amisit. Interfectus est enim fortissime pugnans Crastinus, cuius mentionem supra fecimus, gladio in os adversum conjecto. Neque id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat. Sic enim Cæsar existimabat, eo prælio excellentissimam virtutem Crastini fuisse, optimeque eum de se meritum judicabat. Ex Pompejano exercitu circiter millia xv. cecidisse videbantur: sed in ditionem venerunt amplius millia xxiv. Namque etiam cohortes,

97 Militibusque suis jussit, ne.) Insueta Cæsaris ævo locutio, et vel ideo suspecta, quod in MSS. Carrariensi, et Fulvij, et Cujacii, ac Petavii, etiam ed. Bononii Travisini est commen-

davit: unde Mich. Brutus mandavit censebat legendum esse. Qui jussit retineat, Græcismo excusat, qui an Cæsarjs simplicitati conveniat, dubitare licet.

quæ præsidio in castellis fuerant, <sup>98</sup> sese Sullæ dediderunt. Multi præterea in finitimas civitates refugerunt; signaque militaria ex prælio ad Cæsarem sunt relata. <sup>cxxx.</sup>, et aquilæ ix. L. Domitius ex castris in montem refugiens, cum vires eum lassitudine defecissent, ab equitibus est interfactus.

<sup>98</sup> *Sese Sullæ dediderunt,*) vett. edd. pleræque: posterior. Abest similiter a Beroaldi codicibus, et aliis quibusdam: tenent

## C A P U T    XXXI.

<sup>80</sup> *D. Lælius Brundusium cum classe petit. Vatinius tres quinqueremes capit, Cassius in Siciliam proficiscitur, et Messanam petit, navesque Pompeji incendit. Hostes, cum naves concendiissent, impetu facto, duas quinqueremes capiunt, in quarum altera erat Cassius, qui tamen aufugit.*

<sup>100</sup> *Eodem tempore D. Lælius cum classe ad Brundusium venit, eademque ratione, qua factum a Libone antea demonstravimus, insulam objectam portui Brundusino tenuit. Similiter Vatinius, qui Brundusino prærerat, tectis, instructisque scaphis elicuit naves Læliaas, atque ex his longius productam unam quinqueremem, et minores duas in angustiis portus cepit, itemque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sed Lælius, tempore anni commodiore usus ad navigandum, onerariis navibus Corcyra, Dyrrachioque aquam suis supportabat, neque a proposito deterrebatur, neque ante prælium in Thessalia factum cognitum, aut ignominia amissarum navium, aut necessariarum rerum inopia ex portu, insulaque expeli potuit. Iisdem fere temporibus Cassius cum classe Syrorum, et Phœnicum, et Cilicum in Siciliam venit: et cum esset Cæsar's classis divisa in duas partes, et dimidiæ parti præsesset P. Sulpicius prætor Vibone ad fretum, dimidiæ M. Pomponius ad Messanam, prius Cassius ad Messanam navibus advolavit, quam Pomponius de ejus adventu cognosceret: perturbatumque eum*

nactus, nullis custodiis, neque ordinibus certis, magno vento, et secundo completas onerarias naves tæda, et pice, et stupa, reliquisque rebus, quæ sunt aptæ ad incendia, in Pompejanam classem immisit, atque omnes naves incendit xxxv., in quibus erant xx. <sup>99</sup> rostræ, tantusque eo facto timor incessit, ut, cum esset legio præsidio Messanæ, vix oppidum defendetur: et nisi eo ipso tempore nuntii de Cæsaris victoria per dispositos equites essent allati, existimabant plerique, futurum fuisse, ut amitterentur. Sed opportunissime nuntiis allatis, oppidum fuit defensum, Cassiusque ad Sulpicianam inde classem prefectus est Vibonem: applicatisque nostris ad terram navibus, propter eundem timorem, pari, atque antea, ratione egit. Secundum nactus ventum, onerarias naves circiter XL. præparatas ad incendium immisit, et flamma ab utroque cornu comprehensa, naves sunt combustæ v. Cumque ignis magnitudine venti latius serperet, milites, qui ex veteribus legionibus erant relictæ præsidio navibus, ex numero ægrorum, ignominiam non tulerunt, sed sua sponte naves concenderunt, et a terra solverunt; impetuque facto in Cassianam classem, quinqueremes II., in quarum altera erat Cassius, ceperunt. Sed Cassius exceptus scapha refugit. Præterea duæ sunt deprehensæ triremes. Neque multo post de prælio facto in Thessalia cognitum est, ut ipsis Pompejanis fides fieret. Nam ante id tempus fingi hoc a legatis, amicisque Cæsaris arbitrabantur. Quibus rebus cognitis, ex iis locis Cassius cum classe discessit.

<sup>99</sup> Rostræ.) Sic MSS. et edd. posteriores constratae.

## CAPUT XXXII.

*Cæsar Pompejum insequitur, ne copiis coactis bellum iterum renovet. Pompejus Mitylenas venit, inde Ciliciam, et Cyprum; sed cum ei aditus in Antiochiam non pateret, Pelusium venit. Postea per nuntios a Ptolomæo frustra petit auxilium, et transitum in Alexandriam. Achilla regius præfектus, et L. Septimius a Regis tutoribus missi Pompejum de medio tollunt. L. quoque Lentulus occiditur. T. Ampius cum ex Dianæ templo pecunias tollere vellet, Cæsar's adventu interpellatur. Plura in diversis locis vera prodigia, quo tempore Cæsar contra Pompejum pugnavit.*

**102** *Cæsar, omnibus rebus relictis, persequendum sibi Pompejum existimavit, quascumque in partes ex fuga se receperisset, ne rursus copias comparare alias, et bellum renovare posset; et quantum itineris equitatu efficere poterat, quotidie progrediebatur, legionemque unam minoribus itineribus subsequi jussit. Erat editum Pompeji nomine <sup>1</sup> Amphipoli propositum, ut omnes ejus provinciæ juniores, Græci, civesque Romani, jurandi causa convenienter; sed utrum avertendæ suspicionis causa Pompejus proposuisset, ut quam diutissime longioris fugæ consilium occultaret, an novis delectibus, si nemo premeret, Macedoniam tenere conaretur, existimari non poterat. Ipse ad anchoram una nocte constitit: et vocatis ad se Amphipoli hospitibus, et pecunia ad necessarios sumptus corrogata, cognito Cæsar's adventu, ex eo loco discessit, <sup>2</sup> et Mitylenas paucis diebus venit. Biduum tempestate retentus, navibusque aliis additis actuariis, in Ciliciam, atque inde Cyprum pervenit. Ibi cognoscit, consensu omnium Antiochenium, civiumque Romanorum, qui illuc negotiarentur, arcem ante captam esse, excluden-*

<sup>1</sup> *Amphipoli propositum.)* Nobi

in libris transponuntur priores vocales. Urbs autem novilissima est insulæ Lesbi, juxta Ægæum.

<sup>2</sup> *Et Mitylenas venit.)* Ut in

nummis est, hoc nomen scribo:

di sui causa : nuntiosque dimisso ad eos , qui se ex fuga in finitimas civitates recepisse dicerentur , ne Antiochiam adirent ; id si fecissent , magno eorum capitatis periculo futurum. Idem hoc L. Lentulo , qui superiore anno consul fuerat , et P. Lentulo consulari , ac non nullis aliis acciderat Rhodi ; qui cum ex fuga Pompejum sequerentur , atque in insulam venissent , oppido , ac portu recepti non erant : missisque ad eos nuntiis , ut ex iis locis discederent , contra voluntatem suam naves solverunt. Jamque de Cæsaris adventu fama ad civitates perferebatur. Quibus cognitis rebus , Pompejus , deposito 103 adeundæ Syriæ consilio , pecunia societatis sublata , et a quibusdam privatis sumpta , et æris magno pondere ad militarem usum in naves imposito , duobusque milibus hominum armatis , partim quos ex familiis societatum delegerat , partim a negotiatoribus coegerat , quosque ex suis quisque ad hanc rem idoneos existimabat , Pelusium pervenit. Ibi casu rex erat Ptolomæus , puer ætate , magnis copiis cum sorore Cleopatra gerens bellum ; quam paucis ante mensibus per suos propinquos , atque amicos regno expulerat , castraque Cleopatra non longo spatio ab ejus castris distabant. Ad eum Pompejus misit , ut pro hospitio , atque amicitia patris Alexandria recipetur , atque illius opibus in calamitate tegeretur. Sed qui ab eo missi erant , confecto legationis officio , liberius cum militibus regis colloqui cœperunt , eosque horari , ut suum officium Pompejo præstarent , neve ejus fortunam despicerent. In hoc erant numero complures Pompeji milites ; quos ex ejus exercitu acceptos in Syria 3 Gabinius Alexandriam transduxerat , belloque confe- 104 eto apud Ptolomeum patrem pueri reliquerat. His tunc cognitis rebus , amici regis , qui propter ætatem ejus in procuratione erant regni , sive timore adducti , ut postea prædicabant , ne , sollicitato exercitu regio , Pompejus Alexandriam , Ægyptumque occuparet ; sive despecta ejus fortuna , ut plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt , iis , qui erant ab eo missi , palam

<sup>3</sup> Gabinius Alexandriam .) sulem regem Ptolomæum cum Gabinius , Syriæ proconsul , ex- exercitu reduxerat.

liberaliter responderunt, eumque ad regem venire iusserunt. Ipse clam consilio inito, Achillam præfectum regium singulari hominem audacia, et L. Septimum tribunum militum ad interficiendum Pompejum miserunt. Ab his liberaliter ipse appellatus, et quadam notitia Septimii productus, quod bellum prædonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam concendit cum paucis suis, et ibi ab Achilla, et Septimio interficitur. Item L. Lentulus comprehenditur a rege, et in custodia necatur. Cæsar, cum in Asiam venisset, reperiebat, T. Ampium conatum esse tollere pecunias Epheso ex Fano Diana: ejusque rei causa senatores omnes ex provincia vocasse, ut iis testibus in summa pecuniae ute-  
 105 retur, sed interpellatum adventu Cæsaris profugisse. Ita duobus temporibus Ephesiæ pecuniae Cæsar auxilium tulit. Item constabat, <sup>5</sup> Elide in templo Minervæ, repetitis, atque enumeratis diebus, quo die prælium secundum fecisset Cæsar, simulacrum Victoriae, quod ante ipsam Minervam collocatum erat, et ante ad simulacrum Minervæ spectabat, ad valvas se templi, limenque convertisse. Eodemque die Antiochiæ in Syria bis tantus exercitus clamor, et signorum sonus exauditus est, ut in muris armata civitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami <sup>6</sup> in occultis, ac reconditis templi, præter sacerdotes, adire fas non est, quæ Græci ἀνόρα appellant, tympana sonuerunt. Item Tralibus in templo Victoriae, ubi Cæsaris statuam consecraverant, palma per eos dies <sup>7</sup> in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento extitisse ostendebatur.

<sup>4</sup> Duobus temporibus Ephesiæ pecunia Cæsar.) Primum, cum Scipio ei emineret, Cæsar is trajectu in Græciam facto, ut a Pompejo festinanter avocaretur. *Supra cap. I7. sect. 53.* Iterum hoc loco, cum idem T. Ampius tentaret.

<sup>5</sup> Elide in templo Minervæ.) Elis urbs regionis Elidis in Peloponeso, cuius sextum casum Cicero libr. xiii. epist. xxvi

Eli format. Sed et Strabo H Λεσβος obliquo urbis casu. Vid. Notit. Orbis Antiq.

<sup>6</sup> In occultis ac reconditis templi.) Sic plures libri manuscripti ab Fulvio, et D. Vossio nominati. Vulgo, ac remotis.

<sup>7</sup> In tecto ex pavimento.) Plutarchus p. 730. παγά την βάσι του αὐθιπάτως.

## CAPUT XXXIII.

Cæsar cum copiis Alexandriam petit, ibique de Pompeji morte certior fit. Aliquot legiones ex Asia convocat, ut se tutum reddat ab incursionibus populi ejus regni; præterea se judicem constituit ad componendus controversias inter Ptolemæum, et ejus sororem Cleopatram.

**C**æsar paucos dies in Asia moratus, cum audisset Pompejum <sup>8</sup> Cypri visum, conjectans, eum in Ægyptum iter habere, propter necessitudines regni, reliquaque ejus loci opportunitates; cum legionibus, una, quam ex Thessalia se sequi jusserat, et altera, quam ex Achaja a Fufio legato evocaverat, equitibusque <sup>106</sup> <sup>100</sup>, et navibus longis Rhodiis x., et Asiaticis paucis Alexandriam pervenit. In his erant legionarium hominum <sup>111</sup> millia cc. Reliqui vulneribus ex præliis, et labore, ac magnitudine itineris consequi non potuerant. Sed Cæsar, confisus fama rerum gestarum, infirmis auxiliis proficiendi non duvitaverat, atque omnem sibi locum tutum fore existimabat. Alexandria de Pompeji morte cognoscit, atque ibi primum e navi egrediens clamorem militum audit, quos rex in oppido præsidii causa reliquerat; et concursum ad se fieri videt, quod fasces anteferrentur. In hoc omnis multitudo majestatem regiam minui prædicabat. Hoc sedato tumultu, crebre continuis dilebus ex <sup>107</sup> cursu multitudinis concitationes fiebant: compluresque milites hujus urbis omnibus partibus interficiebantur. Quibus rebus animadversis, legiones sibi alias ex Asia adduci jussit, quas ex Pompejanis militibus confecerat. Ipse enim necessario Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti. Interim controversias regum ad populum Romanum, et ad se, quod

<sup>8</sup> Cypri visum.) In Cypro. Et glonum, ac Insularum nomina Nepos Miltiadi cap. 2. domum nonnunquam imitantur syntaxis Grecorum habere, nam et res vocabula urbi.

esset consul, pertinere existimans, atque eo magis officio suo convenire, quod superiore consulatu cum patre Ptolemæo et lege, et S. C. societas erat facta; ostendit sibi placere, regem Ptolemæum, atque sororem ejus Cleopatram exercitus, quos haberent, dimittere; et de controversiis jure apud se potius, quam inter se armis disceptare.

## CAPUT XXXIV.

*Pothinus Ptolemæi tutor indignatus Regem ad dicendam causam eociri, exercitum convocat, cui præficit Achillam. Ptolemæus pater ex filiis majorem natu instituit regni hæredem.*

Erat in procuratione regni propter ætatem pueri 108 nutritius ejus, eunuchus, <sup>9</sup> nomine Pothinus. Is primum inter suos queri, atque indignari cœpit, regem ad dicendam causam evocari: deinde adiutores quosdam consciens sui nactus ex regiis amicis, exercitum a Pelusio clam Alexandriam evocavit; atque eundem Achillam, cuius supra meminimus, omnibus copiis præfecit. Hunc incitatum suis, et regis inflatum pollicitationibus, quæ fieri vellet, literis, nuntiisque edocuit. In testamento Ptolemæi patris hæredes erant scripti ex duobus filiis major, et ex duabus ea, quæ ætate antecedebat. Hæc uti fierent, per omnes Deos, perque fœdera, quæ Romæ fecisset, eodem testamento Ptolemæus populum Romanum obtestabatur. Tabulæ testamenti, unæ per legatos ejus Romam erant allatae, ut in ærario ponebentur; (ex, cum propter publicas occupationes poni non potuissent, apud Pompejum sunt depositæ) alteræ, eodem exemplo, relictæ, atque obsignatæ, Alexandriae proferebantur.

<sup>9</sup> *Nomine Pothinus.*) Male etiam Dion, Plutarcho, et Apollonius libri quidam Pbotinus. Est piano ποθείνεις.

## CAPUT XXXV.

*Exercitus Ptolemæi regis Alexandriam petit. Cæsar suos milites in armis esse jubet. Dioscorides, et Serapion ad Achillam missi, ut ejus consilium cognoscerent, occiduntur. Refertur numerus copiarum Achillæ, a quo Alexandria occupatur, et cum Cæsare pugnatur. Describitur insula Pharos, quam Cæsar cupit. Filia minor Ptolemæi se ad Achillam canfert, et cum eo bellum administrat. Potinus a Cæsare interficitur.*

**D**e his rebus cum ageretur apud Cæsarem, isque <sup>109</sup> maxime vellet <sup>10</sup> pro communi amico, atque arbitro controversias regum componere: subito exercitus regius, equitatusque omnis venire Alexandriam nuntiatur. Cæsaris copiæ nequaquam erant tante, ut eis, extra oppidum si esset dimicandum, confideret. Relinquebatur, ut se suis locis oppido teneret, consiliumque Achillæ cognosceret. Milites tamen omnes in armis esse jussit: Regemque hortatus est, ut ex suis necessariis, quos haberet maximæ auctoritatis, legatos ad Achillam mitteret, et quid esset suæ voluntatis, ostenderet. A quo missi Dioscorides, et Serapion, qui ambo legati Romæ fuerant, magnamque apud patrem Ptolemæum auctoritatem habuerant, ad Achillam per venerunt. Quos ille, cum in conspectum ejus venissent, prius quam audiret, aut cuius rei causa missi essent, cognosceret, corripi, ac interfici jussit: quorum alter <sup>11</sup> accepto vulnere occupatus, per suos pro occiso sublatus, alter interfectus est. Quo facto, regem ut in

<sup>10</sup> Pro communi amico, atque arbitro.) Tamquam communis amicus. Talis enim Cæsar videri volebat. Supra B. Gail. III. c. 12. sect. 18. Qui ubi pro persulta ad eos venit. Et Nepos Damase c. 6. Suo iusto Mirobazanem profectum pro persulta.

<sup>11</sup> Accepto vulnere occupatus.) Nihil est librorum occupatus: Gronovio potius accedo, qui soppitus substituit, sicut Livius I. 41. soppitum fuisse regem subito iactu. Vide illius Observ. IV. 8. p. 120.

sua potestate haberet, Cæsar efficit, magnam regium nomen apud suos auctoritatem habere existimans, et ut potius privato paucorum, et latronum consilio, quam regio susceptum bellum videretur. Erant cum Achilla copiæ, ut neque genere hominum, neque usu rei militaris contemnendæ viderentur. Millia enim xx. in armis habebat. Hæ constabant ex Gabinianis militibus, qui jam in consuetudinem Alexandrinæ vitæ, atque licentiaz venerant, et nomen, disciplinamque pop. Rom. dedidicerant, <sup>12</sup> uxoresque duxerant, ex quibus plerique liberos habebant. Huc accedebant collecti ex prædonibus, latronibusque Syriæ, Cilicieque provinciæ, finitimarum regionum. Multi præterea capitis damnati, exulesque convenerant: fugitivisque omnibus nostris certus erat Alexandriæ receptus, certaque vitæ conditio, ut dato nomine militum essent numero: quorum si quis a Domino comprehenderetur, concursu militum eripiebatur, qui vim suorum, quod in simili culpa versabantur, ipsi pro suo periculo defendebant. Hi regum amicos ad mortem deposcere; hi bona locupletum diripere stipendiæ augendi causa; regis domum obsidere; regno expellere alios, alios accersere, vetere quodam Alexandrini exercitus instituto consueverant. Erant præterea equitum millia <sup>11.</sup>, qui inveteraverant pluribus Alexandriae bellis. Hi Ptolemaeum patrem in regnum reduxerant, Bibuli filios duos interfecerant, bella cum Ægyptiis gesserant. Hunc usum rei militaris habebant. His copiis fidens Achillas, paucitatemque militum Cæsaris despiciens, occupat Alexandriam, præterea oppidi partem, quam Cæsar cum militibus tenebat, primo impetu domum ejus irrumpere conatus est. Sed Cæsar, dispositis per vias cohortibus, impetum ejus sustinuit. Eodemque tempore pugnatum est ad portum: ac longe maximam ea res attulit dimicationem. Simul enim, diductis copiis, pluribus viis pugnabatur

<sup>12</sup> Uxoresque duxerant.) Fuit contra Romanæ militiaz disciplinam-uxores, vel alias mulieres in castris habere, aut præsidijis, licet haberent domi-

ni. Severus imperator πρῶτος ἐπεξεὶς primus in hoc ali quid præmisit, referente Herodiano <sup>111.</sup> 8. Adi Lipsii Milt. Rom. libr. v. 18.

et magna multitudine naves longas occupare hostes conabantur: quarum erant auxilio t. missæ ad Pompejum: quæ, prælio in Thessalia facto, domum redierant. Ille triremes omnes, et quinqueremes erant aptæ, instructæque omnibus rebus ad navigandum. Præter has, xxii. erant, quæ præsidii causa Alexandriæ esse consueverant, constratæ omnes. Quas si occupassent, classe Cæsari erepta, portum, ac mare totum in sua potestate haberent: commeatu, auxiliisque Cæsarem prohiberent. Itaque tanta est contentione actum, quanta agi debuit; cum ille celerem in ea re victoriam, hi salutem suam consistere viderent. Sed rem obtinuit Cæsar, omnesque eas naves, et reliquas, quæ erant in navalidus, incendit: quod tam late tueri tam parva manu non poterat: confestimque ad Pharum navibus milites exposuit. Pharos est in insula turris, magna 112 altitudine, mirificis operibus exstructa, quæ nomen ab insula accepit. Hæc insula, objecta Alexandriæ, portum efficit: sed <sup>13</sup> a superioribus regionibus in longitudinem passuum cm. in mare jactis molibus, angusto itinere, et pônte cum oppido conjungitur. In hac sunt insula domicilia Ægyptiorum, et vicus, oppidi magnitudine: quæque ubique naves imprudentia, aut tempestate paullulum suo cursu decesserint, has more prædonum diripere consueverunt. Iis autem invitis, a quibus Pharus tenetur, non potest esse propter angustias navibus introitus in portum. Hoc tum veritus Cæsar, hostibus in pugna occupatis, militibusque expositis, Pharum apprehendit, atque ibi præsidium ponit. Quibus est rebus effectum, ut tuto frumentum, auxiliaque navibus ad eum supportari possent. Dimpicit enim circum omnes propinquas regiones; atque inde auxilia evocavit: reliquis oppidi partibus sic est pugnatum, ut æquo prælio discederetur, et neutri

<sup>13</sup> A superioribus regionibus.)  
Alienus videtur regionibus, ideoque a clarissimis viris regibus substitutum, Brodæo Miscell. III. 5. Scaligero ad Eus. p. 132.  
Valesio ad Ammian. p. 342.

Hody, de lxx. Interpr. p. 294.  
et aliis. Planum illud regibus,  
nisi præsens verbum conjungitur  
ab adjecto superioribus abhorret. Nec vero regionibus  
valde placet.

pellerentur ; (id efficiebant angustiæ loci) paucisque utrinque interfectis, Cæsar loca maxime necessaria complexus, noctu præmonit. Hoc tactu oppidi pars erat regiæ exigua, in quam ipse habitandi causa initio erat inductus, et theatrum conjunctum domui, quod arcis tenebat locum, aditusque habebat ad portum, et ad reliqua navalia. Has munitiones insequentibus auxit diebus, ut pro muro objectas haberet, neu pugnare invitus cogeretur. Interim <sup>14</sup> filia minor Ptolemæi regis vacuam possessionem regni sperans, ad Achillam se ex regia transjecit, unaque bellum administrare cœpit. Sed celeriter est inter eos de principatu controversia orta; quæ res apud milites largitiones auxit. Magnis enim jacturis sibi quisque eorum animos conciliabat. Hec dum apud hostes geruntur, Pothinus, nutritius pueri, et procurator regni in parte Cæsaris, cum ad Achillam nuntios mitteret, hortareturque, ne negotio desisteret, neve animo deficeret, indicatis, deprehensisque internuntiis, a Cæsare est interfactus. Hæc initia belli Alexandrini fuerunt.

<sup>14</sup> *Filia minor Ptolemæi regis.* Vide Dionem libr. XLII. Hirtium B. Alex. c. 4.

A. HIRTII PANSÆ  
 COMMENTARIORUM  
*DE BELLO ALEXANDRINO*  
 LIBER UNUS.

## CAPUT I.

*Cæsar classei ex variis locis accersit, et munitiones auget. Alexandrini in omnibus regni partibus delectum habent. Principes regni in conciliis conqueruntur, Romanos in consuetudinem ejus regni saepius venisse.*

**B**ello Alexandrino conflato, Cæsar Rhodo, atque ex Syria, Ciliaciaque omnem classem accersit, ex Cre-  
 ta sagittarios, equites <sup>1</sup> ab rege Nabathæorum Malco evocat; tormenta undique conquiri, et frumentum, au-  
 xiliaque adduci jubet. Interim munitiones quotidie ope-  
 ribus augmentur, atque omnes oppidi partes, quæ minus  
 firmæ esse viderentur, testudinibus, atque musculis aptan-  
 tur: ex ædificiis autem per foramina in proxima ædifi-  
 cia arietes immittuntur: quantumque aut ruinis dejici-  
 tur, aut per vim recipitur loci, in tantum munitiones  
 proferuntur. Nam incendio fere tuta est Alexandria, quod  
 sine contignatione, ac materia sunt ædificia, et stru-  
 cturis, atque fornicibus continentur, tectaque sunt <sup>2</sup> ru-

HIRTII, VEL OFFIL. Vide Sueton. Cæs. 8. c. 56.

I Ab rege Nabathæorum Mal-  
 co.) Nabathæi in Arabia petraea,  
 eorumque Petra sedes regia.  
 Malco libri Cæsaris, Græcis Jo-  
 sepho XLIII. 8. et Dionis XLII. id  
 nomen Μάλχος Malchus est.

Hic secundus ejus nomi<sup>n</sup>is. Vide Histor. Antiq.

2. Rūdere, aut pavimentis.) Ru-  
 dere novo, id est, fractis, et  
 contusis testis, calce mixtis, qui-  
 bus pavimenta fiunt. Vitruv.  
 VII. 1. qui rūdus novum opponit  
 veteri, et redívivo; et Pallad. 1. 9.

dere, aut pavimentis. Cæsar studebat maxime, ut quam angustissinam partem oppidi palus a meridie interjecta efficiebat, hanc operibus, vineisque agendis a reliqua parte urbis excluderet, illud spectans, primum, ut cum esset in duas partes urbs divisa, acies uno consilio, atque imperio administraretur: deinde ut laborantibus succurri, atque ex altera oppidi parte auxilium ferri posset: in primis vero, ut aqua, pabuloque abundaret, quarum <sup>3</sup> alterius rei copiam exiguum, alterius nullam omnino facultatem habebat; quod utrumque <sup>2</sup> palus large præbere poterat. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla, aut mora inferebatur; nam in omnes partes, per quas fines Ægypti, regnumque pertinet, legatos, conquistoresque, delectus habendi causa, miserant, magnumque numerum in oppidum telorum, atque tormentorum convexerant, et innumerabilem multitudinem adduxerant. Neque minus in urbe maximæ armorum erant institutæ officinæ. Servos præterea puberes armaverant, quibus domini focupletiores victum quotidianum, stipendumque præbebant. Hac multitudine disposita, munitio-  
nes semotarum partium tuebantur. Veteranas cohortes vacuas in celeberrimis urbis locis habebant, ut, qua-  
cumque regione pugnaretur, integris viribus ad auxi-  
lium ferendum opportuæ essent. Omnibus viis, atque angioris triplicem vallum obduxerant. Erat autem quadrato extricis saxo, nec minus xi. pedes altitu-  
dinis habebat. Quæque partes urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum tabulorum munie-  
rant. Præterea alia <sup>4</sup> ambulatorias totidem tabulato-  
rum confixerant; subjectisque eas rotis, funibus, ju-  
mentisque objectis, directis plateis in quamcumque erat  
<sup>3</sup> visum parsem movebant. Urbs fertilissima, et copio-  
sissima omnium rerum apparatus suggerebat. Ipsi ho-

<sup>3</sup> Alterius rei copiam exiguum.) Aquæ parum habebat.

<sup>4</sup> Ambulatorius totidem.) Tur-  
res ambulatoriæ erant lignæ,  
rotis impositæ, ut ad moveri  
muro possent. Vitruvius x. 19.,

Diadæscriptis sulcostendit se in-  
venire et turrem ambulatorias, quæ  
estiam dissolutor in exercitu cir-  
cumferre ( Alexander ) solebat.  
Vide Vegetii l. iv. 17.

mines ingeniosissimi, atque acutissimi, quæ à nobis fieri viderant, ea solertia efficiebant, ut nostri illorum opera imitari vidérentur: et sua sponte multa reperiebant, unoque tempore et nostras munitiones infestabant, et suas defendebant. Atque hæc principes in conciliis, concessionibusque agitabant: „Populum Romanum paulatim in consuetudinem ejus regni venire occupandi: paucis annis antea<sup>5</sup> Gabinium cum exercitu fuisse in Ægypto, Pompejum se ex fuga eodem recepisse, ac Cæsarem venisse cum copiis: neque morte Pompeji quidquam profectum, quo minus Cæsar apud se commoraretur: quem si non expulissent, futuram ex regno provinciam: idque agendum mature. Namque eum, interclusum tempestatibus propter anni tempus, recipere<sup>6</sup> transmarina auxilia non posse.“

<sup>5</sup> *Gabinium cum exercitu.*) Ut administrabat, Dio Cass. libr. exsulem regem Ptolemæum Auctam restitueret. Gabinius au- xxxix.  
<sup>6</sup> *Transmarina auxilia.*) Ex tem tum Syriam pro consule Syria, Cilicia, Asia, Rhodo.

## CAPUT II.

*Achillas ab Arsinoe interficitur, cuius exercitus Ganymedi traditur. Is Cæsareos aqua probibet; quare omnes suos perterritos Cæsar consolatus, jubet suam operam conferre ad fodieros puteos.*

**I**nterim, dissensione orta inter Achillam, qui veterano exercitu præterat, et Arsinoen Regis Ptolemaei minorēm filiam, <sup>7</sup> ut supra demonstratum est, cum uterque utrique insidiaretur, ut summam imperii ipse obtinere vellet, præoccupat Arsinoe per Ganymedem eunuchum nutritum suum, atque Achillam interficit. Hoc occiso, ipsa sine ullo socio, et custode, omne imperium obtinebat. Exercitus Ganymedi traditur. Is, suscepito officio, largitionem in milites auget, reliqua pari diligentia administrat. Alexandria est fere<sup>8</sup>

<sup>7</sup> *Ut supra demonstratum.*) Libr. III. extremo de B. Civil.

tota suffossa , specusque habet ad Nilum pertinentes , quibus aqua in privatas domos inducitur , quæ paulatim spatio temporis liquevit , ac subsidit . Hac uti domini ædificiorum , atque eorum familie consueverunt . Nam quæ flumine Nilo fertur , adeo est limosa , atque turbida , ut multos , variosque morbos efficiat . Sed ea plebes , ac multitudo contenta est necessario , quod fons urbe tota nullus est . Hoc tamen flumen in ea parte urbis erat , quæ ab Alexandrinis tenebatur . Quo facto est admonitus Ganymedes , posse nostros aqua intercludi , qui distributi munitionum tuendarum causæ viciatim ex privatis ædificiis , specubus , et puteis extracta aqua utebantur . Hoc provato consilio , magnum , ac difficile opus aggreditur . Interceptis enim specubus , atque omnibus urbis partibus exclusis , quæ ab ipso tenebantur , aquæ magnam vim ex mari rotis , ac machinationibus exprimere contendit . Hanc locis superioribus fundere in partem Cæsaris non intermittebat . Quamobrem salsior paullo præter consuetudinem aqua trahebatur ex proximis ædificiis , magnamque hominibus admirationem præbebat , quam ob causam id accidisset , nec satis sibi ipsi credebant , cum se inferiores ejusdem generis , ac saporis aqua dicerent uti , atque ante consuissent : vulgoque inter se conferebant , et degustando , quantum inter se differrent aquæ , cognoscabant . Parvo vero temporis spatio , hæc propior bib non poterat omnino . Illa inferior corruptior jam , saliorque reperiebatur . Quo facto , dubitatione sublata , tantus incessit timor , ut ad extremum casum omnes deducti viderentur , atque alii morari Cæsarem dicarent , quin naves condescendere juberet ; alii multo graviorem extimescerent casum , quod neque celari Alexandrinis posset in apparanda fuga , cum hi tam parvo spatio distarent ab ipsis ; neque illis imminentibus , atque insequentibus , ulius in naves receptus daretur . Erat autem magna multitudo oppidanorum in parte Cæsaris , quam domiciliis ipsorum non movrat , quod ea se fidelem palam nostris esse simulabat , et descivisse a suis videbatur : ut si mihi defendendi essent Alexandrii , quod neque fallaces essent , neque temerarii ,

multa oratio frustra absumeretur. Cum vero uno tempore et natio eorum, et natura cognoscatur, aptissimum esse hoc genus ad prodictionem, nemo dubitare potest. Cæsar suorum timorem consolatione, et ratio-<sup>8</sup> ne minuebat. „Nam puteis, fossisque aquam dulcem posse reperiri affirmabat. Omnia enim litora naturaliter aquæ dulcis venas habere. Quod si alia esse litoris Ægyptii natura, atque omnium reliquorum; tam-<sup>9</sup> men, quoniam mare libere tenerent, neque hostes classem haberent, prohibere sese non posse, quominus quotidie aquam navibus peterent, vel a sinistra parte a<sup>8</sup> Parætonio, vel a dextra<sup>9</sup> ab insula, quæ diversæ navigationes numquam uno tempore adversis ventis præ- cluderentur. Fugæ vero nullum esse consilium non so- lum iis, qui primam dignitatem haberent, sed ne iis quidem, qui nihil, præterquam de vita cogitarent. Magno negotio impetus hostium adversos ex munitionibus sustineri: quibus relicts, nec loco, nec numero pares esse posse. Magnam autem moram, et difficultatem adscensum in naves habere, præsertim ex scaphis: summam esse contra in Alexandrinis velocitatem, locorumque, et ædificiorum notitiam. Hos præcipue in victoria insolentes præcursuros, et loca excelsiora, atque ædificia occupaturos. Ita fuga, navibusque no- stros prohibituros. Proinde ejus consilii obliviscerentur, atque omni ratione esse vincendum cogitarent.“ Hac<sup>9</sup> oratione apud stos habita, atque omnium mentibus ex- citatis, dat centurionibus negotium, ut reliquis ope- ribus intermissis, ad faciendos puteos animum confe- rant, neve quam partem nocturni temporis intermit- tant. Quo suscepto negotio, atque omnium animis ad laborem incitatis, magna una nocte vis aquæ dulcis inventa est. Ita operosis Alexandrinorum machinatio- nibus, maximisque conatibus, non longi temporis la- bore, occursum est.

<sup>8</sup> Parætonio.) Marmaricæ, <sup>9</sup> ab insula.) Pharo insla, quæ proxima Ægypto ab occa- proxima Alexandria.

## CAPUT III.

*Legio 37. a Domitio Calvino in naves imposita ad litora Africæ appellit: eidem aquæ inopia laboranti Cæsar auxilium fert. Nonnullos ex Cæsareis hostes capiunt; atque ipsi Cæsari cum navibus occurrunt. Cæsar pugnam devitare curat; hostes tamen in unam navem Rhodium impetum faciunt, sed victi e pugna discedunt. Cæsar cum navibus onerariis Alexandriam petit.*

**E**o biduo legio xxxvii. ex 10 dedititiis Pompejanis militibus cum frumento, armis, telis, tormentis imposta in naves a Domitio Calvino, ad litora Africæ, paullo supra Alexandriam, delata est. Hæ naves Euro, qui multos dies continenter flabat, portum capere prohibebantur. Sed loca sunt egregia omni illa regione ad tenendas anchoras. Hi, cum diu retinerentur, atque aquæ inopia premerentur, navigio auctario Cæsarem faciunt certiorem. Cæsar ut per se consilium caperet, quid faciendum videretur, navim concendit, atque omnem classem sequi jussit, nullis nostris militibus impositis: quod, cum longius paullo discederet, munitiones nudare nolebat, cum ad eum locum accessit, 11 qui appellatur Cherronesus, aquandique causa remiges in terram expossuisset, nonnulli ex numero, cum longius a navibus præ datum processissent, ab equitibus hostium sunt excepti. Ex iis cognoverunt, Cæsarem ipsum in classe venisse, nec ullos milites in navibus habere. Qua re comperta, magnam sibi facultatem fortunam obtulisse bene gerendæ rei crediderunt. Itaque naves omnes, quas paratas habuerant ad navigandum, propugnatoribus instruxerunt, Cæ-

10 *Dedititiis Pompejanis.* VI.  
de de his I. III. Civ. c. 30.  
seet. 99.

11 *Qui appellatur Cherronesus.* Ptolemaeus I. IV. c. V. post  
Alexandriam ab occassu, ex in-

tervallo dimidi gradus, seu XXX.  
minutorum, haber locum, qui  
vocatur χερσόνησος μικρά, λαγūn  
Chersonesus parva, portus. Dicitur  
χερσόνησος et χερσόνησος,  
peninsula.

sarieque redeunti cum classe occurserunt: qui duabus de causis eo die dimicare solebat; quod et nullos milites in navibus habebat, et post horam x diei res agebatur: nox autem allatura videbatur majorem fiduciam illis, qui locorum notitia confidebant: sibi etiam hortandi suos auxilium defuturum, quod nulla satis idonea esset hortatio, neque virtutem posset notare, neque inertiam. Quibus de causis naves, quas potuit, Cæsar ad terram detrahit: quem in locum illos successuros non existimabat. Erat una navis Rhodia in dextro Cæsaris cornu, longe ab reliquis collocata. Hanc conspicati hostes, non tenuerunt sese: magnoque impetu <sup>iv.</sup> ad eam constratae naves, et complures apertæ contenderunt. Cui coactus est Cæsar ferre subsidium, ne turpiter in conspectu contumeliam acciperet; quamquam, si quid gravius illi accidisset, <sup>12</sup> merito casurum judicabat. Prælium commissum est magna contentione <sup>13</sup> Rhodiorum qui cum in omnibus dimicationibus et scientia, et virtute præstitissent, tum maxime illo tempore totum onus sustinere non recusabant; ne quod suorum culpa detrimentum acceptum videretur. Ita prælium secundissimum est factum. Capta est una hostium quadriremis, depressa est altera, alteraque perforata. Deinde omnes <sup>14</sup> epibatis nudatæ, magna præterea multitudo in reliquis navibus propugnatorum est interfecta. Quod nisi nox prælium diremisset, tota classe hostium Cæsar potitus esset. Hac calamitate perterritis hostibus, adverso vento leniter flante, naves onerarias Cæsar <sup>15</sup> remulco victricibus suis Alexandriam dedit.

<sup>12</sup> Merito casurum.) Quia longius a classe recesserat.

<sup>13</sup> Rhodiorum qui præstitissent.) Cicero pro Lege Man. c. <sup>18</sup> Rhodiorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis, et gloria remansit.

<sup>14</sup> Epibatis nudatæ.) ἐπιβάτες. Est autem ἐπιβάτες, He-

sycho auctore, δι μη κωπηλατης, ἀλλα τάλεον πραχήτης hoc est, qui navem ascendit, non ut remes, sed potius ut prægnator. Epibatæ ergo milites navales.

<sup>15</sup> Remulco dedit.) Vide I. II. Civ. c. 9. sect. 23. extremo.

## CAPUT IV.

*Alexandrini naves reficiunt, classemque reparant, atque ad novum conflictum se expedient. Resertur numerus navium Cæsarisi se ad pugnam parantis. Naves utrimque in ordine collocantur.*

**E**o detimento adeo sunt fracti Alexandrini, cum non jam virtute propugnatorum, sed <sup>16</sup> scientia classiariorum se victos viderent... <sup>17</sup> quibus et superioribus locis sublevabantur, ut vix ædificiis defendi possent, et materiam cunctam objicerent, quod nostræ classi oppugnationem etiam ad terram verebantur. Idem, posteaquam Ganymedes in concilio confirmavit, sese et eas, quæ essent amissæ, constituturum, et numerum adacturum, magna spe, et fiducia veteres reficere naves, accuratiusque huic rei studere, atque inservire instituerunt. Ac, tametsi amplius ex navibus longis in portu, navalibusque amiserant, non tamen reparandæ classis cogitationem deposuerunt. Videbant enim non auxilia Cæsari, non commeatus supportari posse, si classe ipsi valerent. Præterea nautici homines et urbis, et regionis maritimæ, quotidiano usu a pueris exercitati ad naturale, ac domesticum bonum refugere cupiebant, et quantum parvulis navigiis profecissent, sentiebant. Itaque omni studio ad parandam classem incubuerunt. Erant omnibus ostiis Nili custodiæ <sup>13</sup> exigendi portorii causa dispositæ. Naves veteres erant in occultis regiæ navalibus, quibus multis annis ad navigandum non erant usi. Has reficiebant; illas Alexandriam revocabant. Deerant remi: porticus, gymnasia, ædicia publica detegebant: asseres remorum usum obtinebant. Aliud naturalis solertia, aliud urbis copia subministrabat. Postremo non longam navigationem

<sup>16</sup> Scientia classiariorum.) Rhodiorum maxime, de quibus modo dictum est c. 3. sect. II.

<sup>17</sup> Quibus et superioribus locis.) A quibus Cæsarlanis clasariis

Alexandrini eminentioribus locis sublevabantur, Rhetoricam, Simplicius legas, qui et superioribus.

parabant: sed præsentis temporis necessitati serviebant, et in ipso portu configendum videbant. Itaque paucis diebus, contra omnium opinionem, quadriremes xxii., quinqueremes v. confecerunt: ad has minores, apertasque complures adjecerunt: et, in portu periclitari remigio, quid quæque earum efficere posset, idoneos milites imposuerunt, seque ad configendum omnibus rebus paraverunt. Cæsar Rhodias naves ix. habebat, nam, x. missis, una in cursu litore Ægyptio defecerat; Ponticas viii., Lycias v., ex Asia xii. Ex his quinqueremes v. erant, et quadriremes x. Relique infra hanc magnitudinem, et pleraque apertæ. Tamen virtute militum confisus, cognitis hostium copiis, se ad dimicandum parabat. Postquam eo ventum est, uti sibi uterque eorum confideret, Cæsar<sup>18</sup> Pharon classe circumvehitur, adversaque naves hostibus constituit; in destro cornu Rhodias collocat, in sinistro Ponticas. Inter has spatium cd. passuum relinquit, quod satis esse ad explicandas naves videbatur. Post hunc ordinem reliquas naves subsidio distribuit: quæ quamque earum sequatur, et cui subveniat, constituit, atque imperat. Non dubitanter Alexandrini classem producunt, atque instruunt; in fronte collocant xxii., reliquas subsidiarias in secundo ordine constituunt. Magnum præterea numerum minorum navigiorum, et scapharum producunt<sup>19</sup> cum malleolis, ignibusque; si quid ipsa multitudo, et clamor, et flamma nostris terroris afferre possent.

<sup>18</sup> Pharon circumvehitur.) catum habentes, quæ ardentes Insulam Alexandrinam, emissæ, id, in quo figuntur,

<sup>19</sup> Cum malleolis, ignibusque.) Malleoli sagittæ sunt, ignem ei alimentum circumpli-

## CAPUT V.

Euphranor classis Rhodice imperium consequitur. Datus pugnae signo a Cæsare, Alexandrini in naves Rhodias irrumpunt, præliumque committunt: eorum quinqueremes tres, præter unam captam, deprimuntur, reliquæ fugientes ad oppidum se conferunt. Cæsar jubet suos insulam aggredi, quam tamen hostes strenuo defendunt, sed postea Cæsarei ea potiuntur. Cæsar oppidum quoddam ad Pharamum communis; ibique posito præsidio, pontem quemdam oppido proximum ab Alexandrinis occupatum aggreditur. Alexandrini Cæsareos navibus egressos felici eventu inseguuntur. Cæsar navigio cum se ejecisset, in tutum se recipit natando; occisorum numerus.

**E**rant inter duas classes vada transitu angusto, quæ pertinet ad regionem Africæ. Sic enim prædicant,<sup>20</sup> partem esse Alexandriæ dimidiām Africæ. Satisque dia inter ipsos est exspectatum, ab utris transeundi fieret initium: propterea quod, eo qui intrassent; et ad explicandam classem, et ad receptum, si durior accidisset casus, impeditiores fore videbantur. Rhodiis navibus præerat Euphranor, animi magnitudine, ac virtute magis cum nostris hominibus, quam cum Græcis comparandus. Hic oō notissimam scientiam, atque animi magitudinem delectus est ab Rhodiis, qui imperium classis obtineret. Qui, ubi Cæsaris animum advertit: „Videris mihi, inquit, Cæsar, vereri, si hæc vada primus navibus intraveris, ne prius dimicare cogaris, quam reliquam classem possis explicare. Nobis rem committe, nos prælium sustinebimus; neque tuum judicium fallemus, dum reliqui subsequantur. Hós quidem diutius in nostro conspectu gloriari magno nobis et dedecori, et dolori est.“ Cæsar illum adhortatus, atque omnibus laudibus prosecutus, dat signum pugnae. Progressas ultra vadum iv. Rhodias naves circumsistunt Alexandrini, atque in

20 Partem Alexandriæ dimidiām Africa.) Variæ veterum determinatio Asiae, et Africæ opiniones. Plures in Nilo statuerunt: alii in Catabathmo ultra Parætonium: quidam in media

Alexandria, ut noster Hirtius rectius alii sinu Arabico, et Isthmo, quem hic ad mare mediterraneum facit, disreverunt. Vide de Notit. Orb. Antiquilib. I, cap. II.

ead impetum faciunt. Sustinent illi, atque arte, solertiaque se explicant, ac tantum doctrina poruit, ut in dispari numero nulla transversa hosti objiceretur, nullius remi detergerentur, sed semper venientibus adversæ occurserent. Interim sunt reliquæ subsecutæ. Tum necessario discessum ab arte est propter angustias loci, atque omne certamen in virtute constitut. Neque vero Alexandriæ fuit quisquam aut nostrorum, aut oppidanorum, qui aut in opere, aut in oppugnatione occupatum animum haberet, quin altissima tecta peteret, atque ex omni prospectu locum spectaculo caperet, precibusque, et votis victoriam suis ab Diis immortalibus exposceret. Minime autem erat par prælii certamen. Nostris enim prorsus neque terra, neque mari effugium dabatur victis: <sup>16</sup> omniaque victoribus erant futura in incerto. Illi, si superassent navibus, omnia tenerent: si inferiores fuissent, reliquam tamen fortunam periclitarentur. Simul illud grave, ac miserum videbatur, <sup>22</sup> per paucos de summa rerum, ac de salute omnium decertare: quorum si quis aut animo, aut virtute cessisset, reliquis etiam esset cadendum, quibus pro se pugnandi facultas non fuisset. Haec superioribus diebus saepè numero Cæsar suis exposuerat; ut hoc majori animo contenderent, quod omnium saltem sibi commendatam viderent. Eadem suum quisque contubernalem, amicum, notum prosequens erat obtestatus: ne suam, atque omnium falleret opinionem, quorum judicio delectus ad pugnam proficiseretur. Itaque hoc animo est decertatum, ut neque maritimis, nauticisque solertia, atque ars præsidium ferret; neque numero navium præstantibus multitudo prodesset, neque flexi ad virtutem ex tanta multitudine viri virtuti nostrorum possent adæquari. Capitur hoc prælio quinqueremis una, et biremis cum defensoribus, remigibusque: et deprimuntur tres, nostris in columibus omnibus. Reliquæ propinquam fugam ad oppidum ca-

<sup>21</sup> Omniaque victoribus.) Cæsarianis, si vicissent. <sup>22</sup> Per paucos de summa re-

rum.) Per paucos Cæsarianos, quia propter loci angustiam classis explicari non potuit.

piunt; quas protexerunt ex molibus, atque ædificiis imminentibus, et nostros adire proprius prohibuerunt.

17 Hoc ne sibi sæpius accidere posset, omni ratione Cæsar contendendum existimavit, <sup>23</sup> ut insulam, molemque ad insulam pertinentem in suam redigeret potestatem. Perfectis enim magna ex parte munitionibus in oppido, et illam, et urbem uno tempore tentari posse confidebat. Quo capto consilio, cohortes x., et levis armaturæ electos, quos idoneos ex equitibus Gallis arbitrabantur, in navigia minora, scaphasque imponit: alteram insulæ partem <sup>24</sup> distinendæ manus causa cum constratis navibus aggreditur, præmiis magnis propositis, qui primus insulam cepisset. At primo impetum nostrorum pariter sustinuerunt. Uno enim tempore et ex tectis ædificiorum propugnabant, et litora armati defendebant, quo propter asperitatem loci non facilis nostris aditus dabatur: <sup>25</sup> et scaphis, navibusque longis v. mobiliter, et scienter angustias loci tuebantur. Sed ubi locis primum cognitis, vadisque prætentatis, pauci nostri in litore constiterunt; atque hos sunt alti subsecuti; constanterque in eos, qui in litore æquo constiterant, impetum fecerunt, omnes <sup>26</sup> Pharitæ terga verterunt. Hi pulsi, custodia portus relictæ, naves ad litora, et vicum applicaverunt; seque

18 ex navibus ad tuenda ædificia ejecerunt. Neque vero diutius ipsi ex munitione se continere potuerunt: etsi erat non dissimile aliorum, atque Alexandriæ, genus ædificiorum (ut minora majoribus conferantur) turresque editæ, et conjunctæ muri locum obtinebant. Neque nostri aut scalis, aut cratibus, aut reliquis rebus parati venerant ad oppugnandum: sed terror hominibus mentem, consiliumque eripit, et membra debilitat; ut tunc accidit. Qui se in æquo loco, ac pla-

<sup>23</sup> Ut insulam.) Pharon, ante Alexandrinum portum.

<sup>24</sup> Distinendæ manus cauæ.) Militum Alexandrinorum, ut diversis locis imperiti, dividere se necesse haberent, neutroque loco fortius repu-

gnarent.

<sup>25</sup> Et scaphis, navibusque longis v.) Alexandrinorum hæ scaphæ, navesque erant, quibus angustias tuebantur,

<sup>26</sup> Pharitæ.) Incolæ Phauri.

no pares esse confidebant, iidem perterriti fuga suorum, et cæde paucorum, xxx. pedum altitudine in ædificiis consistere ausi non sunt; seque per molem in mare præcipitaverunt, <sup>19</sup>cccc. passuum intervallo ad oppidum enataverunt. Multi tamen ex iis capti, interfectique sunt. Sed numerus captivorum omnino fuit <sup>20</sup>dc. Cæsar, præda militibus concessa, ædificia diripi jussit; castellumque <sup>27</sup> ad pontem, qui proprietor erat Pharo, communivit; atque ibi præsidium posuit. Hunc fuga Pharitæ reliquerant; fortiorē illum, propioremque oppido Alexandrini tuebantur. Sed eum postero die simili ratione aggreditur: quod his obtentis duobus, omnem navigiorum excussum, et repentina latrocinia sublatum iri videbantur. Jamque eos, <sup>28</sup> qui præsidio eum locum tenebant, tormentis e navibus, sagittisque depulerat, atque in oppidum redegerat, et <sup>29</sup> cohortium <sup>31</sup>III. instar in terram exposuerat; non enim plures consistere angustiæ loci patiebantur. Reliquæ copiæ in navibus stationem obtinebant. Quo facto, imperat <sup>30</sup> pontem adversus hostem prævallari; et, qua exitus navibus erat, fornice extracto, quo pons sustinebatur, lapidibus oppleri, atque obstrui: quorum altero opere effecto, ut nulla omnino scapha egredi posset: altero instituto, omnes Alexandrinorum copiæ ex oppido se ejecere, et contra munitiones pontis latiore loco constiterunt: eodemque tempore, quæ consueverant navigia per pontes ad incendia onerarium emittere, ad molem constituerunt. Pugnabatur a nostris ex ponte, et ex mole; ab illis ex area, quæ erat adversus pontem, et ex navibus contra molem. In his <sup>20</sup> rebus occupato Cæsare, militesque hortante, remigum magnus numerus, et classiariorum ex longis navibus nostris in molem se ejecit. Pars eorum studio

<sup>27</sup> Ad pontem, qui proprietor.)  
Ad partem pontis, quæ Pharo cohærebat. Erat enim insula ponte juncta urbi Alexandriæ.

<sup>28</sup> Qui præsidio eum locum tenebant.) Eam pontis par-

tem.

<sup>29</sup> Cohortium III. instar.)  
Circiter III. cohortes. Insolens locutio.

<sup>30</sup> Pontem prævallari.) Vallum, et munimentum transversum ponti præducere.

spectandi ferebatur ; pars etiam cupiditate pugnandi. Hi primum navigia nostrum lapidibus , ac fundis a mole repellebant ; ac multum proficere multitudine theirum videbantur. Sed postquam ultra eum locum ab latere eorum aperto ausi sunt egredi ex navibus Alexandrini pauci , ut sine signis , certisque ordinibus , si ne ratione prodierant , sic temere in naves refugere cœperunt. Quorum fuga incitati Alexandrini ex navibus egrediebantur , nostrosque acrius perturbatos insequebantur. Simul qui in navibus longis remanserant , scalas rapere , navesque a terra repellere properabant , ut hostes navibus potirentur. Quibus omnibus rebus perturbati milites nostri cohortium trium , quæ in ponte , ac prima mole constiterant , cum post se clamorem exaudirent , fugam suorum viderent , magnam vim theirum adversi sustinerent , veriti , ne ab tergo circumvenirentur , et dicensu navium omnia reditu intercluderentur , munitionem in pontem institutam reliquerunt , et magno cursu incitati ad naves contenderunt. Quorum pars proximas nacta naves , multitudine hominum , atque onere depressa est : pars resistens , et dubitans , quid esset capiendum consilii , ab Alexandrinis interfacta est : nonnulli feliciore exitu expeditas ad anchoras naves consecuti incolumes discesserunt : pauci allevati scutis , et animo ad conandum nixi , ad proxima navigia adnatavunt. Cæsar , quoad potuit , cohortando suos ad montem , et munitiones contendere , eodem in periculo versatus est. Postquam universos cedere animadvertisit , in suum navigium se recepit. Quo multitudine hominum insecura cum irrumperet ; neque administrandi , neque repellendi a terra facultas daretur ; fore , quod accidit , suspicatus , sese ex navigio ejecit , atque ad eas , quæ longius constiterant , naves adnatavit. Hinc suis laborantibus subsidio scaphas mittens , nonnullos conservavit. Navigium quidem ejus multitudine depresso militum , una cum hominibus interiit. Hoc prælio desiderati sunt ex numero legionariorum militum cō. , et paullo ultra eum numerum classiarli , et remiges. Alexandrini eo loco castellum magnis munitionibus , multisque tormentis confirmaverunt;

atque, egestis ex mari lapidibus, libere sunt usi po-  
stea ad mittenda navigia. Hoc detimento milites nostri <sup>22</sup>  
tantum abfuerunt, ut perturbarentur, ut incensi potius,  
atque incitati magnas accessiones fecerint in operibus  
hostium expugnandis, inque prælis quotidianis, quan-  
documque sors obtulerat, procurrentibus, et <sup>31</sup> erum-  
pentibus studiis militum. Nec divulgata Cæsaris co-  
hortatio subsequi legionum aut laborem, aut purgandi  
poterat cupiditatem: ut magis deterrendi, et continen-  
di a periculosissimis essent dimicationibus, quam inci-  
tandi ad pugnandum.

<sup>31</sup> Erumpentibus studiis mi-  
litum. Nec divulgata.) Ita Pata-  
vini Seminarii editio. Recte. Vul-  
go legitur. Erumpentibus Alexan-  
drinis manum comprehendimus

operibus: et ardentibus studiis  
militum; nec etc. ex quibus ver-  
bis nulla elici apta sententia po-  
test; quod videt et Cellarius, mo-  
nuitque, locum esse corruptum.

## C A P U T VI.

*Alexandrini legatos ad Cæsarem mittunt, ut Regem ad  
eos venire sinat, quod Cæsar libenter patitur. Rex ar-  
ma in Cæsarem movet. Alexandrini Cæsaris commea-  
tum intercipiunt. Cæsar classem instruit. Euphra-  
nor perit.*

**A**lexandrini, cum Romanos et secundis rebus con- <sup>23</sup>  
firmari, et adversis incitari viderent, neque ullum bel-  
li tertium casum nossent, quo possent esse firmiores,  
ut conjectura consequi possumus, aut admoniti a regis  
amicis, qui in Cæsaris erant præsidiis, aut suo prio-  
re consilio per occultos nuntios regi probato; legatos  
ad Cæsarem miserunt, "ut dimitteret regem, transi-  
re que ad suos pateretur; paratum enim omnem mul-  
titudinem esse, <sup>32</sup> confectam tædio puellæ, fiducia-  
rio <sup>33</sup> regno, dominatione crudelissima Ganymedis,  
facere id, quod rex imperasset: quo si auctore in Cæ-

<sup>32</sup> Confectam tædio puellæ.) dum controversia inter Cleopatra-  
Arisnoes,

<sup>33</sup> Fiduciario regno.) Fidei esset composita.  
Arisnoes ad tempus permisso,

saris fidem , amicitiamque venturi essent , nullius periculi timorem multitudini fore impedimento , quomodo  
 24 nus se dederent ., Cæsar , etsi fallacem gentem , semperque alia cogitantem , alia simulantem , bene cognitam habebat , tamen potentibus dare veniam utile esse statuit ; quod si quo pacto sentirent ea , quæ postularent , mansurum in fide dimissum regem credebat : sin id quod magis illorum naturæ conveniebat , ducem ad bellum gerendum regem habere vellent , splendidius , atque honestius sese contra regem , quam contra convenarum , ac fugitivorum manum , bellum esse gestruerūt . Itaque regem cohortatus , " ut consuleret regno paterno , parcere præclarissimæ patriæ , quæ turpis simis incendiis , et ruinis esset deformata , cives suos primum ad sanitatem revocaret , deinde conservaret ; fidem populo Romano , sibique præstaret : cum ipse tantum ei crederet , ut ad hostes armatos eum mitteter ;, dextram tenens , dimittere cœpit adulta jam ætate puerum . At regius animus disciplinis fallacissimis eruditus , ne a gentis suæ moribus degeneraret , flens orare contra Cæsarem cœpit , " ne se dimitteret , non enim regnum ipsum sibi conspectu Cæsaris esse jucundius ., Compressis pueri lacrymis , Cæsar ipse commotus celeriter , si illa sentiret , fore eum secum affirmans , ad suos dimisit . Ille , ut ex carceribus in liberum cursum emissus , adeo contra Cæsarem acriter bellum gerere cœpit , ut lacrymas , quas in colloquio projecerat , gaudio videretur profundisse . Accidisse hoc complures Cæsaris legati , amici , centuriones , militesque lætabantur ; quod nimia bonitas ejus fallaciis pueri elusa esset : quasi vero id Cæsar bonitate tantum adductus , ac non prudentissimo consilio , fecisset . Cum 34 duce assumpto Alexandrini nihilo se firmiores factos , aut languidiores Romanos animadverterent ; eludentibusque militibus regis ætatem , atque infirmitatem , magnum dolorem acciperent , neque se quidquam proficere viderent ; rumoresque existerent ,

34 Duce assumpto .) Rege recepto , cuius auspiciis bellum gererent .

magna Cæsari præsidia , terrestri itinere , Syria , Ciliciaque adduci : quod nondum Cæsari auditum erat: interea commeatum , qui nostris mari supportabatur, intercipere statuerunt. Itaque expeditis naviis , locis idoneis <sup>35</sup> ad Canopum in statione dispositis navibus, insidiabantur nostris commeatisbus. Quod ubi Cæsari nuntiatum est , classem jubet expediri , atque instrui. Præficitur <sup>36</sup> T. Nero. Proficiscuntur in ea classe Rhodiæ naves , atque in his <sup>37</sup> Euphranor , sine quo nulla unquam dimicatio maritima parum etiam feliciter confecta erat. At fortuna , quæ plerumque eos , quos plurimis beneficiis ornavit , ad duriorem casum reservat, superiorum temporum dimissilis , Euphranorem persequebatur. Nam cum ad Canopum ventum esset ; instruetaque utrinque classis conflxisset , et sua consuetudine Euphranor primus prælium commisisset , et illic tremem hostium perforasset , ac demersisset ; proximam longius insecurus , parum celeriter insequentibus reliquis , circumventus ab Alexandrinis est , cui subsidium nemo tulit : sive quod in ipso satis præsidii virtute , ac felicitate ejus putarent esse , sive quod ipsi timebant. Itaque unus ex omnibus eo prælio bene rem gessit , solus cum sua quadriremi victrice periit.

<sup>35</sup> Ad Canopum ) Oppidum Ægypti maritimum ad Nili ostium, quod inde Canopicum denominatur , cxx. stadiis in ortum ab Alexandria. Scribitur Κανωπος , et Κανωβος , Canopus et Canobus. Vide Steph. Byzant.

<sup>36</sup> T. Nero.) Pater impe-

ratoris Tiberii , qui Augusto successit. Sueton. in ejus vita c. 4. Pater Tiberii , quæstor C. Cæsaris , Alexandrino bello classi præpositus , plurimum ad vitorum contulit.

<sup>37</sup> Euphranor.) Vide supra cap. 5. sect. 15. pr.

## CAPUT VII.

*Mithridates Pergamenus, Pelusio capto, ad Cesarem se confert. Deltae descriptio. Rex plures copias contra Mithridatem mittit, ab eis praelium committitur. Mithridates Cæsarem de re gesta certiorem facit, Cæsar ei auxilium fert.*

26 **S**ub idem tempus Mithridates Pergamenus magnæ nobilitatis domi, scientiæque in bello, et virtutis, fidei, dignitatisque in amicitia Cæsaris, missus in Syriam, Ciliciamque initio belli Alexandrini ad auxilia accersenda, magnas copias, quas celeriter, et propensissima civitatum voluntate, et sua diligentia confecerat, itinere pedestri, quo conjungitur Ægyptius Syriæ, Pelusioni adduxit: idque oppidum firmo praesidio occupatum ab Achilla propter opportunitatem loci, (namque rota Ægyptus maritimo accessu Pharo, pedestri Pelusio, veluti claustris, munita existimatur) repente magnis circumdatum copiis, multiplici praesidio pertinaciter propugnantibus, et copiarum magnitudine, quas integras vulneratis, defessisque subjeciebat, et perseverantia, constantiaque oppugnandi, quo die est aggressus, in suam rededit potestatem, praesidiumque ibi suum collocavit. Inde re bene gesta Alexandriam ad Cæsarem contendit, omnesque eas regiones, per quas iter faciebat, auctoritate ea, quæ plerumque adest victori, pacarat, atque in amicitiam Cæsaris redegerat. Locus est fere regionum illarum nobilissimus non ita longe ab Alexandria, <sup>38</sup> qui nominatur Delta, quod nomen a similitudine literæ cepit. Nam pars quædam fluminis Nili, mire derivata inter se, duobus itineribus paulatim, medium inter se spatium relinquens, diversissimo ad litus intervallo mari conjungitur. Cui loco cum ap-

<sup>38</sup> Qui nominatur Delta.) efficiunt: unde nomen Delta ei Nilus ad mare adproperans in parti. Est autem vel majus, alveos scinditur, qui cum li- vel minus Delta Ægypti, Pto- tore, quod comprehendunt o- lemæo distinguente l. iv. cap. stiis, figuram inversæ literæ Δ v.

propinquare Mithridatem Rex cognovisset, et trans-eundum ei flumen sciret: magnas adversus eum copias misit, quibus vel superari, delerique Mithridatem, vel sine dubio retineri posse credebat. Quemadmodum autem optabat eum vinci, sic satis habebat interclusum a Cæsare a se retineri. Quæ primæ copiæ flumen a Delta transire, et Mithridati occurrere potuerunt, prælium commiserunt, festinantes præcipere subsequentibus victoriae societatem. Quorum impetum Mithridates magna cum prudentia, consuetudine nostra castris vallatis, sustinuit. Cum vero incaute, atque insolenter succedere eos munitionibus videret, eruptione undique facta, magnum numerum eorum interficit. Quod nisi locorum notitia reliqui se texissent, partimque in naves, quibus flumen transierant, recipiissent, funditus deleti essent. Qui, ut paululum ab illo timore se recrearunt, adjunctis iis, qui subsequebantur, rursus Mithridatein oppugnare cœperunt. Mittitur a Mithridate nuntius Cæsari,<sup>39</sup> qui rem gestam perferret. Cognoscit ex suis, eadem hæc accidisse, Rex. Ita pene sub idem tempus et Rex ad opprimendum Mithridatem proficiscitur, et Cæsar ad recipiendum. Celeriore fluminis Nili navigatione Rex est usus, in quo magnam, et paratam classem habebat. Cæsar eodem itinere uti noluit, ne navibus in flumine dimicaret: sed, circumvectus eo mari, quod Africæ partis esse dicitur,<sup>40</sup> sicut supra demonstravimus; prius tamen Regis copiis occurrit, quam is Mithridatem aggredi posset, eumque ad se victorem incolumi exercitu recepit.

<sup>39</sup> Qui rem gestam perferret. ) Soclus victoriae Mithridati adfuit Antipater, Herodis pater, cum Judæis. Joseph xiv. Hinc amicitia Cæsaris cum An-

tipatro, ex qua initium fortunæ Herodis fuit.

<sup>40</sup> Sicut supra demonstravimus.) Cap. 5. sect. 14.

## C A P U T VIII.

*Descriptio loci illius, in quem Rex se recepit; is milites suos mittit, ut cum Cæsare dimicent. Hostes fugiunt. Cæsar ad Regis castra contendit.*

**C**onsiderat cum copiis Rex loco natura munito, quod erat ipsa excelsior<sup>41</sup> planicie ex omnibus partibus subiecta. Tribus autem ex lateribus variis genere munitionibus tegebatur. Unum latus erat objectum fluminis Nilo; alterum editissimo loco ductum, ut partem casorum obtineret; tertium palude cingebatur. Iter castra Regis, et Cæsaris iter flumen intercedebat angustum, altissimis ripis, quod in Nilum influebat. Abierat autem ab Regis castris millia passuum circiter vii. Rex, cum hoc itinere venire Cæsarem comperisset, equitatum omnem, expeditosque delectos pedites ad id flumen misit, qui transitu Cæsarem prohiberent, et minus<sup>42</sup> ex ripis prælium impar inirent. Nullum enim processum virtus habebat, aut periculum ignavia subibat. Quæ res incendit dolore milites, equitesque nostros; quod tamdiu pari prælio cum Alexandrinis certaretur. Itaque eodem tempore equites Germani dispersi vada fluminis quærentes, partim dimissoribus ripis flumen transnarunt, et legionarii, magnis arboribus excisis, quæ longitudine utramque ripam contingerent, projectis, repentinaque aggere injecto, flumen transierunt. Quorum impetum adeo pertinuerunt hostes, ut in fuga spem salutis collocarent, sed id frustra: namque ex ea fuga pauci ad Regem refugerunt, pene omni reliqua multitudine imperfecta. Cæsar, re

**30** præclarissime gesta, cum subitum adventum suum ju-

<sup>41</sup> *Planicie.*) Jungerm. et Goduin. *planicie*, de qua forma ad L. I. Civ. c. 20. sect. 43 diximus. Hoc loco cæteri, etiam vet. Ven. *planicie, seu planities*, alia facta incisione, huic vero nostra præferenda.

<sup>42</sup> *Ex ripis prælium impar.*) Cæsaris impar, quia editiore loco regii stabant; Cæsarianis autem et cum hoste, et cum amne simul, si transire vellent, pugnandum erat.

dicaret magnum terorem Alexandrinis injecturum, protinus victor ad Regis castra contendit. Hæc cum et opere magno vallata, et loci natura munita adverteret; confertamque armatorum multitudinem collocatam in vallo videret, lassos itinere, ac præliando milites ad oppugnanda castra succedere noluit. Itaque, non magno intervallo relicto ab hoste, castra posuit.

## C A P U T   I X.

*Cæsar castellum a Rege munitum expugnat. Cæsarei cum Alexandrinis felici eventu configunt.*

**P**ostero die castellum, quod Rex in proximo vi-  
co non longe a suis castris muniverat, <sup>43</sup> brachiis-  
que cum opere castrorum conjunxerat, vici obtinendi  
causa, Cæsar aggressus, omnibus copiis expugnat;  
non quod id minori numero militum consequi difficile  
factu putaret; sed ut ab ea victoria, perterritis Ale-  
xandrinis, protinus castra Regis oppugnaret, Itaque eo  
cursu, quo refugientes Alexandrinos ex castello in ca-  
stra sunt milites inseuti, munitionibus successerunt,  
acerrimaque eminus præliari cœperunt. Duabus ex  
partibus aditus oppugnationis nostris dabatur; una,  
quam liberum accessum habere demonstravi; altera,  
quæ mediocre intervallum inter castra, et flumen Ni-  
lum habebat. Maxima, et electissima Alexandrinorum  
multitudo defendebat eam partem, quæ facillimum  
aditum habebat. Plurimum autem proficiebant hostes in  
repellendis, vulnerandisque nostris, qui in regione flu-  
minis Nili propugnabant. Diversis enim telis nostri fi-

43 Brachiisque cum opere ca-  
strorum.) Projectæ, et excurren-  
tes munitiones, connexæque a-  
liis eleganti inethatiora brachia  
vocantur. Livius iv. 9. extr. alia  
parte consul muro Ardeæ bra-  
chium injunxerat. Et Virg. Æn.  
III. vers. 535.  
..... gemino demittunt brachia  
muro

Turriti scopuli.  
Et Lucanus libr. III. vers. 385.  
clarior.

Longum Cæsar opus, fontes-  
que et fabula campi  
Amplexus fossa, densas tollen-  
tia pinnas  
Cespitibus, crudaque exstruxit  
brachiu terra.

3<sup>1</sup> gebantur, adversi ex vallo castrorum, aversi ex flumine, in quo multæ naves instructæ funditoribus, et sagittariis nostros impugnabant. Cæsar, cum videret milites acrius præliare non posse, nec tamen multum profici propter locorum difficultatem; cum animadverteret, excelsissimum locum castrorum relictum esse ab Alexandrinis, quod et per se munitus esset, et studio partim pugnandi, partim exspectandi, decurrissent in eum locum, in quo pugnabatur, cohortes illo circuire castra, et summum locum aggredi jussit, hisque Carfulenum præfecit, et animi magnitudine, et rei militaris scientia virom præstantem. Quo ut ventum est, paucis defendantibus munitionem, nostris contra militibus acerrime pugnantibus, diverso clamore, et prælio perterriti Alexandrini, trepidantes in omnes partes discurrere cœperunt. Quorum perturbatione nostrorum animi adeo sunt incitati, ut pene eodem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editissimum locum castrorum caperent: ex quo decurrentes magnam multitudinem hostium in castris interfecerunt. Quod periculum plerique Alexandrini fugientes, acerbati se de vallo præcipitaverunt in eam partem, quæ flumini erat adjuncta. Horum primis in ipsa fossa munitionis magna vi oppressis, cæteri faciliorem fugam habuerunt. Constat fugisse ex castris Regem ipsum, receptumque in navem, et multitudine eorum, qui ad proximas naves adnatabant, demerso navigio, periisse.

## CAPUT X.

*Cæsar obtenta victoria Alexandriam petit, cui adventanti oppidani se dedunt. Cæsar Ægypto, et Alexandria potitus, Reges, quos Ptolemæus vivens decreverat, constituit. Inde in Syriam pergit.*

3<sup>2</sup> **R**e felicissime, celerrimeque gesta, Cæsar, magna victoriæ fiducia proximo terrestri itinere Alexandriam cum equitibus contendit, atque ea parte oppidi introlit, quæ præsidium hostium tenebat. Neque eum consilium suum fecellit, quin hostes, eo prælio audi-

to, nihil jam de bello essent cogitaturi. Dignum adveniens fructum virtutis, et animi magnitudinis tulit; omnis enim multitudo oppidanorum, armis projectis, munitionibusque suis relictis, veste ea sumpta, qua supplices dominantes deprecari consueverunt, sacrisque omnibus prolatis, quorum religione precari offensos, iratosque animos regum erant soliti, advenienti Cæsari occurserunt, seque ei dediderunt. Cæsar in fidem receptos consolatus, per hostium munitiones in suam partem oppidi magna gratulatione venit suorum, qui non tantum bellum ipsum, ac dimicationem, sed etiam 33 talem adventum ejus felicem fuisse lætabantur. Cæsar Ægypto, atque Alexandria potitus, reges constituit, quos Ptolemæus testamento scripserat, atque obtestatus erat Populum Romanum, ne mutarentur. Nam majore ex duobus pueris rege amissso, minori tradidit regnum 44 majorique ex duabus filius Cleopatrae, quæ manserat in fide, præsidiisque ejus, minorem Arsinoen, cuius nomine diu regnasse impotenter Gannymedem docuimus, deducere ex regno statuit; ne quarsus nova dissentio, prius quam diuturnitate confirmarentur regis imperia, per homines seditiosos nasceretur. Legione veterana vi. secum deducta, cæteras ibi relinquit; quo firmius esset eorum regnum imperium: qui neque amorem suorum habere poterant, quod fideleriter perinanserant in Cæsaris amicitia, neque vestustatis auctoritatem, paucis diebus reges constituit. Simul ad imperii nostri dignitatem, utilitatemque publicam pertinere existimabat, si permanerent fide reges, præsidiis eos nostris esse tutos, et hos, si essent ingrati, posse iisdem præsidiis coerceri. Sic rebus omnibus confectis, et collocatis, ipse itinere terrestri profectus est in Syriam.

44 Majorique ex duabus filiis. Sic libri non filiibus. Priscianus I. vtr. c. de Dat et Abt. Plut. I. declinationis: bis naturibus filiabus duabus cætera. Et FILIIS tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromœ-

da: filiis propter te objecta sum innocens Nerei, id est filiibus. Et Plautus in Sticho (act. IV. sc. I. vers. 65.) ibo intro, et gratulabor vestrum adventum filiis: pro filiabus. Haec Priscianus.

## CAPUT XI.

*Rex Dejotarus ad Domitium Calvinum se confert peti-  
tum, ne regnum suum vastari a Pharnace patitur; Domi-  
tius Dejotaro gratificaturus, omnem suam operam in id  
confert. Legati Domitio nuntiant, Pharnacem Cappado-  
cia d'cessisse; ut Domitius dat operam, ut Armenia quo-  
que decedat, quum ob rem eo ipse proficiscitur, et prope  
Nicopolim castra ponit. Pharnaces clam Domitio insi-  
dias struit, legatosque ad eum de pace mittit.*

34 **D**um hæc in Ægypto geruntur, rex Dejotarus ad Domitium Calvinum, cui Cæsar Asiam, finitimasque provincias administrandas tradiderat, venit oratum, ne Armeniam minorem, regnum suum, neve Cappadociam regnum Ariobarzanis, possideri, vastarique pateretur a Parnace: quo malo nisi liberarentur, imperata sibi facere, pecuniamque promissam Cæsari non posse se persolvere. Domitius non tantum ad explicandos sumptus rei militaris, cum pecuniam necessariam esse judicaret, sed etiam turpe populo Romano, et Cæsari victori, sibique infame esse statueret, regna sociorum, nuntios confessim ad Pharnacem misit, Armenia, Cappadociaque decederet, neve occupatione belli civilis, populi Romani jus, majestatemque tentaret. Hanc denuntiationem cum maiorem vim habituram existimaret, si proprius eas regiones cum exercitu accessisset, ad legiones profectus, unam ex tribus xxxvi. secum ducit, II. in Ægyptum ad Cæsarem mittit, literis ejus evocatas, quarum altera in bello Alexandrino non occurrit; quod itinere terrestri per Syriam erat missa. Adjungit Cn. Domitius legioni xxxvi. duas a Dejotaro, quas ille disciplina, atque armatura nostra complures annos constitutas habebat, equitesque centum, totidemque ab Ariobarzane sumit. Mittit P. Sextium ad C. Pletorium quæstorem, ut legionem adduceret, quæ

45 *Ex tumultuariis militi-  
bus.) Id est, præpropere, et ra-  
ptim collectis. Livius I. 37. Je-  
re ob viam Sabinum tumultuario militi-* Et l. v. 37. velut tumultuario  
exercitu raptim ducto. Et xxxv.  
2. placere tumultuarios militiam  
extra Italiam scribi.

ex tumultuariis militibus in Ponto confecta erat, Quintumque Parisium in Ciliciam ad auxilia accersenda. Quæ copiæ celeriter omnes jussu Domitij<sup>46</sup> Comanæ convenerunt. Interim legati a Pharnace responsa referunt, „Cappadocia se decessisse, Armeniam minorem recepisse, quam paterno nomine jure obtinere deberet; denique ejus regni causa integra Cæsari servaretur; paratum enim se facere, quod is statuisset.“ Cn. Domitius, cum animadverteret, eum Cappadocia decessisse, non voluntate adductum, sed necessitate, quod facilius Armeniam defendere posset, subjectam suo regno, quam Cappadociam longius remotam, quodque omnes <sup>35</sup> 111. legiones adducturum Domitium putasset; ex quibus cum 11. ad Cæsarem missas audisset, auditiusque in Armenia substitisset, perseverare coepit, ut eo quoque regno decederet; “neque enim aliud ejus esse Cappadociæ, atque Armeniae, nec juste eum postulare, ut in Cæsaris adventum res integra differretur: id enim esse integrum, quod ita esset, ut fuisset.„ His responsis datis, cum iis copiis, quas supra scripsi, profectus est in Armeniam, locisque superioribus iter facere instituit. Nam ex Ponto a Comanis jugum editum silvestre est, pertingens in Armenia minorem: quo Cappadociæ finitur ab Armenia. Cujus itineris hæ erant certæ opportunitates, quod in locis superioribus nullus impetus repentinus accidere hostium poterat, et quod Cappadocia his jugis subjecta, magnam commeatus copiam erat subministratura. Complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit, quæ de pace agerent, regiaque munera Domitio ferrent. Ea constanter omnia aspernabatur, nec sibi quidquam fore antiquius, quam dignitatem

<sup>46</sup> Comanæ convenerunt.) Hæc Comana Pontica fano, et sacerdotio illustris, non Cappadocia illa, quæ prope fines est Ciliæ, nam c. ex Ponto a Comanis jugum editum silvestre est, per quod proficiscendum Domitio erat in Armeniam minorem. Dicitur vero utroque numero,

Comana fœm. sing. Tū Kópava plurali. Utrobique eadem dea culta, ut Strabo refert libr. XII. Bellona scilicet, ut noster infra cap. 20. sect. 66. nominat: Et Valer. Flacus libr. VII. v. 636.

.... exsecros lacerat Bellona  
Comanos.

populi Romani, et regna sociorum recuperare, legatis respondebat. Magnis, et continuis itineribus confectis, cum <sup>47</sup> adventaret ad Nicopolim, quod oppidum in Armenia Minore positum est, pleno ipsum loco, montibus tamen altis ab duobus lateribus objectis, satis magno intervallo ab oppido remotis, castra posuit longe a Nicopoli circiter millia passuum vii. Quibus ex castris, cum locus angustus, atque impeditus esset transeundus, Pharnaces insidiis delectos pedites, omnesque pene disposuit equites. Magnam autem multitudinem pecoris intra eas fauces dissipari jussit; paganosque, et oppidanos in iis locis obversari, ut si amicus Domitius eas angustias transiret, nihil de insidiis suspicaretur, cum in agris et pecora, et homines animadverteret versari, tamquam amicorum adventu. Sin vero, ut in hostium fines veniret, præda diripienda milites dissiperentur, dispersique cederentur. Hæc cum 37 administraret, nunquam tamen intermittebat legatos de pace, atque amicitia mitteret ad Domitium: cum hoc ipso crederet, eum facilius decipi posse. At contra spes pacis Domitio in iisdem castris morandi attulit causam. Ita Pharnaces amissa proximo temporis occasione, veritus, ne cognoscerentur insidiæ, suos in castra revocavit.

*47 Adventaret ad Nicopolim.)* ΧΙΙ. Πομπηιος περὶ τὸν τῆτον τοῦτον πόλιν ἔκτισεν ἐν τῷ Mithridatem devicerat. Strabo αὐτῇ μικρᾶ Αρμεγία Νικόπολιν.

## CAPUT XII.

*Domitius prope Nicopolim accedit. Pharnaces aciem instituit, et ex literis, quæ ad Domitium ferebantur, interceptis cognoscit, Cæsarem in summo esse Domitius exercitum in aciem educit: utrumque prælium committitur. Occisorum numerus. Domitius in Asiam se recepit. Pharnaces Pontum occupat.*

**D**omitius postero die prope Nicopolim accessit, castraque oppido contulit. Quæ dum muniunt nostri, Pharnaces aciem instruxit suo more, atque in-

stituto. In fronte enim, simplici directa acie, cornua trinis firmabantur subsidiis. Eadem ratione hæc media collocabantur acie, duobus dextra, sinistraque intervallis, simplicibus ordinibus instructis. Perfecit incep-  
tum castrorum opus Domitius, parte copiarum pro vallo instructa. Proxima nocte Pharnaces interceptis 38 tabellariis, qui de Alexandrinis rebus literas ad Domitium ferebant, cognoscit Cæsarem magno in pericolo versari, flagitareque a Domitio, ut quampri-  
mum subsidia mitteret, propiusque ipse Alexandriam per Syriam accederet. Qua cognita re, Pharnaces vi-  
ctoriae loco ducebat, si trahere tempus posset, cum discedendum celeriter Domitio putaret. Itaque ab op-  
pido, qua facilissimum accessum, et æquissimum ad dimicandum nostris videbat, fossas 11. directas, non  
ita magno medio intervallo relicto, iv. pedum altitu-  
dinis in eum locum deduxit, quo longius constituerat suam non producere aciem. Inter has fossas aciem sem-  
per instruebat, equitatum autem ab lateribus omnem extra fossam collocabat: qui neque aliter utilis esse poterat, et multum numero anteibat nostrum equitatum.  
Domitius autem, cum Cæsaris magis periculo, quam 39 suo communoveretur, neque se tuto discessurum arbitra-  
retur, si conditiones, quas rejecerat, rursus appete-  
ret, aut sine causa discederet, ex propinquis castris in aciem exercitum eduxit, xxxvi. legionem in dextro cornu collocavit, Ponticam in sinistro, Dejotari le-  
giones in medium aciem contulit, quibus tamen angu-  
stissimum frontis reliquit intervallum, reliquis cohortibus in subsidiis collocatis. Sic utrimque acie instructa,  
processum est ad dimicandum. Signo sub idem tempus 40 ab utroque dato, concurritur, varieque pugnatur. Nam  
xxxvi. legio, cum extra fossam in equitatum regis im-  
petum fecisset, adeo secundum prælium fecit, ut 48  
mœnibus oppidi succederet, fossamque transiret, ad-  
versosque hostes aggrederetur. At 49 Pontica ex altera

48 Ut manibus oppidi.) Ni-  
copoleos.

49 Pontica ex altera parte.)

Pontica legio, quæ in sinistro cornu collocata erat, cap. 12.  
sect. 39.

parte legio, cum paululum adversa hostibus cessisset, fossam autem circuire acies secundo conata esset, ut aperto latere aggrederetur hostem, in ipso transitu fossæ confixa, et oppressa est. Dejotari vero legiones vix impetum sustinuerunt. Ita victrices regis copiæ cornu suo dextro, mediaque acie converterunt se ad xxxvi. legionem, quæ tamen fortiter vincentium impetum sustinuit. Magnis copiis hostium circumdata, præsentissimo animo pugnans, in orbem<sup>50</sup> se recepit ad radices montium, quo Pharnaces insequi, propter iniquitatem loci, noluit. Ita, Pontica legione pene tota amissa, magna parte Deiotari militum interfecta xxxvi. legio in loca se superiora contulit, non amplius ccl. desideratis. Ceciderunt eo prælio splendidi, ac illustres viri, nonnulli equitis Romani. Quo tamen incommodo Domitius accepto, reliquas exercitus dissipati collegit, itineribusque tutis per Cappadociam se in 41 Asiam recepit. Pharnaces rebus secundis elatus, cum de Cæsare ea, quæ optabat, speraret, Pontum omnibus copiis occupavit; ibique et victor, et crudelissimus rex, cum sibi fortunam paternam feliciore eventu destinaret, multa oppida expugnavit: bona civium Romanorum, Ponticorumque diripuit: suppicia constituit in eos, qui aliquam formæ, atque ætatis commendationem habebant, eaque, quæ morte essent miseriora, Pontumque, nullo defendantे, paternum regnum se recepisse glorians, obtinebat.

<sup>50</sup> In orbem se recepit.) VI- sect. 37. de B. Gall. diximus.  
de quæ ad lib. v. cap. 15.

## CAPUT XIII.

*Q. Cornificius quæstor Cæsaris Illyricum recipit, et plura castella expugnat. Cæsar Gabinium litem monet, ut Illyricum petat, seque cum Cornificio conjungat. Gabinius post infelicem pugnae eventum, Salonam se recipit, ibique morbo interit, cuius mors Octavianum in spem potiundæ provinciae frustra erigit.*

**S**ub idem tempus in Illyrico est incommodum acceptum, quæ provincia superioribus mensibus retenta non tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat. Namque eo missus æstate cum 11. legionibus Q. Cornificius Cæsaris quæstor pro prætore, quamquam erat provincia minime copiosa ad exercitus alendos, et finitimo bello, ac dissensionibus vastata, et confecta, tamen prudentia, ac diligentia sua, quod magnam curam suscipiebat, ne quo temere progrederetur, et recepit, et defendit. Namque et castella complura locis editis posita, quorum opportunitas castellanos impellebat ad decursiones facientes, et bellum inferendum, expugnabit, aque præda milites donavit; quæ etsi erat tenuis, tamen in tanta provinciæ desperatione erat grata, præsertim virtute parta: et cum Octavius ex fuga Pharsalici prælia magna classe in illum se sinum contulisset, paucis <sup>51</sup> navibus Jaderinorum, quorum semper in Rem publicam singulare constiterat officium, dispersis Octavianis navibus erat potitus, ut vel classe dimicare posset, adjunctis captivis navibus sociorum; et cum diversissima parte orbis terrarum Cn. Pompejum victor Cæsar sequeretur, compluresque adversarios in Illyricum, propter Macedoniæ propinquitatem, se reliquis ex fuga collectis, contulisse audiret, <sup>52</sup> li-

<sup>51</sup> *Navibus Jaderinorum.*)  
Jadera, maritima urbs Illyrici, hodie Zara Vecchia. Colon. Rom., fuit. Ptolemæus Ιαδερία κολασία. Et Domitianus nummo COL. AUGUSTA JADERA. Quidam libri, etiam vet. Ven. Hiadertinorum, quia Graeca sit

Iadera cum halitu aspero.

<sup>52</sup> *Litteras ad Gabinium.*) Hic ille Gabinius, quo consule Cicero in exilium ejectus fuerat: eoque proconsule rex Ægypti Ptolemæus reductus est. Post partes secutus Cæsaris.

teras ad Gabinium mittit , uti cum legionibus tironum , quæ nuper erat conscriptæ , proficiscerentur in Illyricum , conjunctisque copiis cum Q. Cornificio , si quod periculum provinciæ inferretur , depelleret : sin ea non magnis copiis tuta esse posset , in Macedoniam <sup>53</sup> legiones adducerent , omnem enim illam partem , regionemque , vivo Cn. Pompejo , bellum instauraturam esse credebat . Gabinius , ut in Illyricum venit , hiberno tempore anni , ac difficiili , sive copiosorem provinciam existimans , sive multum fortunæ victoris Cæsaris tribuens , sive virtute , et scientia sua confisus , quam sæpe in bellis periclitatus , magnas res , et secundas ductu , ausuque suo gesserat , neque provinciæ facultatibus sublevabatur , quæ partim erat exinanita , partim infidelis ; neque navibus , intercluso mari tempestatibus , commeatus supportari poterat , magnisque difficultatibus coactus , non ut volebat , sed ut necesse erat , bellum gerebat . Ita , cum durissimis tempestatibus , propter inopiam , castella , aut oppida expugnare cogeretur , crebra incommoda accipiebat : adeoque est a barbaris contemptus , ut <sup>54</sup> Salonam se recipiens in oppidum maritimum , quod cives Romani fortissimi , fidelissimique incolebant , in agmine dimicare sit coactus . Quo prælio duobus millibus militum amplius amissis , centurionibus xxxix . , tribunis iv . , cum reliquis copiis Salonam se recepit , summaque ibi difficultate omnium pressus , paucis mensibus morbo perlit . Cujus et infelicitas vivi , et subita mors in magnam spein Octavium adduxit provinciæ potiundæ : quem tamen diutius in rebus secundis et fortuna , quæ plurimum in bellis potest , diligentiaque Cornificii , et virtus Vatinij versari passa non est .

<sup>53</sup> Legiones adducerent .) Sic libri . Unus adduceret .

<sup>54</sup> Salonam se recipiens .) Salona olim caput Dalmatiæ , et insignis colonia , quæ et plura-

li a Salonis , ac Salonas effertur supra B. Civ. III. 8. 9. etiam Græce δαλάνων . Vidi Notit. Orbis Antiq.

## C A P U T X I V .

*Cornificius Vatinium ad se in auxilium contra Octavium convocat : Vatinius in Illyricum pergit : aliquot civitates, quæ se Octavio dediderant, recipit; et Octavium ab oppugnatione Epidauri depellit. Octavius ad insulam Tauridem se confert, ibique Vatinium advenientem præstolatus. Acies utrinque instruitur, et prælium committitur. Octavii victi fuga. Vatinius, peracta pugna, Issam petit; unum oppidum in ditionem accepit, tandem victor Brundusium proficiscitur.*

Vatinius, Brundusii cum esset, cognitis rebus, quæ gestæ erant in Illyrico, cum crebris literis Cornificii ad auxilium provinciæ ferendum evocaretur; et M. Octavium audiret cum barbaris fœdera percussisse, compluribusque locis nostrorum militum oppugnare præsidia, partim classe per se, partim pedestribus copiis per barbaros; etsi gravi valetudine affectus, vix corporis viribus animum sequebatur, tamen virtute vicit incommodum naturæ, difficultatesque hiemis, et subitæ præparationis. Nam cum ipse paucas in portu naves longas haberet, literas in Achajam ad Q. Calenum misit, ut sibi classem mitteret. Quod cum tardius fieret, quā periculum nostrorum flagitabat, qui sustinere impetum Octavii non poterant, navibus actuariis, quarum numerus erat satis magnus, magnitudine quamquam non satis justa ad præliandum, rostra imposuit. His adjunctis navibus longis, et numero classis aucto, militibus veteranis impositis, quorum magnam copiam habebat, et omnibus legionariis, qui numero ægrorum relicti erant Brundusii, cum exercitus in Græciam transportaretur, profectus est in Illyricum, maritimisque nonnullæ civitates, quæ defecerant, Octavioque se tradiderant, partim recipiebat, partim remanentes in suo consilio prætervehabantur; nec sibi illius rei moram, necessitatemque injungebat, quin, quam celerrime posset, ipsum Octavium persequeretur. Hunc <sup>ss</sup> oppugnantem Epidau-

<sup>ss</sup> Oppugnantem Epidaurum.) Epidaurum, urbs Dalmatiæ ma-

rum terra , marique , ubi nostrum erat præsidium ,  
 adventu suo discedere ab oppugnatione coegit , præsi-  
 45 diumque nostrum recepit . Octavius , cum Vatinium clas-  
 sem magno ex parte confectam ex ravigulis actuariis  
 habere cognovisset , confisus sua classe , substitit ad ins-  
 ulam Tauridem : qua regione Vatinius inseq uens navi-  
 gabat , non quod Octavium ibi restitisse sciret ; sed quod  
 eum longius progressum insequi decreverat . Cum pro-  
 prius Tauridem accessisset , distensis suis navibus , quod  
 et tempestas erat turbulenta , et nulla suspicio hostis ,  
 repente adversam ad se venientem navem , antennis  
 ad medium malum demissis , instructam propugnatori-  
 bus animadvertisit . Quod ubi conspexit , celeriter vela  
 subduci , demittique antenas jubet , et milites armari ;  
 et vexillo sublato , quo pugnandi dabat signum , quæ  
 prima naves subsequebantur , idem ut ficerent , signifi-  
 cabat . Parabant se Vatiniani repente oppressi : parati  
 deinceps Octaviani ex portu procedebant . Instruitur  
 utrinque acies ; ordine disposita magis Octaviana ; pa-  
 46 ratiq; militum animis Vatiniana . Vatinius , cum animad-  
 verteret , neque navium se magnitudine , neque numero  
 parem esse futuræ dimicationi , fortunæ rem committere  
 maluit . Itaque primum sua quinqueremi in quadriremem  
 ipsius Octavii impetum fecit . Celerrime , fortissimeque  
 contra illo remigante , naves adversæ rostris concurrunt  
 adeo vehementer , ut navis Octaviana , rostro discusso ,  
 ligno contineretur . Committitur acriter reliquis locis  
 prælium , concurriturque ad duces maxime . Nam cum  
 suo quisque auxilium ferret , magnum cominus in angusto  
 mari prælium factum est : quantoque conjunctis magis  
 navibus configendi potestas dabatur , tanto superiores  
 erant Vatiniani : qui admiranda virtute ex suis navibus  
 in hostium naves transilire non dubitabant ; et dimica-  
 tione æquata , longe superiores virtute rem feliciter  
 gerebant . Deprimitur ipsius Octavii quadriremis ; mul-

ritima , ubi nunc Ragusa Vec-  
 chia . Plinius 111. 22. A Narone  
 C. M. P. abest Epidaurum colonia  
 Ptol. Επιδαυρος . Epidauror ðe-  
 mineo genere .

56 Ad insulam Tauridem .)  
 In Illyrico mari sitam , sed  
 quædam ex pluribus ejus maris  
 sit , silentibus Geographis.  
 ignotum est .

tæ præterea capiuntur , aut rostris perforatæ mer-  
guntur : propugnatores Octaviani partim in navibus  
jugulantur , partim in mare præcipitantur. Ipse Octa-  
vius se in scapham confert ; in quam plures cum con-  
fugerent , depressa scapha , vulneratus tamen adnatat  
<sup>57</sup> ad suum myoparonem. Eo receptus , cum prælium  
nox dirimeret , tempestate magna velis vix profugit. Se-  
quuntur hunc suæ naves nonnullæ , quas casus ab illo  
periculo vindicarat. At Vatinus re bene gesta receptui <sup>47</sup>  
cecinit ; suisque omnibus incolumibus in eum se portum  
victor recepit , quo ex portu classis Octaviana ad dimi-  
candum processerat. Capit ex eo prælio <sup>58</sup> penterem I.  
triremes II. <sup>59</sup> dicrotas VIII. , compluresque remiges O-  
ctavianos : posteroque ibi die fuit , dum suas , captivas-  
que naves reficeret. Post diem III. contendit <sup>60</sup> in insu-  
lam Issam ; quod eo se recepisse ex fuga credebat  
Octavium. Erat nobilissimum regionum earum oppi-  
dum , conjunctissimumque Octavio. Quo ut pervenit ,  
oppidani supplices se Vatinio dediderunt ; compertique  
ipsum Octavium parvis , paucisque navigiis vento se-  
cundo regionem Græciæ petisse , inde ut Siciliam ,  
deinde Africam caperet. Ita brevi spatio , re præcla-  
rissime gesta , provincia recepta , et Cornificio redditia ,  
classe adversariorum ex illo toto sinu expulsa , victor  
se Brundusium , incolumi exercitu , et classe , recepit.

<sup>57</sup> Ad suum myoparonem.) Myoparo navel genus , quo piratæ plerumque utebantur. Cicero Verr. v. 80 an quod in portico Syracusano piraticus myoparo navigavit ? Nonnius: Myoparo est navicula piratærum.

<sup>58</sup> Penterem.) Græca vox , πεντήρης , quinqueremis.

<sup>59</sup> Dicrotas.) Biremes , δι-

κρότους . Cicero Attico libr. v. ep. xi. neutro genere ; dicrotæ Mytilenæorum babebant.

<sup>60</sup> In Insulam Issam.) Issa Insula Illyrici maris , Saloniani conventus : incolæ Issæ . Plin. III. 22. qui et cap. 26. Issa ci- vium Romanorum : quod ipsum est nobilissimum earum regionum oppidum , ut Hirtius adjectit , in illa situm insula.

## CAPUT XV.

*Cassius Longinus ex insidiis vulneratus odium Hispanorum in se auget, quod ut minuat, magnam summam pecuniae militibus pollicetur. Cassius Cordubum petit ad ius dicendum. Provinciales, facta conjuratione, in Longinum conspirant. Cæsar ad Cassium scribit, ut exercitum in fines Numidiæ adducat, quod ille propere peragit. Fit impetus in Cassium ab omnibus conjuratis, cujus rei infelix exitus diffuse narratur.*

48 **I**is autem temporibus, quibus Cæsar ad Dyrrachium Pompejum obsidebat, et<sup>61</sup> Palæopbarsili rem feliciter gerebat, Alexandriæque cum periculo magno, tum etiam majore periculi fama dimicabat, Cassius Longinus in Hispania proprætor provinciæ ulterioris obtinendæ causa relictus, sive consuetudine naturæ suæ, sive odio, quod in illam provinciam suscepérat quæstor, ex insidiis ibi vulneratus, magnas odii sui fecerat accessiones, quod vel ex conscientia sua, cum de se mutuo sentire provinciam crederet, vel multis signis, et testimoniis eorum, qui difficulter odia dissimulabant, animadvertere poterat; et compensare offensionem provinciæ exercitus amore cupiebat. Itaque cum primum in unum locum exercitum coaduxit, H. S. centenos militibus est pollicitus. Nec multo post cum<sup>62</sup> in Lusitania Medobregam oppidum, montemque Herminium expugnasset, quo Medobregenses con fugerant; ibique Imperator esset appellatus, iterum H. S.

61 *Palæopbarsali.*) Strabo lib. ix. duis memor Pharelos, παλαιόν καὶ τὴν νεανικήν την πατέραν, brevispatio distantes. Ad veterem fatale prælium commissum fuit. Eutrop. vi. 16. apud *Palæopbarsatum.* Sic Vinetus ex vet. eod. Et Strabo libr. xviii p. 548. Μεδοβρίγες οὐκε φεύγωσι ἐκ Παλαιάς ορασθέντοις πρὸς τὸ Πυλούσιον: Pompejus Magnus faciens ex *Palæopbarsalo* venit

*Pelusium.* Hi sex syllabis *Palæopbarsalus* scripsere: noster et Livius XLIV. I. quinque *Palæopbarsalus*.

62 *In Lusitania Medobregam.*) Inter Anam et Tagum. Inscriptione pontis Traiani in Tago MEIDUBRIGENSES. Plinius IV. 22. *Medobrigenses*, qui *Plumbarii*, mons *Arminius*, nunc *Arminno*, ubi plumbi fodinæ. *Vassus* et *Resend*.

centenis milites donavit. Multa præterea, et magna præmia singulis eondebat, quæ speciosum reddebat præsentem exercitus amorem, paullatim tamen, et occule militarem disciplinam, severitatemque minuebant. Cas-  
sius, legionibus in hiberna dispositis, ad jus dicendum  
Cordubam se recepit, contractumque in ea æs alienum  
gravissimis oneribus provincie constituit exsolvere; et,  
ut largitionis postulat consuetudo, per causam libera-  
litatis speciosam plura largitori quærebantur; pecuniae  
locupletibus imperabantur; quas Longinus sibi expensas  
ferri non tantum patiebatur, sed etiam cogebat: in  
gregem locupletum simultatum causæ tenues conjicie-  
bantur. Neque ullum genus quæstus, aut magni, et evi-  
dentiæ, aut minimi, et sordici, prætermittebatur, quo  
domus, et tribunal imperatoris vacaret. Nemo erat,  
<sup>63</sup> qui modo aliquam jacturam facere posset, quin aut  
<sup>64</sup> Vadimonio teneretur, aut in reos referretur. Ita etiam  
magna sollicitudo periculorum ad jacturas, et detrimen-  
ta rei familiaris adjungebatur. Quibus de causis acci-  
dit, ut cum Longinus imperator eadem faceret, quæ  
faceret quæstor, similia rursus de morte ejus provin-  
ciales consilia inirent. Horum odium confirmabant non-  
nulli familiares ejus: qui, cum in illa scierate versa-  
rentur rapinarum, nihilominus oderant eum, cujus no-  
mine peccabant, sibique quod rapuerant, acceptum fe-  
rebant: quod intercederat, aut erat interpellatum, Cas-  
sio assignabant: v. legiōnē novam conscribit, auge-  
tur odium et ex ipso delectu, et sumptu additæ legio-  
nis: complentur equitum 111. millia, maximisque one-  
rantur impensis: nec provinciæ datur alia requies. In-  
terior literas accepit a Cæsare, ut in Africam exerci-  
tum transjiceret, perque Mauritaniam ad fines Numi-  
51

<sup>63</sup> Qui modo aliquam jacturam facere? Qui sumptus facere, et erogare posset, quique vel me-  
docriter opulentus esset. Sæpe  
hinc vox de largitione, ac sum-  
ptu. Cicero pro Flacco, cap. 5.  
Quæ jactura? qui sumptus? quan-  
ta largitio? Adi pro Cuentio

cap. 8. pro Milone cap. 27. et  
Cæsaris 111. Civ. extrem.

<sup>64</sup> Vadimonio teneretur.) Ut  
Vadimonium est sponsio sisten-  
di se in judicio, ita teneri illo  
est spoondisse, et obstricū  
esse de se sistendo.

die perveniret, quod magna Ca. Pompejo Iuba rex miserat auxilia; majoraque missurus existimabatur, Quibus literis acceptis, insolenti voluptate efferebatur; quod sibi novarum provinciarum, et fertilissimi regni tanta oblata esset facultas. Itaque ipse in Lusitaniam proficiscitur, ad legiones accersendas, auxiliaque adducenda. Certis hominibus dat negotium, frumentum, na-  
vesque c. præparentur, pecuniaeque describerentur, atque imperarentur, ne qua res, cum redisset, moraretur. Reditus ejus fuit celerior omnium opinione; non enim labor, aut vigilancia cupienti præsertim aliquid

52 Cassio deerat. Exercitu coacto in unum locum,<sup>65</sup> castris ad Cordubam positis pro concione militibus exponit, quas res Cæsaris jussu gerere deberet: polliceturque iis, cum in Mauritaniam transjecisset, H. S. centenos se daturum: v. fore in Hispania legionem. Ex concione se Cordubam recepit. Eoque ipso die, meridiana hora,<sup>66</sup> cum in Basilicam iret, quidam Minutius Silo cliens L. Racilii libellum, quasi aliquid ab eo postularet ut miles, ei tradit. Deinde post Racilium (nam is latus Cassii tegebat) quasi responsum ab eo pateret, celeriter dato loco, cum se insinuasset, sinistra corripit eum; dextraque bis ferit pugione. Clamore sublato, fit a conjuratis impetus universis. Munatius Plancus proximum gladio transjecit lictorem. Hoc interfecto, Q. Cassium legatum vulnerat. Ibi T. Vasis, et L. Mergilio simili confidentia Plancum municipem suum adjuvant. Erant enim omnes<sup>67</sup> Italenses. Ad ipsum Longinum L. Licinius Squillus involat, jacenteque levibus sauciatus plagis. Concurritur ad Casium defendendum,<sup>68</sup> semper enim berones, compluresque evo-

<sup>65</sup> Castris ad Cordubam positi.) Nobilem urbem Hispaniæ Bæticæ, fluvio Bæti adpositam,

<sup>66</sup> Cum in Basilicam iret.) Basiliæ erant ædes publicæ ad judicia, et negotiations magnifice exstructæ. Vide Vitruv. v. 1.

<sup>67</sup> Italenses.) Nati Italicæ in Provincia Bætica, in qua Scipio, Punico bello, debilitatos

milites, ex Italia ortos, depo-  
suerat. Appian. Hisp.

<sup>68</sup> Semper enim berones.) Du-  
bia, quæ in libris est, vox ber-  
ones, interpretantur plerique de  
gente Hispanica, Βηρωνες Ber-  
ones a Strabone libr. IIII. p. 112.  
et Ptolomæo libr. II. cap. vi. di-  
cta, quasi ex illis satellites Cas-  
sius haberit. Sed hoc si esset,

catos cum telis secum habere consueverat, a quibus cæteri intercluduntur, qui ad cædem faciendam subsequebantur. Quo in numero fuit Calpurnius Salvianus, et Manilius Tusculus. Minutius inter saxa, quæ jaciebantur, in itinere fugiens opprimitur, et relato domum Cassio ad eum deducitur. Racilius in proximam se domum familiaris sui confert, dum certum cognosceret, confectusne Cassius esset. L. Laterensis, cum id non dubitaret, accurrit latus in castra; militibus vernaculis, et secundæ legionis, quibus odio sciebat præcipue Cassium esse, gratulatur. Tollitur a multitudine in Tribunal: prætor appellatur: nemo enim in provincia natus, aut vernaculae legionis miles, aut diuturnitate jam factus provincialis, quo in numero erat <sup>11.</sup> legio, non cum omni provincia consenserat in odio Cassii. Nam legiones <sup>xxx.</sup> et <sup>xxi.</sup> paucis mensibus in Italia scriptas Cæsar atribuerat Longino. <sup>v.</sup> legio ibi nuper erat confecta. Interim nuntiatur Late-<sup>54</sup>ensi vivere Cassium. Quo nuntio, dolore magis permotus, quam animo perturbatus reficit celeriter se, et ad Cassium visendum proficiscitur. Re cognita, <sup>xxx.</sup> legio signa Cordubam infert ad auxilium ferendum Imperatori suo. Facit hoc idem <sup>xxi.</sup> subsequitur bas <sup>v.</sup> Cum duæ legiones reliquæ essent in castris, Secundarii veriti, ne soli relinquenterentur, atque ex eo, quid sensissent, judicaretur, secuti sunt factum superiorum. Permansit in sententia legio Vernacula, nec ullo timore de gradu dejecta est. Cassius eos, qui nominati <sup>55</sup> erant consciæ cædis: jubet comprehendendi: legionem <sup>v.</sup> in castra remittit, cohortibus <sup>xx.</sup> retentis. Indicio Minutii cognoscit, L. Racilium, et L. Laterensem, et Annium Scapulam maximæ dignitatis, et gratiæ provincialem hominem, sibique tam familarem, quam Laterensem, et Racilium, in eadem fuisse conjuratione. Nec diu moratur dolorem suum, quin eos interfici jubeat. Minutum libertis tradit excruciantum; item Cal-

clarius, credo, id noster expo-  
suisset, P. Pithœus libr. 1. Ad-  
vers. cap. 8. barones legit: et sa-

ne verus interpres Persii in Sa-  
tyri v. vers. 138. *lingua Gallorum  
barones dicuntur servi militum.*

purnium Salvianum, qui profitetur indicium, conjuratorumque numerum auget, vere, ut quidam existimant, ut nonnulli queruntur, coactus. Iisdem cruciatibus affectus L. Mergilio. Squillus nominat plures, quos Cassius interfici jubet, exceptis iis, qui se pecunia redemerunt. Nam palam H. S. x. cum Calpurnio paciscitur, et cum Q. Sextio quinquaginta: qui etsi maxime nocentes sunt mulctati, tamen periculum vitae, dolorque vulnerum pecunia remissus, crudelitatem cum avaritia certasse significabat.

## CAPUT XVI.

*Cassius a Cæsare certior factus de fuga Pompeji, imperatas pecunias exigit, delectum habet, atque inspecturus classem in Hispalim adit.*

56 **A**liquot post diebus literas a Cæsare missas accipit: quibus cognoscit Pompejum in acie victum, amissis copiis, fugisse. Qua re cognita, mistam dolori voluptatem capiebat. Victoriae nuntius lætitiam exprimebat: confectum bellum licentiam intercludebat. Sic erat dubius animi, utrum nihil timere, an omnia lice-re mallet. Sanatis vulneribus arcessit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant: acceptasque eas jubet referri. Quibus parum videbatur imposuisse oneris, ampliorem pecuniam imperat: æqua autem ratione delectum instituit; quos ex omnibus conventibus, coloniisque conscriptos, transmarina militia perterritos, <sup>69</sup> ad sacramenti redemptionem vocabat. Magnum hoc fuit vectigal; majus tamen creabat odium. His rebus confectis, totum exercitum lustrat. Legiones, quas in Africam ducturus erat, et auxilia <sup>70</sup> mittit ad Trajectum: ipse classem, quam parabat, ut inspiceret,

69 *Ad sacramenti redemptio-nem vacabat.) Ut se data pecunia liberarenta militia, ad quam le-cti fuerant.*

70 *Mittit ad Trajectum.) Lo-cum, seu portum, unde navibus*

trajiciendi erant. Ciacconio est fretum Herculeum, quia mox c. 17. sect. 57. ad 11. legionem contendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur. Ergo et priores ad fretum missi fuerant.

<sup>71</sup> Hispalim accedit, ibique moratur: propterea quod edictum tota provincia proposuerat, ut quibus pucunias imperasset neque contulissent, se adirent. Quæ evocatio vehementer omnes turbavit.

<sup>71</sup> Hispalim.) Ad Bætim sitam urbem: nunc *Sevilla* dicitur.

## CAPUT XVII.

*L. Titius nuntiat Cassio Legionem 30., seditione facta, discessisse. Cassius Carmonem contendit, ubi reperit 4. cohortes defecisse; cui rei consulere parum feliciter studet. Cassius Segoviam petit. Thorius legiones ad Cordubam adducit, provinciam Cn. Pompejo (ut ipse ait) recuperaturus.*

**I**nterim L. Titius, qui eo tempore tribunus militum legionis vernaculae fuerat, nuntiat fama legionem xxx., quam Q. Cassius legatus simul ducebat; cum <sup>72</sup> Ilurgim ad oppidum castra haberet, seditione facta, centurionibus aliquod occisis, qui signa tolli non patiebantur, discessisse; ad 11. legionem contendisse, quæ ad fretum alio itinere ducebatur. Cognita re, noctu cum v. cohortibus undevicesimanorum egreditur. Mane pervenit. Ibi eum diem, ut, quid ageretur, persiceret, moratus, <sup>73</sup> Carmonem contendit. Hic, cum legio xxx. et xxxi et cohortes iv. et v. legio, totusque convenisset equitatus; audit iv. cohortes a vernaculis oppressas ad <sup>74</sup> Obuculam, cum his ad secundam pervenisse legionem, omnesque ibi se conjungisse, et T. Thorium Italicensem ducem delegisse. Celeriter habito concilio, Marcellum Cordubam; ut eam in postatem retineret, Q. Cassium legatum Hispalim mittit. Paucis ei diebus affertur, conventum Cordubensem ab eo defecisse; Marcellum aut voluntate, aut neces-

<sup>72</sup> Ilurgim ad oppidum) Ptolemaeus libr. II. cap. IV. Ilurgim inter Bætim et Anam fluvios, medium Setiæ et Calpurnianæ, constituit.

<sup>73</sup> Carmonem contendit.) Vide Cræs. Bell. Civ. libr. II. cap. 6. sect. 19.

<sup>74</sup> Obuculam.) Sitam sub Bæti, ab Hispali in ortum. Ptol.

sitate adductum (namque id varie nuntiabatur) consen-  
tire cum Cordubensibus: 11. cohortes, legiones v., quæ  
fuerant Cordubæ in præsidio, idem facere. Cassius  
his rebus incensus movet castra, et postero die <sup>75</sup> Se-  
goviam ad flumen Silicense venit. Ibi habita concione,  
militum tentat animos: quos cognoscit, non sua, sed  
Cæsaris absentis, causa fidissimos esse, nullumque pe-  
riculum deprecatus, dum per eos Cæsari provincia

<sup>58</sup> restitueretur. Interim Thorius ad Cordubam veteres le-  
giones adducit, ac ne dissensiovis initium natum sedi-  
tiosa militum, suaque videretur natura; simul ut con-  
tra Q. Cassium, qui Cæsaris nomine majoribus viri-  
bus uti videbatur, æque potentem opponeret dignita-  
tem; Cn. Pompejo se provinciam recuperare velle pa-  
lam dictitabat. Et forsitan etiam hoc fecerit odio Cæ-  
saris, et amori Pompeji, cujus nomen multum pote-  
rat apud eas legiones, quas M. Varro obtinuerat; sed  
id qua mente commotus fecerit, conjectura sciri non  
potest. Certe hoc præ se Thorius ferebat: milites adeo  
fatebantur, ut Cn. Pompeji nomen in scutis inscriptum  
haberent: eique frequens regionum conventus obviam  
prodit, neque tantum virorum, sed etiam matrumfa-  
milias ac <sup>76</sup> prætextatorum: deprecaturque, ne ho-  
stili adventu Cordubam diriperent: nam se contra Cas-  
sium sentire cum omnibus, contra Cæsarem ne facere  
<sup>59</sup> cogerentur, orare. Tantæ multitudinis precibus, et la-  
crymis exercitus commotus, cum videret ad Cassium  
persequendum nihil opus esse Cn. Pompeji nomine, et  
memoria, tamque omnibus Cæsarianis, quain Pompe-  
janis Longinum esse in odio, neque se conventum,  
neque M. Marcellum contra Cæsaris causam posse per-  
ducere; nomen Pompeji ex scutis detraxerunt; Mar-

<sup>75</sup> Segoviam ad flumen Silicen-  
se.) Nulla in hoc tractatu nota  
Segovia, Segontia autem, sive  
Saguntia Plini, Σαγουντια Pro-  
lemæi, infra Hispalim est Ga-  
des versus, seu inter Mundam,  
et Nebrissam. Silicense flumen  
Ambr. Morali est illud, quod or-

tum ex collibus Algamitas (un-  
de nomen hodie fere dicitur)  
in septemtrionem fluit, et pro-  
pe Astigi miscetur Singull.

<sup>76</sup> Prætextatorum.) Puerorum  
adolescentulorum, qui virilem  
togam nondum sumpserant.

cellum, qui se Cæsaris causam defensurum profitebatur, ducem adsciverunt, prætoremque appellaron, et sibi conventum adjunixerunt: castraque ad Cordubam posuerunt.

## CAPUT XVIII.

*Cassius circa Bætim castra ponit, et a Bogude Rege, Marcelloque auxilium petit; agros Cordubensem vastat. Marcellus trans Bætim legiones instruit, ibique postea sua Cassii castris opponit. Longinus fugiens Ullam contendit, quem Marcellus insequitur, ibique castra munit.*

**C**assius eo biduo circiter iv. millia passuum a Corduba, citra flumen Bætim, in oppidi conspectu loco excelso facit castra; literas ad regem Bogudem in Mauritaniam, et ad M. Lepidum proconsulem in Hispaniam citeriore mittit, subsidio sibi, provinciæque Cæsaris causa quamprimum veniret. Ipse hostili modo Cordubensem agros vastat, ædificia incendit. Cujus rei deformitate, atque indignitate legiones, quæ Marcellum sibi ducem ceperant, ad eum concurrerunt; ut in aciem educerentur, orant; priusque configendi sibi potestas fieret, quam cum tanta contumelia nobilissimæ, carissimæque possessiones Cordubensem in conspectu suo rapinis, ferro, flammaque consumeretur. Marcellus, cum configere miserrimum putaret, quod et victoris, et victi detrimentum ad eundem Cæsarem esset redundaturum, neque suæ potestatis esset, legiones Bætim transducit, atque aciem instruit. Cum Cassium contra pro castris suis aciem instruxisse superiore loco videret, causa interposita, quod is in æquum non descenderet, Marcellus militibus persuadet, ut se in castra recipient. Itaque copias reducere coepit.<sup>77</sup> Cassius, qui bene valebat, Marcellumque infirmum esse sciebat, aggressus equitatu legionarios se recipientes, complures novissimos in fluminis ripis interficit. Cum hoc detimento,

<sup>77</sup> Cassius qui bene valebat.) antiquus Ven. quo bene: quod Plures libri, quo bono valebat, arguit lectum fuisse.

quid transitus fluminis vitii , difficultatisque haberet, cognitum esset , Marcellus castra Bætim transfert; crebroque uterque legiones in aciem educit : neque tamen 61 configitur propter locorum difficultates. Erat copiis pedestribus multo firmior Marcellus : habebat enim veteranas legiones , multisque præliis expertas. Cassius fidei magis , quam virtuti legionum confidebat. Itaque cum castris collata essent , et Marcellus locum idoneum castello cepisset , quo prohibere aqua Cassianos posset : Longinus veritus , ne genere quodam obsidionis clauderetur in regionibus alienis , sibique infestis , noctu silentio ex castris proficiscitur , celerique itinere 78 Ullam contendit ; quod sibi fidele esse oppidum credebat. Ibi adeo conjuncta ponit mœnibus castra , ut et loci natura ( namque Ulla in edito monte posita est ) et ipsa munitione urbis , undique ab oppugnatione tutus esset. Hunc Marcellus insequitur , et quam proxime post Ullam castra castris confert , locorumque cognit<sup>a</sup> natura , quo maxime rem deducere volebat , necessitate est adductus ; ut neque configeret , cujus si rei facultas esset , resistere incitatis militibus non poterat ; neque vagari Cassium latius pateretur ; ne plures civitates ea paterentur , quæ passi erant Cordubenses. Castellis idoneis locis collocatis , operibusque in circuitu oppidi continuatis , Ullam , Cassiumque munitionibus clausit : quæ prius quam perficerentur , Longinus omnem suum equitatum emisit ; quem magno sibi usui fore credebat , si pabulari , frumentarique Marcellum non pateretur , magno autem impedimento , si clausus ob sidione , et inutilis necessarium consumeret frumentum.

78 *Ullam contendit.* ) Ulla lust. Spanhemius p. 766. ex oppidum Hispaniæ ulterioris, 901. Accedit vetus inscriptio seu Bæticæ. Libri habent *Ullam:* apud Grut. pag. 271. n. 1. OR- sed Ptolemæus *Oblia* *Ulla:* DO REIP. ULIENSIMUM. quod ex nummis confirmat. il-

## C A P U T X I X.

*Rex Bogud ad Cassium cum copiis venit, acre prælium contra Marcellum committitur. Lepido Ullam venientē contentiones inter Cassium, et Marcellum composituro, Marcellus se committit, atque cum eo castra conjungit; inde Cassius, et Marcellus Cordubam petunt. Cassius adventu Trebonii in Narbonem, dum Malacam contendet, in Ibero fluvio demergitur.*

**P**aucis diebus literis Cassii acceptis, <sup>79</sup> rex Bogud <sup>62</sup> cum copiis venit; adjungitque ei legionem, quam secum adduxerat, compluresque cohortes auxiliarias Hispanorum. Namque ut in civilibus dissensionibus accidere consuevit, ita temporibus illis in Hispania nonnullæ civitates rebus Cassii studebant; plures Marcello fabebant. Accedit cum copiis Bogud ad exteriores Marcelli munitiones. Pugnatur utrinque acriter, crebroque, ut accidit, fortuna saepe ad utrumque transferente victoriam, nec tamen unquam ab operis depellitur Marcellus. Interim Lepidus ex citeriori provincia cum cohortibus legioniis xxxv., magnoque numero equitum, et reliquorum auxiliorum, venit ea mente Ullam, ut sine ullo studio contentiones Cassii, Marcellique componeret. Huic venienti sine dubitatione Marcellus se credit, atque offert. Cassius contra suis se tenet præsidii, sive eo, quod plus sibi juris deberi, quam Marcello existimabat, sive eo, quod, ne præoccupatus animus Lepidi esset obsequio adversarii, verebatur. Ponit ad Ullam castra Lepidus; neque habet a Marcello quidquam divisi. Ne pugnetur, interdicit. <sup>80</sup> Ad exeundum Cassium invitat, fidemque suam in re omni interponit. Cum diu dubitasset Cassius, quid sibi faciendum, quidve Lepido esset credendum;

<sup>79</sup> Rex Bogud cum copiis venit.) Tum temporis divisa fuit Mauritania, et utrique parti suus rex præerat, orientali Bochus, occidentali, quæ postmodum Tingitana fuit dicta, hic

Bogud, qui Cæsari studebat, et Actiaco prælio occubuit. Dio, Cass. XLIII. et XLVIII.

<sup>80</sup> Ad exeundum Cassium invitat.) Exeundum e castris, et munitionibus.

neque ullum exitum consilii sui reperiret, si permaneret in sententia; postulat, ut munitiones disjicerentur, sibique liber exitus daretur. Non tantum inducitis factis, sed prope jam constituta opera cum complanarent, custodiæque munitionum essent deductæ, auxilia regis in id castellum Marcelli, quod proximum erat regis castris, nec opinantibus omnibus,<sup>81</sup> si tamen in omnibus fuit Cassius (nam de hujus conscientia dubitabatur) impetum fecerunt, compluresque ibi milites oppresserunt. Quod nisi celeriter, indignatione, et auxilio Lepidi prælium eset direptum, major calamitas esset accepta. Cum iter Cassio patefactum esset, castra Marcellus cum Lepido conjungit. Lepidus eodem tempore, Marcellusque Cordubam cum suis proficiscitur; Narbonem sub idem tempus Trebonius proconsul ad provinciam obtinendam venit. De cuius adventu ut cognovit Cassius, legiones, quas secum habuerat, equitatumque in hiberna distribuit: ipse omnibus suis rebus celeriter correptis,<sup>82</sup> Malacam contendit; ibique adverso tempore navigandi naves concidunt, ut ipse prædicabat, ne se Trebonio, et Lepido, et Marcello committeret; ut amici ejus dictabant, ne per eam provinciam minore cum dignitate iter facerent, cuius magna pars ab eo defecerat; ut cæteri existimabant, ne pecunia illa ex finitimis rapinis confecta in potestatem cuiusquam veniret. Progressus<sup>83</sup> secunda, ut hiberna, tempestate, cum in Iberum flu men noctis vitandæ causa se contulisset; inde paullo vehementiore tempestate nihilo periculosius se navigaturum credens, profectus, adversis fluctibus occurrentibus, ostio fluminis, in ipsis faucibus, cum neque slectere navem propter vim fluminis, neque directam tantis fluctibus tenere posset, demersa nave, periit.

<sup>81</sup> Sic tamen in omnibus fuit Cassius.) Si revera inter inopinantes fuit, non putabatur cum rege colludere.

<sup>82</sup> Malacam contendit.) Mala ea oppidum cum portu in me-

diterraneo mari, non longissime a freto Herculis.

<sup>83</sup> Secunda, ut hiberna, tempestate.) Bona, et commoda tempestate, quantum hieme potest esse.

## CAPUT XX.

*Cæsar, ut in Syriam ventum est, certior fit de rerum Romanorum, ac de aliarum rerum mala administratione; inde præfecto Syriæ legionibus Sext. Cæsar ipse in Ciliciam pergit; postea Comana petit Bellonæ templum, ubi ejus Deæ Sacerdotium Nicomedi Bithinio tribuit.*

**C**um<sup>84</sup> in Syriam Cæsar ex Ægypto venisset, atque ab iis, qui Roma venerant ad eum, cognosceret, literisque urbanis animadverteret, multa Romæ male, et inutiliter administrari, neque ullam partem Reipublicæ satis commode geri; quod et contentionibus Tribunitiis perniciose seditiones orirentur; et ambitione, atque indulgentia Tribunorum militum, et qui legionibus præerant, multa contra morem, consuetudinemque militarem fierent,<sup>85</sup> quæ dissolvendæ disciplinæ, severitatisque essent; eaque omnia flagitare adventum suum videret, tamen præferendum existimavit, quas in provincias regionesque venisset, eas ita relinquere constitutas, ut domesticas dissensionibus liberarentur, jura, legesque acciperent, et externorum hostium metum deponerent. Hæc in Syria, Cilicia, Asia celeriter se confectum sperabat; quod hæ provinciæ nullo bello premebantur. In Bithinia, ac Ponto plus oneris videbat impendere sibi. Non enim excessisse Ponto Pharnacem audierat, neque excessurum putabat, cum secundo prælio esset vehementer inflatus, quod contra Domitium Calvinum fecerat<sup>86</sup> Commoratus fere in omnibus civitatibus, quæ majore sunt dignitate, præmia benemeritis, et viritim, et publice tribuit: de controversiis veteribus cognoscit, ac statuit. Reges, tyrannos, dynastas provinciæ, finitimos-

<sup>84</sup> Cum in Syriam Cæsar.) Post longas digressiones de Ponticis, Illyricis, et Hispanicis rebus, redit Hirtius ad id, quod supra cap. 10. sect. 33. reliquerat, Cæsarem, constitutis regibus Ægypti, cum legione vi.

veterana terrestri itinere profectum esse in Syriam.

<sup>85</sup> Quæ dissolvendæ disciplinæ essent.) Subaudi, causa, occasio.

<sup>86</sup> Commoratus fere.) Supple Cæsar.

que, qui omnes ad eum concurrerant; receptos in fidem, conditionibus impositis provinciae tuendae, ac defendendae, dimitit et sibi, et pop. Rom. amicissimos. Paucis diebus in ea provincia consumptis, Sext. Cæsarem amicum, et necessarium suum <sup>87</sup> legionibus Syriæ præfecit. Ipse eadem classe, qua venerat, proficiscitur in Ciliciam. Cujus provinciae civitates omnes evocat Tarsum: quod oppidum fere totius Ciliciæ nobilissimum, fortissimumque est. Ibi, rebus omnibus provinciae, et finitimarum civitatum constitutis, cupiditate proficiscendi ad bellum gerendum non diutius moratur: magnisque itineribus per Cappadociam confectis <sup>88</sup> biduum Mazacæ commoratus, <sup>89</sup> venit Comana, vetustissimum, et sancrissimum in Cappadocia Bellonæ templum; quod tanta religione colitur, ut sacerdos ejus deæ majestate, imperio, et potentia secundus a rege consensu gentis illius habebatur. Id homini nobillissimo <sup>90</sup> Nicomedi Bithynio adjudicavit: qui regio Cappadocum genere ortus, propter adversam fortunam majorum suorum, mutationemque generis, jure minime dubio, vetustate tamen intermisso, sacerdotium id repetebat. <sup>91</sup> Fratrem autem Ariobarzanis Ariarathem, cum bene meritus uterque eorum de Republica esset, ne aut regni hæreditas Ariarathem sollicitaret, aut hæres regni terreret, Ariobarzani attri-

<sup>87</sup> Legionibus Syriæ præficit.) Inde a Scaligeriana omnes Syriaque vetustiores, sine coniunctione. Nec insolens, legiones Syriæ, pro Syriacis dicere Tacitus Hist. I. 76. Judaicum exercitum Vespasianus, Syriæ legiones Mucianus sacramento addeger.

<sup>88</sup> Biduum Mazacæ.) Urbs princeps. Cappadociæ Mazaca, et regum sedes: post Cæsarea appellata. Eutrop. VII. 6.

<sup>89</sup> Venerat Comana.) De utrisque Comanis supra ad cap. II. sect. 34. extremum diximus.

Hoc loco inferiora, seu Cappadociæ Comana intelliguntur.

<sup>90</sup> Nicomedi Bithynio.) Sic veteres libri; et Bithynium nomen Nicomedes, ut de regibus constat Scal. Jungerm. Lycomedis, quia Strabo. XII. pag. 184. de hisce sacerdotibus, εἰδούσις Λυκομήδους.

<sup>91</sup> Fratrem Ariobarzanis Ariarathem.) De his Cicero libr. XV. epistol. 2. Libri Hirtii: Graci Αριαράθης hoc regium nomen scribitur, in summis ΕΑΣΙΔΕΩΣ APIAPAOΤ. Necessaria ergo est aspiratio.

buit <sup>92</sup> qui sub ejus imperio , ac ditione esset; ipse iter cœptum simili velocitate conficeret cœpit.

<sup>92</sup> *Qui sub imperio, acceditio-* ne turbas Ariarathes moveret,  
*ne esset.) Rhellicanus EJUS in-* Cæsar illum auctoritate sua  
*terpretatur Cæsaris: Goduinus.* majori fratri, quem senatus  
*Ariobarzanis* quod præstat, nam confirmaverat, subjicit.

## C A P U T   X X I .

*Cæsari Ponto appropinquanti Rex Dejotarus supplex,*  
*occurrit, veniam petens, quod in castris Cn. Pompeii*  
*fuerit. Pharnaces quoque legatos ad ipsum mittit veniam*  
*petitum; utrique Cæsar ignoscit; sed Pharnaci nonnulla*  
*imperat. Pharnaces Cæsaris postulata frustratur, qua*  
*re cognita Cæsar se ad pugnam parat.*

**C**um proprius Pontum , finesque Gallograeciae acces- <sup>67</sup>  
 sisset , Dejotarus Tetrarches Gallograeciae tunc quidem  
 pene totius , quod ei neque legibus , neque moribus con-  
 cessum esse cæteri Tetrarchæ contendebant , sine dubio  
 autem rex Armeniæ Minoris ab Senatu appellatus , de-  
 positis regis insignibus , neque tantum privato vesti-  
 tu , sed etiam reorum habitu , supplex ad Cæsarem ve-  
 nit , oratum , “ut sibi ignosceret , quod in ea parte  
 positus terrarum , quæ nulla præsidia Cæsaris habui-  
 set , exercitibus , imperiisque in Cn. Pompeij castris fuis-  
 set , neque enim se judicem debuisse esse controversiarum  
 populi Romani ; sed parere præsentibus imperiis . *Contra* <sup>68</sup>  
*quem Cæsar* , cum plurima sua commemorasset officia , quæ  
 consul ei decretis publicis tribuisset : cumque defensionem  
 ejus nullam posse excusationem imprudentiæ recipere  
 coarguisset : quod homo tante prudentiæ , ac diligen-  
 tiæ scire potuisset , quis urbem , Italiamque teneret : ubi  
 Senatus , populusque Romanus , ubi Respubrica esset:  
 quis deinde post L. Lentulum , C. Marcellum consul es-  
 set : tamen se concedere id factum superioribus suis  
 beneficis , veteri hospitio , atque amicitiæ , dignitatî ,  
 æquitatique hominis , precibus eorum , qui frequentes con-  
 currissent hospites , atque amici Dejotari ad deprecandū ; de controversiis Tetrarcharum postea se cognitu-

rum esse dixit: regium vestitum ei restituit., Legionem aurem, quam ex genere civium suorum Dejotarus armatura, disciplinaque nostra constitutam habebat: equitatumque omnem ad bellum gerendum adducere jusit.

69 Cum in Pontum venisset, copiasque omnes in unum locum coegisset, quæ numero, atque exercitatione bellorum mediocres erant; (excepta enim legione vi. 93 quam secum adduxerat Alexandria veteranam multis laboribus, periculisque functam, multisque militibus, partim difficultate itinerum, ac navigationum, partim crebritate bellorum adeo diminutam, ut minus mille hominum in ea esset; reliquæ erant iii. legiones, una Dejotari, duæ, quæ in eo prælio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnace scripsimus, fuerant;) legati a Pharnace missi Cæsarem adeunt; atque in primis deprecantur, "ne ejus adventus hostilis esset: facturum enim omnia Pharnacem, quæ imperata essent. Maximeque commemorabant, nulla Pharnacem auxilia contra Cæsarem Pompejo dare voluisse; cum Dejotarus, qui de-  
70 disset, tamen ei satisfecisset. „Cæsar respondit, se fore æquissimum Pharnaci, si, quæ polliceretur, representaturus esset. Monuit autem, ut solebat, mitibus verbis legatos, "ne aut Dejotarum sibi objicerent, aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod auxilia Pompejo non misissent: nam se neque libentius facere quidquam, quam supplicibus ignoscere, neque provinciarum publicas injrias condonare iis posse, 94 qui non fuissent in se officiosi: id ipsum, quod commemorassent, officium utilius Pharnaci fuisset, qui providisset, ne vinceretur, quam sibi, cui Dii immortales victoriam tribuissent. Itaque se magnas, et graves injurias civium Romanorum, qui in Ponto negotiati essent, quoniam in integrum restituere non posset, concedere Pharnaci, nam neque interfectis amissam vitam, neque exectis virilitatem restituere posse; quod quidem supplicium gravius morte cives Romani subissent: Ponto vero decederet confessim,

93 Quam secum aduxerat Alexandria. ) Vide infra cap. 23. Rhellicano, et Ciacconio, qui

94 Qui non fuissent in se officiosi.) Hoc non abundare videtur inducendum censem.

familiasque publicanorum remitteret: cæteraque restitueret sociis, civibusque Romanis, quæ penes eum essent. Si fecisset, jam tunc sibi mitteret munera, ac dona, quæ bene rebus gestis imperatores ab amicis accipere consuissent. "Miserat enim Pharnaces coronam auream. His responsis datis, legatos remisit. At Pharnaces omnia liberaliter pollicitus, cum festinarent, ac properantem Cæsarem speraret libentius etiam crediturum suis promissis, quam res pateretur, quo celerius, honestiusque ad res magis necessarias proficeretur (nemini erat ignotum, plurimis de causis ad Urbem Cæsarem revocari) lentius agere, decadendi diem postulare longiorem, pactiones interponere, in summa frustrari cœpit. Cæsar, cognita calliditate hominis, quod alii temporibus natura facere consueverat, tunc necessitate fecit adductus, ut celerius omnium opinione manum consereret.

## C A P U T XXII.

*Descriptio oppidi Zelæ, quod Pharnaces suis copiis occupat; prope ejus castra Cæsar sua ponit. Pharnaces, instructis copiis, se ad pugnam parat; idem facit Cæsar. Prælio commisso regiæ copiæ profligantur, et carstris Cæsariani potiuntur. Pharnacis fuga.*

Zela<sup>95</sup> est oppidum in Ponto, positu ipso, ut in <sup>72</sup> plano loco, satis munitum. Tumulus enim naturalis, velut manu factus, excelsiore undique fastigio sustinet murum. Circumpositi sunt huic oppido magni, multique intercisis vallibus colles: quorum editissimus unus, qui propter victoriam Mithridatis, et <sup>96</sup> infelicitatem Triarii, detrimentumque exercitus nostri, superioribus lo-

95 Zela est oppidum in Ponto. ) Sic veteres libri: etiam Strabo, libr. XII. 2. Ptolomæus, et Plutarchus in Cæs. p. 731. ac Stephanus Ζέλα, quidam neutro genere. Plutarchus famineo πεζοὶ τολμῶν Ζέλα. Plinius vi. 3. Zela scripsit, quem in Mithridato edendo posteriores se-

cuti sunt.

96 Infelicitatem Triarii. ) Triarius a Lucullo, Tigrauem Armenium persequente, in Ponto relictus ingenti clade adfictus a Mithridate fuit. Vid. Plutarch. Lucullo p. 515. Apian. Mithridat. p. 386.

cis, atque itineribus pene conjunctus oppido, magnam  
in illis partibus habet nobilitatem; nec multo longius  
millibus passuum III. abest a Zela. Hunc locum Pharnaces,  
veteribus paternorum felicium castrorum refe-  
ctis operibus, copiis omnibus suis occupavit. Cæsar,  
73 cum ab hoste millia passuum quinque castra posuisset,  
videretque eas valles, quibus regia castra munirentur,  
eodem intervallo sua castra munituras, si modo ea lo-  
ca hostes priores non cepissent, quæ multo erant pro-  
piora regis castris; aggerem comportari jubet intra  
munitiones. Quo celeriter collato, proxima nocte,  
vigilia quarta legionibus omnibus expeditis, impedi-  
mentisque in castris relictis, prima luce, neque op-  
niantibus hostibus, eum ipsum locum cepit, in quo  
Mithridates secundum prælium adversus Triarium fe-  
cerat. Huc omnem <sup>97</sup> comportari aggerem e castris,  
servitiaque agi jussit; ne quis ab opere miles disce-  
deret; cum spatio non amplius mille passuum inter-  
cisa vallis castra hostium divideret ab opere incepto  
74 Cæsaris castrorum. Pharnaces, cum id repente prima  
luce animadvertisset, copias suas omnes pro castris  
instruxit, quas, interposita tanta locorum iniuitate,  
consuetudine magis pervulgata militari credebat instrui  
Cæsar, vel ad opus suum tardandum, quo plures in  
armis tenerentur, vel ad ostentationem regiæ fiduciæ,  
ne munitione magis, quam manu defendere locum Phar-  
naces videretur. Itaque deterritus non est, quominus  
prima acie pro vallo instructa, reliqua pars exercitus  
opus faceret. At Pharnaces impulsus sive loci felicitate,  
sive auspiciis, et religionibus inductus, quibus obtem-  
perasse eum postea audiebamus, sive paucitate nostro-  
rum, qui in armis erant, comperta, cum more ope-  
ris quotidiani magnam illam servorum multitudinem,  
quæ aggerem portabat, militum esse credidisset: sive

<sup>97</sup> Comportari aggerem a ca-  
stris, servitiaque agi jussit.)  
Hanc veterem lectionem ita  
recentiores, Scaligero credo du-  
ce, transformarunt: comportare  
aggerem e castris servitia, quæ

agere jussit. Si ex codice, pro-  
bo, præter id, quæ ageret, quod  
non capio, et Ciacconius dele-  
vit, in cæteris consentiens re-  
centioribus. In veteri lectione  
agi est impelli, urgeri.

etiam veterani fiducia exercitus sui, quem cum legione xxii. in acie conflixisse, et viciisse, legati ejus gloriantur: simul contemptu exercitus nostri, quem pulsum a se, Domitio duce, sciebat, inito consilio dimicandi, descendere prærupta valle cœpit. Cujus aliquandiu Cæsar irredebat inanem ostentationem, et eo loco militum coartationem, quæm in locum nemo sanguis hostis subiturus esset; cum interim Pharnaces eodem gradu, quo præruptam descenderat in vallem, ascendere adversus arduum collem instructis copiis cœpit. Cæsar incredibili ejus vel temeritate, vel fiducia motus, nec opinans, imperatusque oppressus, eodem tempore milites ab operibus vocat, arma capere jubet, legiones opponit, aciem instruit. Cujus rei subita trepidatio magnum terrorem attulit nostris, nondum ordinibus instructis. <sup>98</sup> Falcatæ regiæ quadrigæ permistos milites perturbant, quæ tamen celeriter multitudine telorum opprimuntur. Insequitur has acies hostium, et clamore sublato configitur, multum adjuvante natura loci, plurimum Deorum immortalium benignitate, qui cum omnibus casibus belli intersunt, tum præcipue eis, quibus nihil ratione potuit administrari. Magno, atque acri cominus prælio facto, <sup>76</sup> dextro cornu, quo veterana legio vi. erat collocata, initium victoriae natum est ab ea parte, cum in proclive detruderentur hostes; multo tardius, sed tamen iisdem Diis adjuvantibus, sinistro cornu, mediaque acie totæ profligantur copiæ regis. Quæ quam facile subierant iniquum locum, tam celeriter gradu pulsæ premebantur loci iniquitate. Itaque multis militibus partim interfectis, partim suorum ruina oppressis, qui velocitate effugere poterant, armis tamen projectis, vallem transgressi, nihil ex loco superiore inermes efficere poterant. At nostri victoria elati subire iniquum locum, munitionesque aggredi non dubitarunt. Descendentibus autem iis cohortibus castra, quas Pharnaces præsidio reliquerat, celeriter castris hostium sunt

<sup>98</sup> Falcatæ regiæ quadrigæ. Vide Liv. xxxvii. 1. 41. Curt. 1. Orientalium armatura. tium IV. 9. et 15.

potiti. Interfecta multitudine omni, aut capta suorum, Pharnaces cum paucis equitibus profugit. Cui nisi castrorum oppugnatio facultatem attulisset liberius profugiendi, vivus in Cæsaris potestatem adductus esset.

## CAPUT XXIII.

*Cæsar in Asiam iter facit: Mithridatem Pergamenum constituit regem Bosphori, ei Tetrarchiam quoque attribuit, ultimo in Italiam venit.*

77 **T**ali victoria toties victor Cæsar incredibili est lætitia affectus, quod maximum bellum tanta celeritate confecerat; eratque subiti periculi recordatione lætior, quod Victoria facilis ex difficillimis rebus accideret. Ponto recepto, præda omni regia militibus condonata, postero die cum expeditis equitibus ipse proficiscitur: <sup>99</sup> legionem vi. decidere ad præmia, atque honores accipiendos in Italiam jubet: auxilia Detotari domum remittit; ii. legiones cum Cælio Vinciano in Ponto relinquit. Ita per Gallograeciam, Bithyniamque <sup>100</sup> in Asiam iter facit: omniumque earum provinciarum de controversiis cognoscit, et statuit; jura in tetrarchas, reges, civitates distribuit. Mithridatem Pergamenum, a quo rem feliciter, celeriterque gestam in Ægypto supra scripsimus, regio genere ortum, disciplinis etiam regiis educatum (nam eum Mithridates rex Asiæ totius propter nobilitatem Pergamo parvulum secum asportaverat in castra, multosque tenuerat annos) <sup>101</sup> regem Bosphori constituit, quod suo

<sup>99</sup> Legionem vi. decidere ad præmia.) Ut veteranam (cap. 10. sect. 33. supra) et re hoc prælio bene gesta (quia initium victoriae ab illa fuit) emeritam.

<sup>100</sup> In Asiam,) Asiam propriam, Romanam provinciam, quam postea proconsularem dixerunt.

<sup>101</sup> Regem Bosphori constituit.) Tractus, qui supra Pontum Euxinum a Bosphoro Cimmerio ad Colchos excurrit, Bosphorus, et regnum Bosphoranum vocatur. Pharnaces beneficio Pompeii ex paterno regno accepterat, vix magno Mithridate: iam, Pharnace debellato, donatur Pergameno Mithridati.

imperio Pharnacis fuerat, provinciasque pop. Röm. a barbaris, atque inimicis regibus, interposito amicissimo rege, munivit. Eidem Tetrarchiam legibus Gallo-græcorum, jure gentis, et cognitionis, adjudicavit, occupatam, et possessam paucis ante annis a Dejotaro. Neque tamen usquam diutius moratus est, quam necessitas urbanarum seditionum pati videbatur. Rebus felicissime, celerrimeque confectis, in Italiam celerius omnium opinione venit.

A. HIRITII PANSÆ  
 COMMENTARIORUM  
*DE BELLO AFRICANO*  
 LIBER UNUS.

## CAPUT I.

*Cæsar ad Lilybæum commoratur, exspectans tempestatem ad navigandum idoneam: ibi de numero copiarum Scipionis cognoscit, inde ad insulam Aponianam appellit, statimque in conspectum Africæ venit.*

**I** Cæsar, <sup>i</sup> itineribus justis confectis, nullo die intermisso, ad xiv. Kal. Januar. in Lilybæum pervenit: statim ostendit, sese naves velle descendere, cum non amplius legionem tironum haberet unam, equitesque vix dc. Tabernaculum secundum litus ipsum constituit, ut prope fluctus verberaret. Hoc eo consilio fecit, ne quis sibi moræ quidquam fore speraret, et ut omnes in dies, horasque parati essent. Incidit per id tempus, ut tempestates ad navigandum idoneas non haberet. Nihilo tamen minus in navibus remiges, militesque continere, et nullam prætermittere occasionem profectionis, cum præsertim ab incolis ejus provinciæ nuntiarentur adversariorum copiæ, equitatus infinitus, legiones regiæ iv., levis armaturæ magna vis, Scipionis legiones x., elephanti cxx., classesque esse complures. Tamen non deterrebatur, animoque, et spe confidebat. Intervim in dies et naves longæ adaugeri, et onerariæ complures eodem concurrere, et legiones tironum convenire: in his veterana legio v., equitum ad ii. mil-

<sup>i</sup> Itineribus justis confectis, timum ejus insulæ contra Africæ. Per Italiam in Siciliam, et usque Lilybæum, quod ul-

cam est oppidum, et promontorium.

lia. Legionibus collectis vi., et equitum ad ii. milibus, ut quæque prima legio venerat, in naves longas imponebatur, equites autem in onerarias. Ita maiorem partim navium antecedere jussit, et <sup>2</sup> insulam petere Aponianam, <sup>3</sup> quæ non longe abest a Lilybæo, ibique commoratus, bona paucorum vendit publice. Deinde Allieno prætori, qui Siciliam obtinebat, de omnibus rebus præcipit, et de reliquo exercitu celeriter impoñendo. Datis mandatis, ipse navem consecdit ad vi. Kal. Jan., et reliquas naves statim est consecutus. Ita vento, celerique navigio vectus, post diem quartum cum longis paucis navibus in conspectum Africæ venit: namque onerariæ reliquæ præter paucas, vento disperseæ, atque errabundæ diversa loca petierunt. <sup>4</sup> Clupeam classe prætervehitur, <sup>5</sup> inde Neapolim. Complura præterea castella, et oppida non longe a mari relinquit.

<sup>2</sup> Insulam petere Aponiam.) Phil. Cluverio videtur Agusa esse, una ex tribus, quæ objacent Lilybæo. Alii Pacontam Ptolemæi putant, quæ vero longius a Lilybeo est extra viam Africanam sita est.

<sup>3</sup> Quæ non longe.) Adverbium longe tanquam necessarium Cluverius adjecit.

<sup>4</sup> Clupeam classe præterve-

hirut.) Vide B. Civ. libr. II. cap. 9. sect. 23.

<sup>5</sup> Inde Neapolim.) Inter Clupeam et Adrumentum sitam. Plin. v. 4. Clupea in promontorio Mercurii. Item libera Curubis, Neapolis. Et Ptolemæus libr. IV. cap. III. Χλωτέας Εμαλιά ἄκραι Κουροβίς, Νεάπολις κολώνια, Σιαγόνη, Αφροδίσιον, Αθρούμπικτος κολώνια.

## CAPUT II.

Cæsar juxta Adrumentum castra ponit. Oppidani arma ad defensionem sumunt. Cæsar loci naturam perspicit. L. Plancus a Cæsare facultatem cum Considio agendi petit, eamque obtinet. Captivus quidam, qui literas ad Considium perfert, occiditur.

**P**ostquam <sup>6</sup> Adrumentum accessit, ubi præsidium erat adversariorum, cui præterat C. Considius: et a Clu-

<sup>6</sup> Adrumentum.) Jam situm 362. n. COLONIÆ HADRUMÆTI-Prolomæus ostendit. Inscr. ex Constantini secula. Grut. p. ne tum adspiratione: libri si- ne illa.

peis secundum oram maritimam cum equitatu Adrumenti Cn. Piso cum Maurorum circiter III. millibus apparuit: ibi paulisper Cæsar ante portum commoratus, dum reliquæ naves convenirent, exponit exercitum. Cujus numerus in præsentia fait peditum III. millium, equitum cl., castrisque ante oppidum positis, sine injuria cujusquam consedit, cohibetque omnes a præda. Oppidani interim muros armatis complent. Ante portam frequentes considunt, ad se defendendum. Quorum numerus II. legionum intus erat. Cæsar circa oppidum vectus, natura loci perspecta, redit in castra. Non nemo culpæ ejus, imprudentiaeque assignabat, quod neque certum locum gubernatoribus, præfectisque, quem peterent, præceperat: neque, ut mos ipsius, consuetudoque superioribus temporibus fuerat, tabellas signatas dederat, ut in tempore iis perfectis, locum certum peterent universi. Quod minime Cæsarem fecerat. Namque nullum portum terræ Africæ, quo classes decurrerent, pro certo tutum ab hostium præsidio fore suspicabatur: sed fortuito oblatam occasionem egressus aucupabatur.

4L. Plancus interim legatus petit a Cæsare, ut sibi daret facultatem cum Considio agendi, si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem. Itaque data facultate, literas conscribit, et eas captivo dat ferendas in oppidum ad Considium. Quo simul atque captivus pervenisset, literasque, ut erat mandatum, Considio porrigeret cœpisset, prius quam acciperet ille: „Unde inquit, istas? Tum captivus: 7 Venio a Cæsare. Tunc Considius: Unus est, inquit, Scipio imperator hoc tempore populi Romani;“ deinde in conspectu suo captivorum statim interfici jubet; literasque nondum perfectas, sicut erant signatae, dat homini certo, ad Scipionem preferendas.

7 *Venio a Cæsare.*) Lipsius Elector, libr. II. cap. 12. addit *imperatore:* forte ut responsione Considii magis conveniret. Sed opus haud est additamento, quia suspicabatur Con-

sidius, literas mandatum habere, ut traderet urbem, qualem non acciperet nisi a Scipione. *Venio* Scaliger ut suspectum, aut superfluum unciis inclusus, quem secuti sunt alii.

## CAPUT III.

Dum Cæsar castra movet, eruptio ex opido fit. Galli numero minus triginta, duo millia hominum ad oppidum repellunt. Dum susceptum iter Cæsar persequitur, ex variis locis ad eum legationes veniunt, castra ipse ad Ruspinam, inde ad Leptim ponit, ubi intelligit, suas naves Uticam versus iter facere. Mauri Cæsareos adoruntur. Cæsar in Sardiniam nuntios mittit auxilium petentes, et C. Sallustium Crispum in insulam Cercinam frumentatum, Rabirium vero Postbumum in Siciliam.

**P**ostquam una nocte, et die ad oppidum consumpta, neque responsum ullum a Consilio dabatur, neque ei reliquæ copiæ succurrebant, neque equitatu abundabat; et ad oppidum oppugnandum non satis copiarum habebat, et eas tironum: neque primo adventu convulnerari exercitum volebat, et oppidi egregia munitio; difficilisque ad oppugnandum erat accessus, et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis suppetias venire: non est visa ratio ad oppugnandum oppidum commorandi, ne, dum in ea re Cæsar esset occupatus, circumventus a tergo ab equitatu hostium laboraret. Itaque castra cum inovere vellet, subito ex oppido erupit multitudo: atque equitatus subsidio uno tempore eis casu sucurrerit, qui erat missus ab Juba ad stipendum accipendum: castraque, unde Cæsar egressus iter facere cœperat, occupant, et ejus agmen extrellum insequi cœperunt. Quæ res cum animadversa esset, subito legionarii consistunt, et equites quamquam erant pauci, tamen contrahantam multitudinem audacissime concurrunt. Accidit res incredibilis, ut equites minus xxx. Galli<sup>8</sup> Maorum equitum ii. millia loco pellerent, urgerentque in oppidum. Postquam repulsi, et conjecti erapt intra munitiones, Cæsar iter constitutum ire contendit. Quod cum sœpius facerent, et modo insequerentur, modo rursus ab

<sup>8</sup> Maurorum equitum.) Numidarum; nisi forsitan ex viciniis Mauris rex Numidæ milites e-

tiam collegerat. Tamen et post paullo seci. 6. tardiores ad insequendum erant Numidae.

equitibus in oppidum repellerentur , cohortibus paucis ex veteranis , quas secum habebat , in extremo agmine collocatis , et parte equitatus , iter leniter cum reliquis facere cœpit . Ita quanto longius ab oppido discedebatur , tanto tardiores ad insequendum erant Numidæ . Interim in itinere ex oppidis , et castellis legationes venire , polliceri frumentum , paratosque esse , quæ imperasset , facere . Itaque eo die castra posuit <sup>9</sup> ad oppidum Ruspinam Kal. Januar. Inde movit , et pervenit <sup>10</sup> ad oppidum Leptim , liberam civitatem , et immunem . Legati ex oppido veniunt obviam : libenter se omnia facturos , quæ vellet , pollicentur . Itaque , centurionibus ad portas oppidi , et custodiis impositis , ne quis miles in oppidum introiret , aut injuriam faceret cuiquam incolæ , non longe ab oppido secundum litus facit castra . Eodem naves onerariae , et longæ nonnullæ casu advenierunt . Reliquæ , ut est ei nuntiatum , incertæ locorum , <sup>11</sup> Uticam versus petere visæ sunt . Interim Cæsar a mari non digredi , neque mediterranea petere propter navium errorem , equitatumque in navibus omnem continere ( ut arbitror , ne agri vastarentur ), aquam in naves jubet comportari . Remiges interim , qui aquatum e navibus exierant , subito equites Mauri , nec opinantibus Cæsarianis adorti multos jaculis convulniverunt , nonnullos interfecerunt . Latent enim in insidiis cum equis inter convalles , et subito exeunt , non ut in campo minus depugnant . Cæsar interim in Sardiniam nuntios cum literis , et in reliquias provincias finitimas , dimisit , ut sibi auxilia , commeatus , frumentum , simulatque literas legissent , mittenda curarent , exoneratisque partim navibus longis , Rabirium Post-

<sup>9</sup> Ad oppidum Ruspinam .) Inter Adrumentum et Leptim , minorem situm Ptolemaeus , Α' δρούμητας κολονια . Πονα- πίνα Δέπτις μικρό . Silius Italicus libr. III. vers. 260.

Quæque procul cernit non æquor Ruspina fluctus .

<sup>10</sup> Ad oppidum Leptim .) Leptim parvam , ut modo vidi-

mus . Est enim alia Leptis magna . Plin. vers. 4.

Hic oppida libera , Leptis , Adrumentum , Ruspina .

<sup>11</sup> Uticam versus .) Utica cap. provinciæ Africæ , eversa Carthagine , necdum restituta , prope flumen Bagradam .

humum in Siciliam ad secundum commeatum accersendum mittit. Interim tum x. navibus longis ad reliquas naves onerarias conquirendas, quæ deerrassent, et simul mare tuendum ab hostibus jubet proficisci. Item C. Sallustium Crispum prætorem<sup>12</sup> ad Cercinnam insulam versus, quam adversarii tenebant, cum parte navium ire jubet, quod ibi magnum numerum frumenti esse audiebat. Hæc ita imperabat, itaque unicuique præcipiebat, ut, si fieri posset, nec locum ullum excusatio haberet, nec moram tergiversatio. Ipse interea ex perfugis, et incolis cognitis conditionibus Scipionis, et qui cum eo contra se bellum gerebant,<sup>13</sup> miserari regium enim equitatum in provincia Africa Scipio alebat, tanta homines esse dementia, ut mallent regis esse vectigales, quam cum cibis in patria in suis fortunis esse incolumes.

<sup>12</sup> Ad Cercinnam insulam.) <sup>13</sup> Miserari.) Suple caput  
Supra Syrtēm minorem e re- eorum provincialium.  
gione Rusparum et Tusdri.

## CAPUT IV.

Cæsar Ruspinam revertitur, et frumentatum it; postea classem concendit contra hostes iturus, militibus perterritis, ut pote ejus consilii īsciis.

**C**æsar ad III. Non. Januar. castra movet, Leptique VI. cohortium presidio cum Saserna relicto, ipse rursus, unde pridie venerat, Ruspinam cum reliquis copiis convertit: ibique sarcinis exercitus relicts, ipse cum expedita manu proficiscitur circum villas frumentatum; opidanisque imperat, ut plaustra, jumentaque omnia sequantur. Itaque magno frumenti invento numero, Ruspinam reddit. Hoc eum idcirco existimo fecisse, ne maritima oppida post se vacua relinqueret, præsidioque firmata<sup>14</sup>

<sup>14</sup> Ad classis receptacula.) Vossii notis legit classem quod Scaliger edidit ad classem receptacula, quem, ut solent, posteriores secuti sunt, nisi quod liber recentissimus cum Dion.

insolens classim videbatur. Prior res omnes classir. Videant, quibus copia est codices inspicendi manu scriptos.

Hh

ad classis receptacula muniret. Itaque ibi relicto P. Sarserna fratre ejus, quem Lepti proximo oppido reliquerat cum legione, jubet comportari ligna in oppidum quam plurima: ipse cum cohortibus vii., quæ ex veteranis legionibus in classe cum Sulpicio, et Vatinio rem gesserant, ex oppido Ruspina egressus, proficiscitur ad portum, qui abest ab oppido millia passuum 11., ibique <sup>15</sup> classem sub vesperum cum ea copia consendet. Omibus in exercitu insciis, et requirentibus Imperatoris consilium, magno metu, ac tristitia sollicitabantur. Parva enim cum copia, et ea tironum, neque omni exposita, in Africa contra magnas copias, et insidiosæ nationis, equitatumque innumerabilem se expositos videbant; neque quidquam solatii in praesentia, neque auxilium in suorum consilio animadvertebant, nisi in ipsius Imperatoris vultu, vigore, mirabilique hilaritate: animum enim altum, et erectum præ se gerbat. Huic acquiescebant homines, et in ejus scientia, et consilio omnia sibi proclivia omnes fore sperabant.

<sup>15</sup> Classem cum ea copia consendet. Cum copiis, manu, parte exercitus, ut mox, parvum enim cum copia et ea tironum, Salust. Catilin. extremo, ex omni

neque in prælio neque in fuga quisquam civis ingenuus capiis est. Et Virg. Æn. libr. 2. vers. 564.  
Respicio, et, quæ sit me circum copia, lustro.

## CAPUT V.

Cæsar egressus navibus milites ad Ruspinam reducit: ipse inde frumentatum it: inde hostibus appropinquatibus, suos ad pugnam parat. Labienus, et duo Pacidii aciem instruunt. Hostes novo genere pugnae Cæsareos turbant: refertur ordo, quo uteisque exercitus procedit. M. Petreius, et Cn. Piso suis auxiliatur. Cæsarei, prælio redintegrato, hostes pellunt.

**C**æsar in navibus una nocte consumpta, jam cœlo albente, cum proficiisci conaretur, subito navium pars, de qua timebat, ex errore eodem conferebatur. Hæc re cognita, Cæsar celeriter de navibus imperat omnes egredi, atque armatos in litore reliquos adve-

nientes milites exspectare. Itaque sine mora navibus eis in portum receptis, et advectis militum, equitumque copiis, rursus ad oppidum Ruspinam redit atque ibi castris constitutis, ipse cum cohortibus expeditis xxx. frumentatum est profectus. Ex eo est cognitum Cæsaris consilium; illum cum classe navibus onerariis, quæ deerrassent, subsidis ire clani hostibus voluisse, ne casu imprudentes suæ naves in classem adversariorum incederent: neque eam rem eos voluisse scire, qui in præsidii relictii sui milites fuissent; ne illi propter suorum paucitatem, et hostium multitudinem, metu deficerent. Interim cum jam Cæsar progressus esset a castris circiter millia passuum <sup>111.</sup> per speculatores, et <sup>16</sup> antecessores equites nuntiatur ei, copias hostium haud longe a se visas. Et hercule cum eo nuntio pulvis ingens conspici cœptus est. Hac re cognita, Cæsar celeriter jubet equitatum universum, cuius copiam habuit in præsentia non magnam, sagittarios, quorum parvus e castris exierat numerus, arcessi, atque ordinatim singula se leniter consequi: ipso antecedente cum paucis armatis. Jamque, cum procul hostis conspici posset, <sup>17</sup> milites in campo jubet galeari, et ad pugnam parari: quorum omnino numerus fuit xxx. cohortium cum equitibus <sup>18</sup> cd. et sagittariis. Hostes interim, quorum dux erat Labienus, et duo Pacidii, aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, sed equitum confertam, et inter eos levis armaturæ Numidas, et sagittarios pedestres interposuerant, et ita condensaverant, ut procul Cæsariani pedestres copias arbitrarentur: et dextrum, ac sinistrum cornu magnis equitum copiis firmaverant. Interim Cæsar aciem dirigit simplicem, ut poterat, propter paucitatem. Sagittarios ante aciem constituit; equites dextro, sinistroque cornu opponit; et ita præcipit, ut providerent, ne multitudine equitatus hostium circumvenirentur: existimabat enim se

<sup>16</sup> Antecessores equites.) Qui agmen antecedunt, ut locum metandis castris delignant. aut de via, qua exercitus ducauntur, despiciant. Turneb. adv. xxiv. 16.

<sup>17</sup> Milites jubet galeari.) Galeis indui, et armari. Hinc Minerva galata dicitur Cic. N. D. 1. cap. 36.

- cum pedestribus copiis, acie instructa, dimicaturum.
- 14 Cum utrinque exspectatio fieret; neque Cæsar se moveret, et cum suorum paucitate contra magnam vim hostium artificio magis, quam viribus, decernendum videret; subito adversariorum equitatus sese extendere, et in latitudinem promovere, collesque complecti, et Cæsariani equites eorum multitudinem ægre sustinebant. Acies interim mediæ cùm concurrere conarentur, subito ex condensis turmis Numidæ levis armaturæ cum equitibus procurrunt, et inter legionarios pedites jacula conjiciunt. Hic cum Cæsariani in eos impetum fecissent, illorum equites refugiebant: pedites interim resistebant, dum equites rursus, cursu renovato, peditibus suis succurrerent.
- 15 Cæsar, novo genere pugnæ oblatu, cum ad nimad verteret ordines suorum in procurrendo turbari, (pedites enim, dum equites longius a signis persequuntur, latere nudato, a proximis Numidis jaculis vulnerabantur, equites autem hostium pilum militis cursu facile vitabant) edicit per ordines, ne quis miles a signis iv. pedes longius procederet. Equitatus interim Labieni suorum multitudine confisus Cæsaris paupertatem circumire conatur. Equites Juliani pauci, multitudine hostium defessi, equis convulneratis, paulatim cedere: hostis magis, magisque instare. Ita puncto temporis omnibus legionariis ab hostium equitatu circumventis, Cæsarisque copiis in orbem compulsi,
- 16 intra cancellos omnes conjecti pugnare cogebantur. Labienus in equo capite nudo, versari in prima acie, simul suos cohortari, nonnauquam legionarios Cæsaris ita appellare: „Quid tu, inquit, miles tiro, tam feroculus es? Vos quoque iste verbis intatuavit. In magnaum mehercule vos periculum impulit. Misereor vestri. Tum miles: Non sum, inquit, tiro, Labiene, sed de legione x. veteranus. Tum Labienus: non agnosco,

18 *Intra cancellos.*) Veluti illis pugnent. *Cancelli enim hæc*  
*damnati bestiis, intra septa loco septa sunt.*  
*conclusis, objiciuntur, ut cum*

*inquit*, signa Decumanorum. *Tum miles*: Jam me, qui sim, intelliges.“ Simul cassidem de capite dejecit, ut cognosci ab eo posset, atque ita pilum viribus contortum dum in Labienum mittere contendit, equi graviter adverso pectori affixit, et ait: „Labiene, Decumanum militem, qui te petit, scito esse.“ Omnia tamen animi in terrorem conjecti, et maxime tironum: circumspicere enim Cæsarem, neque amplius facere, nisi hostium jacula vitare. Cæsar interim, consilio hostium cognito, jubet aciem in longitudinem quam maximam porrigi, et alternis conversis cohortibus, ut una post alteram ante signa tenderet.<sup>19</sup> Ita coronam hostium dextro, sinistroque cornu medium dividit: et unam partem ab altera exclusam equitibus intrinsecus adortus, cum peditatu telis conjectis in fugam vertit: neque longius progressus, veritus insidiis, se ad suos recipit. Idem altera pars equitum, peditumque Cæsaris facit. His rebus gestis, et procul hostibus repulsis, convulneratisque,<sup>20</sup> ad sua præsidia sese, sicut erat instructus, recipere cœpit. Interim M. Petrejus,<sup>21</sup> et Cn. Piso cum equitibus Numidis m. electis, peditatuque ejusdem generis satis grandi, ex itinere recta subsidio suis occurrunt. At hostes, suis ex terrore firmatis, rursusque renovatis animis, legionarios conversis equitibus se recipientes novissimos adoriri, et impedire cœperunt, quominus se in castra reciperent. Hac re animadversa, Cæsar jubet signa converti, et medio campo redintegrari prælium. Cum ab hostibus eodem modo pugnaretur, nec co minus ad manus rediretur, Cæsarisque equites, et jumenta ex nausea recenti, siti, languore, paucitate, vulneribus defatigata ad insequendum hostem, perseverandumque cursum tardiorem haberent, dieique pars exigua iam reliqua esset, cohortibus, equitibusque

<sup>19</sup> *Ita coronam hostium.*) Aciem hostium undique instau tem.

<sup>20</sup> *Ad sua præsidia.*) Castra, ut ipse cap. 5. sect. 18. quo minus se in castra recipie-

rent.

<sup>21</sup> *Et Cn. Piro.*) De quo Tacitus anual. II. cap. xiii. consulatur. An idem de quo Val. Maximus liber. vi. cap. II. non liquet.

circundatis imperat,<sup>22</sup> ut uno ictu contendenter, neque remitterent, donec ultra ultimos colles hostes repulissent, atque eorum essent potiti. Itaque, signo dato, cum jam hostes languide, negligenterque tela mitterent, subito immittit cohortes, turmasque suorum: atque puncto temporis hostibus nullo negotio campo pulsis, post collemque dejectis, nacti locum, atque ibi paullisper commorati, ita ut erant instructi, leniter se ad suas recipiunt munitiones. Itemque adversarii male accepti, tum demum se ad sua praesidia contulerunt.

*22 Ut uno ictu, ) Continuo jactu telorum,*

## CAPUT VI.

*Cognoscitur hostium consilium ex perfugis adversariorum. Petrejus in prælio vulneratur. Cæsar diligentissime sua castra munit, et intelligit, Scipionem suas copias cum Petrejo, et Labieno conjungere velle: ex Africa res necessarias arcessit. Labienus saucios Adrumetum deferendos curat.*

19 **I**nterim ea re gesta, et prælio dirempto, ex adversariis perfugæ plures ex omni hominum genere, et præterea intercepti hostium complures equites, perditesque: ex quibus cognitum est hostium consilium, eos hac mente, et conatu venisse, ut novo, atque inusitatō genere prælli tirones, legionariique pauci perturbati, Curionis exemplo ab equitatu circumventi opprimerentur. Et ita Labienum dixisse pro concione, tantam sese multitudinem auxiliorum adversariis subministraturum, ut etiam cædendo in ipsa victoria fatigati vincerentur, atque a suis superarentur. Quippe qui in illorum sibi confideret multitudine: Primum, quod audierat Romæ legiones veteranas dissentire, neque in Africam velle transire: deinde quod triennio in Africa suos milites consuetudine retentos, fideles jam sibi effecisset; maxima autem auxilia haberet Numidarum equitum, levisque armaturæ. Præte-

rea ex fuga , prælioque Pompejano , quos secum a Brundusio transportaverant , equites Germanos , Gallosque , ibique postea <sup>23</sup> ex hybridis libertinis , servisque conscripserat , armaverat , quoque frænato uti condocuerat . Præterea regia auxilia , elephanti cxx. , equitatusque innumerabilis . Deinde legiones conscriptæ ex cujusque modi , generisque <sup>24</sup> amplius xii. millibus . Hac spe , atque ea audacia inflammatus Labienus cum equitibus Gallis , Germanisque MDC. <sup>25</sup> Numidarum sine frænis viii. millibus , præterea Petrejano auxilio adhibito equitibus mc. peditum , ac levis armaturæ quater tanis , sagittariis , ac funditoribus , <sup>26</sup> hippotoxotisque compluribus . His copiis pridiè Non. Januar. post diem tertium , quam Africam attigit , <sup>27</sup> in campis planissimis , purissimisque ab hora diei quinta usque ad solis occasum est decertatum . In eo prælio Petrejus graviter lictus ex acie recessit . Cæsar interim <sup>28</sup> castra munire diligentius , præsidia firmare majoribus copiis , vallumque ab oppido Ruspina usque ad mare deducere , et a castris alterum eodem , quo tutius ultro , citroque commeare , auxiliaque sine periculo sibi succurrere possent : tela , tormentaque ex navibus in castra comportare , remigum partem ex classe Gallorum , Rhodiorumque , <sup>29</sup> Epibatarumque armare , et in castra evocare , uti , si posset , eadem ratione , qua adversarii , levis armatura interjecta inter equites suos interponeretur : sagittariisque ex omnibus navibus <sup>29</sup> Iureis,

<sup>23</sup> Ex hybridis libertinis.) Ex patre Romano , matre peregrina : Hybridæ enim ex imparibus parentibus nati .

<sup>24</sup> Amplius xii.) Vulgo addunt millibus , contra fidem scrip-  
torum manu : etiam impro-  
bante Lipsio Elect. II. 22.

<sup>25</sup> Numidarum sine frænis.) Quod proprium hujus gentis , Silius I. 1. vers. 215.

Numiæ gens insula fræni .

<sup>26</sup> Hippotoxotisque .) Vide Bell. Civil. libr. 3. c. 2. sect. 4.

<sup>27</sup> In campis planissimis , pu-

rissimisque .) Qui sine arboribus , fruticetis , fossis , aliisque pugnæ impedimentis . Livius XXIV. 14. signis collatis dimicaturum puro , ac parati campo , ubi sine ullo insidiarum necu , vera virtute geri res posset .

<sup>28</sup> Epibatarum .) Vide Bell. Alex. cap. 3. sect. II.

<sup>29</sup> Ituræ . Ituræ regio in Syria , et Arabiae confinio , ex sacer etiam historia nota . Quidam libri Ityraës : etiam Cicero Philipp. II. 8.

Syriis, et cujusque generis ductis in castra compluribus, frequentabat suas copias. Audiebat enim, Scipionem post diem tertium ejus diei, quo prælium factum erat, appropinquare, copias suas cum Labieno, et Petrejo conjungere, quorum copiæ legionum viii. et equitum iv. millium esse nuntiabantur: officinas ferrarias instruere, sagittasque, et tela uti fierent complura, curare, glandes fundere, sudes comparare, litteras in Siciliam, nuntiosque mittere, ut sibi crates, materia inque congerent ad arietes, -cujus inopia in Africa esset: præterea ferram, plumbumque mitteretur. Et animum etiam advertebat, frumento se in Africa, nisi importato, uti non posse. Priore enim anno, propter adversariorum delectus, quod stipendiarii aratores milites essent facti, messem non esse factam; præterea ex omni Africa frumentum adversarios in pauca oppida, et bene munita comportasse, omnemque regionem Africæ exinanisse frumento; oppida, præter pauca, quæ ipsi suis præsidiis tueri poterant, reliqua dirui, atque deleri, et eorum incolas intra sua præsidia coegisse commigrare, agros desertos, ac vastatos esse. Hac necessitate Cæsar coactus, privatos ambiendo, et blande appellando, aliquantulum frumenti numerum in sua præsidia congesserat; et eo parce utebatur. Opera interim ipse quotidie circumire, et alternas cohortes in statione habere propter hostium multitudinem, Labienus saucios suos, quorum numerus maximus fuit, jubet in plaustris deligatos Adrumetum deportari. Naves interim Cæsar's onerariæ errabundæ male vagabantur, incerte locorum, atque castrorum suorum: quas singulas scaphæ adversariorum complures adortæ incenderant, atque expugnaverant. Hac re nuntiata Cæsari, classes circum insulas, portusque dispositæ, quo tutius commeatus supportari posset.

## C A P U T V I I .

*Cn. Pompejus filius inflatus verbis M. Catonis in Mauritaniam proficiscitur, et ad oppidum Ascurum accedit. Oppidanii Pompejanos, eruptione facta, in naves compellunt.*

*Pompejus ad insulas Baleares iter habet.*

**M.** <sup>30</sup> Cato interim, qui Uticæ præerat, <sup>31</sup> Cn. <sup>22</sup> Pompejum filium multis verbis, assidueque objurgare non desistebat. „Tuus, inquit, pater, istius ætatis cum esset, et animadvertisset, Rempublicam ab <sup>32</sup> audacibus, sceleratisque civibus oppressam, bonosque aut interfectos, aut exilio mulctatos patria, civitateque carere; gloria, et animi magnitudine elatus, privatus, atque adolescentulus, paterni exercitus reliquiis collectis, pene oppressam funditus, et deletam Italiam, urbemque Romanam in libertatem vindicavit: idemque Siciliam, Africam, Numidiam, Mauritaniam mirabili celeritate armis recepit. Quibus ex rebus sibi eam dignitatem, quæ est per gentes clarissima, notissimaque, conciliavit; <sup>33</sup> adolescentulusque atque eques Romanus triumphavit. Atque ille, non ita amplis rebus patris gestis, neque tam excellenti majorum dignitate parta, neque tantis clientelis, nominisque claritate præditus, in Rempublicam est ingressus. Tu contra et patris nobilitate, et dignitate, et per te ipse satis animi magnitudine, diligentiaque præditus, nonne eniteris, et proficisceris ad paternas clientelas, auxilium tibi, Reique publicæ, atque optimo cuique efflagitatum? „His verbis hominis gravissimi <sup>23</sup> incitatus adolescentulus, cum naviculis cujusquemodi generis xxx., inibi paucis rostratis, profectus ab Utica est in Mauritaniam, <sup>34</sup> regnumque Bogudis est in-

<sup>30</sup> *M. Cato, qui Uticæ præerat.)* Quæ urbs caput fuit provinciæ Africæ, Carthagine eversa, nequum restituta.

<sup>31</sup> *Pompejum filium.)* Hic major fuit filiorum Pompeji: minor Sextus.

<sup>32</sup> *Audacibus, sceleratisque.)* Mario, Cinua, Carbone.

<sup>33</sup> *Adolescentulusque atque eques Romanus triumphavit.)* Eadem Cicero pro lege Manilia cap. 21.

<sup>34</sup> *Regnumque Bogudis.)* Quæ Mauritaniæ pars occidentalis erat, ad fretum Herculeum, et Oceanum pertingens. Bogud autem rex studebat Cœsari.

gressus: expeditoque exercitu, numero servorum, liberorumque 11. millium, cuius partem inermem, partem armatam habuerat, <sup>35</sup> ad oppidum Ascurum accedere cœpit: in quo oppido præsidium fuit regium, Pompejo advéniente, oppidani <sup>36</sup> usque eo passi propius eum accedere, donec ad ipsas portas, ac murum appropinquaret, subito eruptione facta, prostratos, perterritosque Pompejanos in mare passim, navesque compulerunt. Ita re male gesta Cn. Pompejus filius naves inde avertit, neque postea litus attigit, classemque <sup>37</sup> ad insulas Baleares versus convertit.

<sup>35</sup> Ad oppidum Ascurum.) Matrium oppidum Mauritanie, quæ sub Bogude erat, ejus verso nulla exstat apud Geographos mentio. Neque enim est Rusucurium Plinii vers. 2. Ptolemaei, ut quidam crediderunt: quia hoc in Bocchi regno erat, longe reductum a finibus Bogudianis.

<sup>36</sup> Usque eo passi.) Sustinue-

runt, ausi sunt.

<sup>37</sup> Ad insulas Baleares versus.) Sæpe boni scriptores tñ versus præpositionem addunt, Cæsar l. xi. ad Oceanum versus. Et libr. xii. 8. extr. moveret in Ayvernios versus, Baleares insulæ Hispanici maris, quarum excellentes erant funditores, Cæsar B. Gall. libr. 2. cap. 3. sect. 7. Obiacent litori Tarragonensi,

## CAPUT VIII.

*Scipio se cum Petrejo, et Labieno conjungit. Cæsarei magna rerum necessiarum inopia laborant.*

<sup>24</sup> **S**cipio interim cum iis copiis, quas paullo ante demonstravimus, Uticæ grandi præsidio relicto, profectus, primum Adrumeti castra ponit: deinde ibi paucos dies commoratus, noctu itinere facto, cum Petreji, et Labieni copiis se conjungit: atque unis castris factis, 111. millia pasuum longe considunt. Equitatus interim eorum circum Cæsaris munitiones vagari, atque eos, qui pabulandi, aut aquandi gratia extra vallum progressi essent, excipere, et ita omnes adversarios intra munitionem continere. Quare Cæsariani gravi annona sunt conflictati, ideo quod nondum neque ab Sicilia, neque ab Sardinia commeatus supportatus erat, neque per anni tempus in mari classes si-

ne periculo vagari poterant: neque amplius millia passuum vi. terræ Africæ quoquaversus tenebant, pabulique inopia premebantur. Qua necessitate coacti veterani milites, equitesque, qui multa terra, marique bella confecissent, et periculis, inopiaque tali sæpe essent conflictati, alga e litore collecta, et aqua dulci eluta, et ita jumentis esurientibus data, vitam eorum producebant.

## CAPUT IX.

*Rex Juba ad ferendum suis auxilium e regno egreditur. P. Sitius, et Rex Bogud cum copiis ad regnum Juhæ proficiscantur, Cirtamque capiunt. Juba in subsidium suarum rerum revertitur,*

Dum hæc ita fierent, <sup>38</sup> Rex Juba, cognitis Cæsaribus difficultatibus, copiarumque paucitate, non est visum dari spatium convalescendi, augendarumque ejus opum. Itaque comparatis equitum magnis, peditumque copiis subsidio suis; egressus e regno, ire contendit. <sup>39</sup> P. Sitius interim, et Rex Bogud, coniunctis suis copiis, cognito <sup>40</sup> regis Juba egressu, proprius ejus regnum copias suas admoveare: <sup>41</sup> Cirtamque oppidum ejus regni opulentissimum aborti, paucis diebus pugnando, capiunt, et præterea <sup>42</sup> duo oppida Gætulorum: quibus cum conditionem ferrent, ut opido excederent, idque sibi vacuum traderent, conditionemque repudiassent, postea ab eis capti, interficie sunt omnes, inde progressi agros, oppidaque vexare non desistunt. Quibus rebus cognitis Juba, cum

<sup>38</sup> Rex Juba non est visum.) Non cohærent. Scribendum, regi Juba, non est visum, nec parenthesi, non est visum, cetera includi possunt, quia itaque non sinit, eousque post illam rectum casum pertrahi.

<sup>39</sup> P. Sitius.) Hic Italia pulsus, exilium in Mauritania toleravit, et collectis allis exiliibus, ac manu quadam a Bogude impetrata, Cæsaria auxilio venit,

nullo ab eo beneficio adfectus. Dio Cassius hæc plenius narrat initio libri XLIII, qui vera Bogudum dominat pro Bogude.

<sup>40</sup> Reis Juba egressu.) Juba regis Numidarum.

<sup>41</sup> Cirtamque oppidum.) Caput, et regiam Numidie.

<sup>42</sup> Duo oppida Gætulorum.) Gætulia enim πέρος τῆς Ἀρρᾶς αὐτεῦ pars regni illius Juba erat. Dio Coss. de loco.

jam non longe a Scipione , atque ejus ducibus abesset, capit consilium , satius esse , sibi , suoque regno sub-sidio ire , quam dum alios adiuturus proficeretur ipse suo regno expulsus , forsitan utraque re expelle-retur. Itaque rursus se recepit , atque auxilia a Scipione etiam abduxit , sibi , suisque rebus timens : elephantis-que xxx. relictis , suis finibus , oppidisque <sup>43</sup> suppetias profectus est.

<sup>43</sup> *Suppetias profectus est.) Ut petias ire , ἐλλειπτικῶς , vel supra cap. 3. sect. 5. suppettas in , vel latus , ad ferendum , venire : et inferius c. 16. sect. aut simili subauditio.*

<sup>39. et cap. 17. sect. 41. sup-</sup>

## C A P U T X.

*Cæsar , literis in omnes partes missis , civitates de suo in Africam adventu certiores facit : ad eum ex oppidis nobiles viri occurrunt , suasque calamitates narrant. Cæsar Allieno et Rabirio Posthumo scribit , ut exercitus statim trasportetur in auxilium Africæ. Scipio aciem suam instruit , cuius rei ordo refertur.*

<sup>26</sup> **C**æsar cum de suo interim adventu dubitatio in provincia esset , neque quisquam crederet ipsum , sed aliquem legatum cum copiis in Africam venisse , conscriptis literis circum provinciam , omnes civitates facit de suo adventu certiores. Interim nobiles homines ex suis oppidis profugere , et in castra Cæsaris devenire , et de adversariorum ejus acerbitate , crudelitateque commemorare cœperunt : quorum lacrymis , querelisque Cæsar commotus , cum antea constitisset in stativis castris , æstate inita , cunctis copiis , auxiliisque accitis , bellum cum adversariis gerere instituit: literisque celeriter in Siciliam ad Allienum , et Rabirium Posthumum conscriptis , et <sup>44</sup> per Catascopum missis , „ut sine mora , aut ulla excusatione hiemis ,

<sup>44</sup> *Per Catascopum.) Perexplo- λαὶ , ἀδόλων ἐξιχρεπται , δο- ratorem. Hesychius: Κατάσκοπο- λιοι.*

ventorumque , exercitus sibi quam celerrime transpor-  
taretur : Africam provinciam perire , funditusque ever-  
ti a suis inimicis : quod nisi celeriter sociis foret sub-  
ventum , præter ipsam Africam terram , nihil , ne te-  
ctum quidem , quo se reciperent , ab illorum scelere ,  
insidiisque reliquum futurum . „Atque ipse in tanta  
erat festinatione , et exspectatione , ut postero die ,  
quam misisset literas , nuntiumque in Siciliam , clas-  
sem , exercitumque morari diceret ; noctes , diesque  
oculos , mentemque ad mare dispositos , directosque  
haberet . Nec mirum , animadvertebat enim villas exu-  
ri , agros vastari , pecus diripi , trucidarique , oppida ,  
castellaque dirui , deserique , principesque civitatum  
aut interfici , aut in catenis teneri : liberos eorum ob-  
sidum nomine in servitutem abripi . Iis se in miseriis ,  
suamque fidem implorantibus , auxilio propter copia-  
rum paucitatem , esse non posse . Milites interim in ope-  
re excedere , castra munire , turres , castella facere ,  
molesque jacere in mare non intermittere . Scipio inte- 27  
rim elephantes hoc modo condocefacere instituit , 11.  
instruxit acies : unam funditorum contra elephantes ,  
quaे quasi adversariorum locum obtineret , et contra  
eorum frontem adversam lapillos minutos mitteret :  
deinde in ordinem elephantes constituit : post illos au-  
tem aciem suam instruxit , ut , cum ab adversariis la-  
pides mitti coepissent , et elephanti 45 perterriti se  
ad suos convertissent , rursus a sua acie lapidibus mis-  
sis eos converterent adversum hostem : quod ægre , tar-  
deque fiebat : rudes enim elephanti , multorum annorum  
doctrina , usque vetusto vix edocti , tamen communi  
periculo in aciem producuntur .

45 Perterriti se ad suos con-  
vertissent .) Plin . VIII . 8. de ele-  
phantis : Vulnerati , et territi re-  
tro semper cedunt , haud minore  
partium suarum pernicie .

## CAPUT XI.

*C. Virgilius Petronius Cæsarianas naves insectatur. Duo  
Titi Hispani ad Scipionem perducti interficiuntur. La-  
bienus Leptim frustra oppugnat.*

28 **D**um hæc ad Ruspina ab utrisque ducibus ad-  
ministrantur, C. Virgilius Petronius, qui <sup>46</sup> Thapsō  
oppido maritimo præerat, cum animadvertisset na-  
ves singulas cum exercitu Cæsaris incertas locorum,  
atque castrorum suorum vagari; occasiohem nactus, na-  
vem, quam ibi habuit actuariam, complet militibus,  
et sagittariis: eidem scaphas de navibus adjungit; ac  
singulas naves Cæsarianas consecitare cœpit: et cum  
plures adortus, pulsus, fugatusque inde discessisset,  
nec tamen desisteret periclitari, forte incidit in navem,  
in qua erant duo Titi Hispani adolescentes, tribuni le-  
gionis v., quorum patrem Cæsar in senatum legerat, et  
cum his <sup>47</sup> T. Salienus centurio legionis ejusdem, qui  
M. Messallam legatum obsederat Mæsanæ, et seditio-  
sissima oratione apud eum est usus: idemque et pecu-  
niā, et ornamenta triumphi Cæsaris retinenda, et  
custodienda curaverat: et ob has causas timebat sibi.  
Hic propter conscientiam peccatorum suorum persua-  
sit adolescentibus, ut repugnarent, seseque Virgilio  
traderent. Itaque deducti a Virgilio ad Scipionem, cu-  
stodibus traditi, et post diem 111. sunt imperfecti. Qui  
cum ducerentur ad necem, petisse dicitur major Ti-  
tus a centurionibus, uti se priorem, quam fratrem,  
interficerent; idque ab eis facile impetrasse, atque ita  
esse imperfectos. Turmæ interim equitum, quæ pro-  
vallo in stationibus esse solebant, ab utrisque ducibus  
quotidie mutuis prællis inter se pugnare non intermit-  
tent: nonnumquam etiam Germani, Gallique Labie-  
niani cum Cæsaris equitibus, fide data, inter se co-

<sup>46</sup> Thapsō oppido maritimo.) Quod ab Ruspina in austrum re-cepit.

<sup>47</sup> T. Salienus.) Qualis hic fuerit, infra c. 22. sect. 54. pro-ditur.

loquebantur. Labienus interim cum parte equitatus Leptim oppidum,<sup>48</sup> cui praeerat Saserna cum cohortibus IIII. opugnare, ac vi irrumperem conabatur: quod a defensoribus propter egregiam munitionem oppidi, et tormentorum multitudinem, facile, et sine periculo defendebatur. Quod ubi ejus facere equitatus saepius non intermittebat, et cum forte ante portam turma densa adstitisset,<sup>49</sup> Scorpione accuratius misso, atque eorum decurione percusso,<sup>50</sup> et ad Decumanam defixo, reliqui perterriti, fuga se in castra recipiunt. Quo facto postea sunt deterriti oppidum tentare.

<sup>48</sup> Cum praeerat Saserna.) Cum sex cohortibus Lepti impositus.

*Supr. c. 4. sect. 9.* Tres ergo fuerunt forte abductae, quia hic tantum tres in praesidio dicuntur fuisse.

<sup>49</sup> Scorpione accuratius misso.)

Vide supra l. VII. cap. II. sect. 25 de hac machina.

<sup>50</sup> Et ad Decumanam defixo.) Quidam asterisco notant, quasi mutius sit locus: aliis decumanæ scutum amplissimum, auctore Festo: ut nihil desideretur.

## CAPUT XII.

*Scipio suas copias prope Cæsaris castra ponit. Cæsar suos intra munitiones recipit, et quedam mandata dat. Scipio concionem ad suos habet Cæsaris desperatione. Plures e Scipionis castris fugiunt.*

**S**cipio interim fere quotidie non longe a suis castris passibus ccc. instruere aciem, ac majore diei parte consumpta, rursus se in castra recipere. Quod cum saepius fieret, neque ex Cæsaris castris quisquam prodiret; neque proprius ejus copias accedere, desperata patientia Cæsaris, exercitusque ejus, universis copiis productis, elephantisque turritis xxx. ante aciem instructis, quam latissime potuit, porrecta equitum, peditorumque multitudine, uno tempore progressus, hanc ita longe a Cæsaris castris constitit in campo. Quibus rebus cognitis, Cæsar jubet milites, qui extra munitiones processerant, quique pabulandi, aut lignandi, aut etiam muniendi gratia vallum pctierant, quæque ad eamdem rem opus erant, omnes intra munitiones minutatim, modesteque sine tumultu, aut terrore

30

31

se recipere, atque in opere consistere. Equitibus autem, qui in statione fuerant, præcipit, ut usque eo locum obtinerent, quo paullo ante constitisseat, donec ab hoste missum telum ad se perveniret: quod si proprius accederetur, quam honestissime se intra munitiones reciperent. Alii quoque equitatui edicit, uti quisque suo loco paratus, armatusque præsto esset. At hæc non ipse per se coram, cum de vallo perspècularetur, sed <sup>51</sup> mirabili peritus scientia bellandi, in prætorio sedens, per speculatoros, et nuntios imperabat, quæ fieri volebat. Animadvertebat enim, quamquam magnis essent copiis adversarii freti, tamen saeppe a se fugatis, pulsis, perterritisque, et concessam vitam, et ignota peccata; quibus rebus numquam tanta suppeteret ex ipsorum inertia, conscientiaque animi victoriæ fiducia, ut castra sua adoriri auderent. Præterea ipsius nomen, auctoritasque magna ex parte eorum exercitus minuebat audaciam. Tum egregiæ munitiones castrorum, et valli, fossarumque altitudo, et <sup>52</sup> extra vallum styli cæci, mirabilem in modum consti, vel sine defensoribus aditum adversariis prohibebant. Scorpionum, captaulatarum, cæterorumque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copian habebat. Atque hæc propter exercitus sui præsentis paucitatem, et tirocinium præparaverat, non hostium vi, et motu commotus, patientem se, timidumque hostium opinioni præbebatur. Neque idcirco copias, quamquam erant paucæ, tironumque, non educebat in aciem, quod victoriæ suorum diffideret; sed referre arbitrabatur, conusmodi Victoria esset futura. Turpe enim sibi existimabat, tot rebus gestis, tantisque exercitibus devictis, tot, tam claris victoriis partis, ab reliquis copiis adversariorum suorum ex fuga collectis se cruentam adeptum existimari victoriam. Itaque

<sup>51</sup> Mirabili peritus scientia.) Lipsio Elect. 11. 22. displicet peritus: substituit penitus.

<sup>52</sup> Extra vallum styli cæci.) Stimuli in terram defixi, rectique, ut minus videantur. Sillus

Italicus l. 2. v. 415.

Et stylus oculatur, cæcum in vestigia telum.

Sic Æn. 5. v. 164. cava sass sunt sub aquis latentia.

constituerat gloriam, exaltationemque eorum pati, donec sibi veterinarum legionum pars aliqua in <sup>53</sup> secundo commeatu occurrisset. Scipio interim paulisper, ut ante dixi, <sup>32</sup> in eo loco commoratus, ut quasi despexisse Cæsarem videretur, paulatim reducit suas copias in castra; et concione advocata, de terrore suo, desperationeque exercitus Cæsaris verba facit; et cohortatus suis, <sup>54</sup> victoriā propriam se eis brevi daturum pollicetur. Cæsar jubet milites rursus ad opus redire, et per causam munitionum, tirones in labore defatigare non intermittit. Interim Numidæ, Getulique diffugere quo idie ex castis Scipionis, et partim in regnum se conferre, partim, quod ipsi, maioresque eorum <sup>55</sup> beneficio C. Marii usi fuissent, Cæsaremque ejus affinem esse audiebant, in ejus castra perfugere catervatim non intermitunt. Quorum ex numero electos homines illustriores Getulos, literis ad suos cives datis, cohortatus, ut manu facta, se, suosque defenderent, et ne suis inimicis, adversariisque dicto audientes essent, mittit.

<sup>53</sup> In secundo commeatu.) Itu  
altero navium, quæ ex Sicilia  
legiones transportarent. Vide in-  
fra c. 16. sect. 37. et c. 18. sec. 44.

<sup>54</sup> Victoriam propriam.) Et in-  
fra c. 31. sect. 82. ita locutus est,  
<sup>55</sup> Beneficio C. Marii usi.) In  
bello Juguthino.

### CAPUT XIII.

Legati ab Acilla ad Cæsarem veniunt auxilium petentes; Cæsar C. Messium Acillam mittit, quo Considius Longus se confert, sed viso ibi præsidio Cæsareo Adrumentum revertitur, rursusque obsidionem Acillæ parat.

**D**um hæc ad Ruspinam fiunt, <sup>56</sup> legati ex Acilla civitate libera, <sup>57</sup> etiam undique ad Cæsarem veniunt, se-

<sup>56</sup> Legati ex Acilla.) Nusquam hujus nominis civitas adpariet in Africa. Non ergo dubitant eruditæ, esse Achallam Strabonis, Lib. vii, Stephani; seu A'χολα: Achallam Ptolemæi, in eodem litora sitam, quo Ruspina, Leptis, Thapsus, Vide Holsten, ad Ortæ. Accedit, quod Strabo æque ut Hirtius dixit ελευθέραν πόλιν

liberam civitatem, l. xvii, p. 372.

<sup>57</sup> Etiam undique.) Nimis laxè hoc dictum videtur Phil. Rubenio Elect. II. 4. nec Fulvij codex divisione, et jam rem explicat. Quapropter conjicit et immuni legendum, sicut supra c. 3. sect. 7. noster: pervenit aut oppidum Leptim, liberam civitatem, et immunitum.

que paratos quæcumque imperasset, et libenti animo facturos pollicentur: tantum orare, et petere ab eo, ut si bi præsidium daret, quo tutius id, et sine periculo facere possent; se et frumentum, et quæcumque res eis sup-peteret, communis salutis gratia subministraturos. Quibus rebus facile a Cæsar impetratis, prædioque dato, C. Messium ædilitia functum potestate Acillam jubet proficisci. Quibus rebus cognitis, Considius Longus, qui Adrumeni cum ii. legionibus, et equitibus occ. prærerat, celeriter ibi parte præsidii relicta, cum viii. cohortibus Acillam ire contendit. Messius celerius itinere confecto, prior Acillam cum cohortibus pervenit. Considius interim, cum ad urbem cum copiis accessisset, et animadvertisset, præsidium Cæsaris ibi esse, non ausus periculo suo rem facere, nulla re gesta pro multitudine hominum, rursus Adrumetum se recipit; deinde paucis post diebus, equestribus copiis a Labieno adductis, rursus Acillanos castris positis obsidere cœpit.

## CAPUT XIV.

*C. Decius, adveniente Cercinnam C. Sallustio, fugit. Allienus magnas copias ad Cæsarem in Africam mittit. Scipio duos ex Gætulis mittit in castra Cæsaris ad speculandum; bi producti Cæsarem alloquuntur.*

34 **P**er id tempus C. Sallustius Crispus, quem paucis ante diebus missum a Cæsare cum classe demonstravimus,<sup>58</sup> Cercinnam pervenit: cuius adventu C. Decius quæstorius, qui ibi cum grandi familiæ sūe præsidio prærerat commeatu, parvulum navigium nactus concendit, ac se fugæ commendat. Sallustius interim prætor a Cercinnatisibus receptus, magno numero frumenti invento, naves onerarias, quarum ibi satis magna copia fuit, complet, atque in castra ad Cæsarem mittit.<sup>59</sup> Allienus interim pro-

<sup>58</sup> Cercinnam pervenit.) VI de supra c. 3. sect. 8.

<sup>59</sup> Allienus interim proconsul & Lilybæo.) Sicilia a prætoribus

regebatur: belli tempore non-nunquam in provincia proconsules pro prætoribus erant, quod de Asia manifestum est.

consul e Lilybæo in naves onerarias imponit legiones  
 xiii., et xiv., et equites Gallos nccc., funditorum, sa-  
 gittariorumque mille; ac secundum commeatum in Afri-  
 cam mittit ad Cæsarem. Quæ naves, ventum secundum  
 noctæ, quarta die in portum ad Ruspinam, ubi Cæsar  
 castra habuerat, incolumes pervenerunt. Ita Cæsar du-  
 plici letitia, ac voluptate uno tempore auctus, frumento,  
 auxiliisque tamdem suis exhilaratis, annonæque levata  
 sollicitudine, deponit legiones, equitesque ex navibus  
 egressos jubet ex languore, nauseaque reficere; dimissos  
 in castella, munitionesque disponit. Quibus rebus Scipio, 35  
 quique cum eo essent comites, mirari, et requirere, C.  
 Cæsarein, qui ultro consuessed bellum inferre, ac lacesse-  
 re præliu, subito commutatum non sine magno consi-  
 lio suspicabantur. Itaque ex ejus patientia in magnum  
 timorem conjecti, ex Gætulis duos, quos arbitraban-  
 tur suis rebus amicissimos, magnis præmiis, pollicita-  
 tionibusque propositis, pro perfugis, speculandi gra-  
 tia, in Cæsaris castra mittunt, qui simul ac ad eum  
 sunt deducti, petierunt, ut sibi liceret sine periculo ve-  
 tra proloqui. Potestate facta, „Sæpenumerø, inquit,  
 Imperator, complures Gætuli, qui sumus clientes C.  
 Marii, et propemodum omnes cives Romani, qui sunt  
 in legione iv., et vi. ad te voluimus, in tuaque præsi-  
 dia confugere; sed custodiis equitum Numidarum, quo  
 id sine periculo minus faceremus, impediebamur; nunc  
 data facultate pro speculatoribus missi a Scipione, ad  
 te cupidissime venimus, ut perspicceremus, num quæ  
 fossæ, aut insidiae elephantis ante castra, portasque  
 valli factæ essent, simulque consilia vestra contra eas-  
 dem bestias, comparationemque pugnæ cognosceremus,  
 atque ei renuntiaremus.“ Qui collaudati a Cæsare, sti-  
 pendioque donati, ad reliquos perfugas deducuntur, quo-  
 rum orationem celeriter veritas compròbavit; namque  
 postero die ex legionibus iis, quas Gætuli nominaverant,  
 milites legionarii complures a Scipione in castra Cæsa-  
 ris perfugerunt.

## CAPUT XV.

*M. Cato milites ex quovis genere lectos mittit in Scipionis castra. Legati Tisdro egressi ad Cæsarem se conferunt, auxilium petetens. P. Sitius castellum, in quo erant Jubaæ impedimenta, expugnat.*

36 **D**um hæc ad Ruspinam geruntur, M. Cato, qui Uticæ prærerat, delectus quotidie libertinorum, Afro-rum, servorum denique, et cujusque modi generis hominum, qui modo per æstatem arma ferre poterant, habere, atque sub manum Scipionis in castra submittere non intermittit. Legati interim <sup>60</sup> ex oppido Tisdro, <sup>61</sup> in quod tritici modium millia ccc. comportata fuerant a negotiatoribus Italicis, aratoribusque, ad Cæsarem venire, quantaque copia frumenti apud se sit, docent, simulque orant, ut sibi præsidium mittat, quo facilius et frumentum, et copiæ suæ conserventur. Quibus Cæsar in præsentia gratias agit, præsidiumque brevi tempore se missurum dicit; cohortatusque ad suos cives jubet proficisci. <sup>62</sup> P. Sitius interim cum copiis Numidiæ fines ingressus, castello in montis loco munito locato, in quod Juba, belli gerendi gratia, et frumentum, et res cæteras, quæ ad bellum usui solent esse, compotaverat, vi expugnando est potitus.

<sup>60</sup> Ex oppido Tisdro. ) Intus millia ccc. ) MSS. regia, et sita Tisdrus, reductio a mari, Thuan, in quod, teste Goduino, a Thapo in meridiem: Autonino Tusdrus Colonia: Ptolemæo vulgo in quo. Deinde modium Latine legendum: non modia, Thysdrus, Θυσδρός: nostro inferius Tisdras. ut quidam olim ediderant.

<sup>61</sup> In quod tritici modium quo supra cap. 9. sect. 25.

<sup>62</sup> P. Sitius interim. ) De

## CAPUT XVI.

*Cæsar Ruspinam versus proficiscitur, accedit ad munitio-  
nes Scipionis. Scipio, et Labienus copias educunt.  
Cæsariani, pulsis iis, qui ad præsidium erant, loco  
munito potiuntur. Labienus suis auxilium fert, Julia-  
nis eum insequentibus, et multos occidentibus.*

**C**æsar, postquam legionibus veteranis xx. equitatu, 37 levique armatura copias suas ex secundo commeatu auxerat, naves vi. onerarias statim jubet Lilybeum ad reliquum exercitum transportandum proficisci : ipse vi. Kal. Febr. circiter vigilia prima imperat, speculatores, apparitoresque omnes ut sibi præsto essent. Itaque, omnibus insciis, neque suspicantibus, vigilia tertia jubet omnes legiones ex castris educi, atque se consequi<sup>63</sup> ad oppidum Ruspinam versus, in quo ipse præsidium habuit, et quod primum ad amicitiam ejus accessit ; inde parvulam declivitatem digressus, sinistra parte campi, propter mare legiones dicit. Hic campus mirabilis planicie patet millia passuum xv., quem jugum ingens a mari ortum, neque ita præaltum, velut theatri efficit speciem. In hoc jugo colles sunt excelsi pauci, in quibus singulæ turres, speculæque singulæ perveteres erant collocatae ; quarum apud ultimam præsidium, et statio fuit Scipionis. 38 Postquam Cæsar ad jugum, de quo docui, ascendit, in unumquemque collem turres, castellaque facere cœpit, atque ea minus semihora efficit ; et postquam non ita longe ab ultimo colle, turrique fuit, quæ proxima fuit cæstris adversariorum, in qua docui esse præsidium, stationemque Numidarum, paulisper commoratus, perspectaque natura loci equitatu in statione dispositio, legionibus opus attribuit, brachiumque medio jugo ab eo loco, ad quem pervenerat, usque ad eum, unde egressus erat, jubet dirigiri, ac muniri. Quod postquam Scipio, Labienusque assimadverterunt, equitatu omni ex castris educto, acie-

<sup>63</sup> Ad oppidum Ruspinam 23. Sic et infra c. 31. sect. 80. versus.) Vide supra cap. 7. sect. ad mure versus consedi.

que equestri instructa , a suis munitionibus circiter  
passus mille progrediuntur ,<sup>64</sup> pedestremque copiam  
in secunda acie minus passus m. a castris suis consti-  
tuunt. Cæsar in opere milites adhortari , neque adver-  
sariorum copiis moveri. Jam cum non amplius passi-  
bus MD. inter hostium aciem , suasque munitiones es-  
se animadvertisset , intellexissetque ad impediendos  
milites suos , et ab opere depellendos , hostem proprius  
accedere ; necesseque haberet legiones a munitionibus  
deducere , imperat turmæ Hispanorum , ut ad proxim-  
um collem propere accurrerent , præsidiumque inde  
deturbarent , locumque caperent : eodemque jubet levis  
armaturæ paucos consequi subsidio. Qui missi celeriter  
Numidas adorti partim vivos capiunt , nonnullos equi-  
tes fugientes convulneraverunt , locoque sunt potiti.  
Postquam id Labienus animadvertisit , quo celerius iis  
auxilium ferret , ex acie instructa equitatus sui prope  
totum dextrum cornu avertit , atque suis fugienti-  
bus<sup>65</sup> suppetias ire contendit. Quod ubi Cæsar con-  
spexit , Labium a suis copiis longius abscessisse ,  
equitatus sui alam sinistram ad intercludendos ho-  
stes immisit. Erat in eo campo , ubi ea res gereba-  
tur , villa permagna , iv. turribus exstructa , quæ La-  
bieni prospectum impediens , ne posset animadvertere  
ab equitatu Cæsaris se intercludi. Itaque non prius vidi-  
tur mas Julianas , quam suos cædi a tergo sensit. Ex qua  
re subitu in terrorem converso equitatu Numidarum ,  
recta in castra fugere contendit : Galli , Germanique ,  
qui restiterant , ex superiore loco , et post tergum cir-  
cumventi , fortiterque resistentes concidunt universi. Quod ubi legiones Scipionis , quæ pro castris erant  
instructæ , animadverterunt , metu , ac terrore obcæ-  
catæ , omnibus portis in suo castra fugere cœperunt.  
Postea Scipione , ejusque copiis campo , collibus  
que exturbatis , atque in castra compulsis , cum re-  
ceptui Cesar cani jussisset , equitatumque omnem in-

<sup>64</sup> Pedestremque copiam . ) cap. 17. sect. 41. et supra cap.  
Copias , exercitum. Raro exem- 9. sect. 25. extremo , ubi , quæ  
plio , ut supra c. 4. sect. 10. aduotavimus , videas.

<sup>65</sup> Suppetias ire . ) Ut mox

tra suas munitiones recepisset ; campo purgato , animadvertisit mirifica corpora Gallorum , Germanorumque , qui partem ejus auctoritatem erant ex Gallia secuti , partim pretio , pollicitationibusque adducti , ad eum se contulerant ; nonnulli , qui ex Curionis prælio capti , conservatique , parem gratiam in fide partienda præstare voluerant . Horum corpora mirifica specie , amplitudineque cæsa toto campo , ac prostrata diverse jacebant .

## CAPUT XVII.

*Cæsar aciem instruit. Scipio castris se continet ; inde , accedente Cæsare ad munitiones , auxilium fert oppido Uzitæ. Cæsar copias , quas contra Scipionem ad pugnam paraverat , in castra recipit.*

**H**is rebus gestis , postero die Cæsar ex omnibus <sup>41</sup> præsidiiis cohortes eduxit , atque omnes suas copias in campo instruxit . Scipio , suis male acceptis , occisis , vulneratisque , intra suas continere se munitiones cœpit . Cæsar instructa acie secundum infimas jugi radices proprius munitiones leniter accessit . Jamque minus mille passuum <sup>66</sup> ab oppido Uzita , quod Scipio tenebat , aberant legiones Julianæ , cum Scipio veritus , ne oppidum amitteret , unde aquari , reliquisque rebus sublevari ejus exercitus consueverat , eductis omnibus copiis , quadruplici acie instructa , ex instituto suo , prima equestri turmatim directa , elephantisque turritis interpositis , armatisque suppetias ire contendit . Quod ubi Cæsar animadvertisit , arbitratus Scipionem ad dimicandum paratum ad se certo animo venire , <sup>67</sup> in eo loco , quo paullo ante commemoravi , ante oppidum

<sup>66</sup> Ab oppido Uzita . ) Ptolemæo Oūjatæ in mediterraneis , prope Tisdrum , et Leptim minorem .

<sup>67</sup> In eo loco , quo paullo ante commemoravit . ) Sic meliores libri , etiam MS. Ursiui , Græca

antiptosi , de qua Sancti Miner vam , et C. V. Jac. Perizonii aditamentum vide libr. IV. c. XII. Tamen Venetus vetus , et Gryphianus liber , aliquæ quem commemoravi , sine figura .

constitit, suamque aciem medium eo oppido texit. Dextrum, sinistrumque cornu, ubi elephanti erant, in conspectu patenti adversariorum constituit. Cum jam prope solis occassum Cæsar exspectavisset, neque ex eo loco, quo constiterat, Scipionem progredi propius se animadvertisset, locoque se magis defendere, si res coegisset, quam in campo coenitus consistere audere, non est visa ratio propius accedendi eo die ad oppidum, quoniam ibi præsidium grande Numidarum esse cognoverat; hostesque medium aciem suam oppido texisse, sibique difficile factu esse intellexit; simul et oppidum uno tempore oppugnare; et in acie in cornu dextrum, et sinistrum ex iniquiore loco pugnare; præsertim cum milites<sup>68</sup> a mane diei jejuni sub armis stetissent defatigati. Itaque, reductis suis copiis in castra, postero die propius eorum aciem instituit exporrigere munitiones.

*23. A mane diei.) Nomen manethon, ut multo mane, Cic. lib. ne, regens patrium casum, ut v. Attic. ep. iv. et clarum mane, hic appareret; et adsumeo epi-Pers. sat. III. pr.*

### CAPUT XVIII.

*Considius absidione Acillæ Adrumetum se confert. Classis Vari, et M. Octavius duas naves hostiles capit cum uno centurione, et paucis tironibus; hi ante Scipionem pauca audacter locuti interficiuntur.*

**I**43 terim Considius, qui Acillam, et viii. cohortes stipendiarias Numidis, Gætulisque obsidebat, ubi C. Mæsius cohortibus præterat, diu, multumque experitus, magnisque operibus sæpe admotis, et iis ab oppidanis incensis, cum proficeret nihil, subito nuntio de equestri prælio allato commotus, frumento, cuius in castris copiam habuerat, incenso, vino, oleo, cæterisque rebus, quæ ad victum parari solent, corruptis, Acillam, quam obsidebat, deseruit: atque<sup>69</sup> itinere

*69. Itinere per regnum Juba breve iter ab Acilla (sive A-facto.) Longæ ambages, cum cholla est, sive oppidum aliud*

per regnum Jubæ facta, copias cum Scipione partitus, Adrumentum se recipit. Interea ex secundo commeatu, 44 quem a Sicilia misera Allienus, navis una, in qua fuerat Q. Cominius, et L. Ticida eques Romanus, ab residua classe cum erravisset, delataque esset vento ad Thapsum, a Virgilio scaphis, naviculisque actuariis excepta est, et ad Scipionem deducta. Item altera navis triremis ex eadem classe errabunda, ac tempestate 70 ad Ægimurum delata, a classe Vari, et M. Octavianii est capta, in qua milites veterani, cum uno centurione, et nonnulli tirones fuerunt: quos Varus asservatos sine contumelia deducendos curavit ad Scipionem. Qui, postquam ad eum pervenerunt, et ante suggestum ejus constituerunt: „Non vestra, *inquit*, sponte vos certo scio, sed illius scelerati vestri Imperatoris impulsu, et imperio coactos, cives, et optimum quemque nefariæ consecutari. Quos quoniam fortuna in nostram detulit potestatem, si id, quod facere debetis, Rempublicam cum optimo quoque defenditis, certum est vobis vitam, et pecuniam donare: quapropter, quid sentiatis, proloquimini.“ Hac habita oratione, Sci- 45 piø, cum existimasset pro suo beneficio sine dubio ab iis gratias sibi actum iri, potestatem iis dicendi fecit. Ex eis Centurio legionis xiv. „Pro tuo, *inquit*, summo beneficio, Scipio, tibi gratias ago, (non enim Imperatorem te appello) quod mihi vitam, incolumitatemque belli jure capto polliceris; et forsitan isto uterer beneficio, si non ei summum scelus adjungeretur. Egone contra Cæsarem Imperatorem meum, apud quem ordinem duxi, ejusque exercitum, pro cuius dignitate, victoriaque amplius xxxvi. annis depugnavi,

in tractatu maritimo, ubi tum  
Cæsar agebat ) Adrumentum  
recta via ferret. Vide quæ su-  
pra ad Cæs. B. Civ. cap. 14.  
sect. 38. notavimus. Aut Jubæ  
regnum supra provinciam Ro-  
manorum Africam in austro us-  
que ad mare Syrtium prolatum  
fuit: quod Iasra c. 30. sect. 77.

videtur significare.

70 *Ad Ægimurum. Insulam*  
*in Carthaginensi sinu.* Livius  
xxx. 24. *Ægymurus sinum ab*  
*alto claudit, in quo sita Car-*  
*thago est: triginta ferme mil-*  
*lia ab urbe, Græce Αἰγυμούρας*  
*Straboni, Αἴγιληπος, Ptole-*  
*mæo.*

adversus , armatusque consistam? Neque ego istud facturus sum , et te magnopere , ut de negotio desistas, adhortor. Contra cujus enim copias contendas , si minus antea expertus es , licet nunc cognoscas. Elige ex tuis cohortem unam , quam putas esse firmissimam , et constitue contra me. Ego autem ex meis commilitonibus , quos nunc in tua tenes potestate , non amplius x. sumam. Tunc ex virtute nostra intelliges , quid ex 46 tuis copiis sperare debeas.“ Postquam hæc centurio præsenti animo adversus opinionem ejus est locutus, ira percitus Scipio , atque animi dolore incensus , annuit centurionibus , quid fieri vellet , atque ante pedes centurionem interficit , reliquosque veteranos a tironibus jubet secerni. „Abducite , inquit , istos nefarios scelere contaminatos , et cæde civium saginatos.“ Sic extra vallum deducti sunt , et cruciabiliter interfici. Tirones autem jubet inter legiones dispartiri , et Cominium cum Ticida in conspectum suum prohibet adduci. Qua ex re Cæsar commotus , eos , quos in stationibus cum longis navibus apud Thapsum custodiæ causa esse jussérat , ut suis onerariis , longisque navibus præsidio essent , ob negligentiam ignominiae causa dimittendos ab exercitu , gravissimumque in eos edictum proponendum curavit.

## CAPUT XIX.

*Ingens saxorum nimbus coortus Cæsar is exercitum rebus necessariis carentem affigit.*

47 **P**er id tempus fere Cæsar is exercitui res accedit incredibilis auditu. Namque <sup>71</sup> Vergiliarum signo

<sup>71</sup> Vergiliarum signo confecto .) Vergiliæ sunt Plejades: confecto arguit occasum : sed quale n? Hæc, ut ex c. 16. sect. 37. apparet , Februario mense videntur accidisse , quo Plejadum nec cosmicus , nec aeronychus , neque heliacus occa-

sus datur. Propius tamen adulatus Februarius , aut Martii initium ab heliaco occasu abest , quam a cæteris , et Hirtius *febre per id tempus* dicendo , non plane eodem mense contigisse significat.

confecto, circiter vigilia secunda noctis, nimbus<sup>72</sup> cum  
saxe grandine subito est exortus ingens. Ad hoc autem  
incommodum accesserat, quod Cæsar non in ore su-  
periorum Imperatorum, in hibernis exercitum contine-  
bat; sed in tertio, quartoque die procedendo, pro-  
piusque hostem accedendo, castra communiebat, ope-  
reque faciendo, milites se circumspiciendi non habebant  
facultatem. Præterea ita ex Sycilia exercitum transpor-  
taverat, ut præter ipsum militem, et arma, neque  
vas, neque mancipium, neque ullam rem, quæ usui  
militi esse consuevit, in naves imponi pateretur. In  
Africam autem non modo sibi quidquam non acquisie-  
rant, aut paraverant, sed etiam propter annonæ ca-  
ritatem, ante parata consumpserant. Quibus rebus at-  
tenuati, oppido perquam pauci sub pelibus acquie-  
scebant. Reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, at-  
que arundinibus, corisque contextis permanebant. Ita-  
que subito imbre, grandineque consecuta, gravati pon-  
dere, tenebris, aquaque omnes subruti, disjectique,  
nocte intempesta, ignibus extinctis, rebusque ad vi-  
ctum pertinentibus omnibus corruptis, per castra pas-  
sim vagabantur, scutisque capita contezebant. Eadem  
nocte v. legionis pilorum cacumina sua sponte arserunt.

*85 Cum saxe grandine.) O-* do vocatur, cujus erassitudo si-  
lim editi *cum saxorum.* Post militidinem saxorum attulit.  
autem sect. 6. simpliciter *gran-*

## C A P U T   X X .

*Rex Juba cum magnis copiis ad Scipionem proficisci-  
tur. Scipio suas, et regis copias contra Cæsarem iturus  
instruit. Cæsar suos per juga summa ducere incipit.  
Labienus insidias Cæsari per quamdam vallem trans-  
ituro infelici eventu struit. Ejusdem La-  
bieni fuga.*

**R**ex interim Juba de equestri prælio Scipionis cer- 48  
tior factus: evocatusque ab eodem literis, præfecto  
Sabura cum parte exercitus contra Sitium relicto;

73 ut si cum ipse aliquid auctoritatis haberet, exercitus Scipionis a terrore Cæsar's liberaretur; cum III. legionibus, equitibusque frænatis CCC., Numidis sine frænis, peditibusque ejus armaturæ grandi numero, elephantisque XXX. egræssus e regno ad Scipionem est profectus. Postquam ad eum pervenit, castris regiis seorsum positis, cum eis copiis, quas commemoravi, haud ita longe ab Scipione consedit. Erat in castris Cæsar's superiori tempore magnus terror; et exspectatione copiarum regiarum exercitus ejus magna suspensione animi ante adventum Jubæ commovebatur. Postquam vero castra castris contulit, despexit ejus copiis, omnem terrorem deponit. Ita, quam antea absens habuerat auctoritatem, eam omnem præsens dimisserat. Quo facto facile fuit intellectum, Scipioni additum animum, fiduciamque regis adventu. Nam postero die universas suas, regisque copias cum elephantis LX. productas in aciem, quam speciosissime potuit, instruxit; ac paullo longius progressus a suis munitionibus, aut ita diu commoratus, se recepit in castra. Cæsar postquam animadvertisit, Scipioni auxilia fere quæ exspectasset, omnia convenisse, neque moram pugnandi ullam fore per jugum summum cum copiis progredi cœpit, et brachia protinus diducere, et castella munire, propiusque Scipio capiendo loca excelsa occupare contendit. Adversarii magnitudine copiarum confisi, proximum collem occupaverunt: atque ita longius progrediendi eripuerunt facultatem. Ejusdem collis occupandi gratia Labienus consilium ceperat, et quo propiore loco fuerat, eo celerius occurrerat. Erat convallis satis magna latitudine, altitudine prærrupta, crebris locis speluncæ in modum subrutis: 74 quæ erant transeunda

49

50

73 Ut si cum ipse aliquid.  
Libri variant; veteres ut secundum: recentium plures, inde a Scaligero, ut si cum: Goduini, ut si cum. Quod sequitur liberatur, a Beroaldo est ad sensum compleendum. Ideoque male sensus hic locus est.

74 Quæ erant transeunda.)  
Loca videlicet. Sic codex Victorii, vetus Venet. Hieronymi Bononi, item Gryphii, Posterius editi transgredienda, quasi speluncæ quod non cohæret. Regius cod. transgredienda, puta loca.

Cæsari ante, quam ad eum collem, quem capere volebat, perveniret: ultraque eam convallem olivetum vetus crebris arboribus condensum. Hic cum Labienus animadvertisset, Cæsarem, si vellet eum locum occupare, prius necesse esse, convallem, olivetumque transgredi, eorum locorum peritus, in insidiis cum parte equitatus, levique armatura consedit, et præterea post montem, collemque equites in occulto collocaverat; ut, cum ipse ex improviso legionarios adortus esset, ex colle se equitatus ostenderet, ut re duplici perturbatus Cæsar, ejusque exercitus, neque retro regredundi, neque ultra procedendi oblata facultate, circumventus concideretur. Cæsar, equitatu ante præmisso, inscius insidiarum cum ad eum locum venisset, abusi, sive oblii præceptorum Labieni, sive veriti, ne in fossa ab equitibus opprimerentur, rari, ac singuli de rupe prodire, et summa petere collis. Quos Cæsaris equites consecuti partim interfecerunt, partim 75 vivorum sunt potiti. Deinde protinus collem petere contenderunt; atque eum, decusso Labieni præsidio, celeriter occupaverunt. Labienus cum parte equitum vix fuga sibi peperit salutem.

*75 Vivorum sunt potiti.) Sic sunt. Antea excusi, vivi sunt potiti. At noster infra etiam c. 23. sect 61. virorum potiti sunt.*

## CAPUT XXI.

*Cæsar castra in quodam loco, quem cepit, mirabili arte munit. Juba, Scipio, et Labienus in Cæsaris legiones irrumperunt. Cæsarei Numidas usque ad castra regis insequuntur, Plures milites, Scipioni deficientes, se ad Cæsarem conferunt.*

**H**ac re per equites gesta, Cæsar legionibus opera distribuit, atque in eo colle, quo erat potitus, castra munivit. Deinde ab suis maximis castris per medium campum, e regione oppidi Uzitæ, quod inter sua castra, et Scipionis in planicie positum erat, tene-

## 510 DE BELLO AFRICANO

baturque a Scipione,<sup>76</sup> duo brachia instituit duci, et ita erigere, ut ad angulum dextrum, sinistrumque ejus oppidi convenienter. Id hac ratione opus instruebat, ut cum propius oppidum copias admovisset, oppugnare que coepisset, tecta latera suis munitionibus haberet, ne ab equitatus multitudine circumventus ab oppugnatione deterreretur: præterea, quo facilius colloquia fieri possent, et si qui profugere vellent, id, quod ante sæpe accidebat magno cum eorum periculo, tum facile, et sine periculo fieret. Voluit etiam experiri, cum propius hostem accessisset, haberetne in animo dimicare. Accedebat etiam ad reliquas causas, quod is locus depresso erat, putoque ibi nonnulli fieri poterant. Aquatione enim longa, et angusta utebatur. Dum hæc opera, quæ ante dixi, fiebant a legionibus; interim pars acie ante opus instructa sub hoste stabat. Equites barbari, levisque armaturæ præliis minutis 5<sup>2</sup> minus dimicabant. Cæsar ab eo opere cum jam vesperum copias in castra reduceret, magnō incursu, cum omni equitatu, levique armatura, Juba, Scipio, Labienus in legionarios impetum fecerunt. Equites Cæsariani vi universæ, subitæque hostium multitudinis pulsi parumper cesserunt. Quæ res aliter adversariis cecidit. Namque Cæsar, ex medio itinere copiis reductis, equitibus suis auxilium tulit. Equites autem adventu legionum animo addito, conversis equis in Numidas cupide insequentes, dispersosque impetum fecerunt, atque eos convulneratos usque in castra regia repulerunt, multosque ex iis interfecerunt. Quod ni in noctem prælium esset conjectum, pulvisque vento flatus<sup>77</sup> omnium prospectu offecisset, Juba cum Labieno capti in potestatem Cæsaris venissent, equitatusque cum levi armatura funditus ad internacionem deletus esset. Interim incredibiliter ex legionibus iv., et vi.

76. *Duo brachia instituit du-*  
ci.) *Munitiones instar brachiorum protentas: ut Bello Alexan-*  
*drino, cap. 9. sect. 30.*

77. *Omnium prospectu effeci-*  
*sse, Dandi casu in u. antiquo*

*mōre, ut ad libr. I. B. Gall.*  
*cap. II. sec. 16. demonstrati-*  
*mus. Ita autem Scaliger haud*  
*dubie ex MSS. et qui adhuc so-*  
*litū sunt eum subsequi. Priores*  
*editi prospectibus.*

Scipionis milites diffugere, partim in castra Cæsaris, partim in quas quisque poterat regiones pervenire. Itemque <sup>78</sup> equites Curioniani, difisi Scipioni, ejusque copiis complures se eodem conferebant.

<sup>78</sup> *Eques Curioniani.*) Li- ca cæsi. Vide l. II. de Bell. Civ. psius emendavit Elect. II. 22. extrem. Vul. *Curiani*  
Fuerunt enim Curionis in Afri-

## C A P U T XXII.

*Legiones ix. et x. diu in mare jactatæ, tandem ad Cæsarem perveniunt. Cæsar C. Avienum, A. Fontejum, et alios ab exercitu removet. Gætuli contra Juba ar- ma sumunt, cui rei Juba consulit. Cæsar castra munit. Hostes Cæsareos alloquuntur. Gætulorum fuga in Cæsa- ris castra. Scipio, et Juba vetant, M. Aquinum cum adversariis colloqui: is obedit, propter quod Juba su- perbiā exagerat Auctor.*

Dum hæc circum Uzitam ab urisque ducibus ad-  
ministrantur, legiones duæ ix. , et x. ex Sicilia na- 53  
vibus onerariis profectæ, cum jam non longe a por-  
tu Ruspinæ abessent, conspicatæ naves Cæsarianas,  
quæ in statione apud Thapsum stabant, veriti, ne in  
adversariorum, ut insidiandi gratia ibi commoran-  
tium, classem inciderent, imprudentes vela in altum  
dederunt, ac diu, multumque jactari, tandem multis  
post diebus siti, inopiaque confecti ad Cæsarem per-  
venerunt. Quibus legionibus expositis, memor in Ita- 54  
lia pristinæ licentiæ militaris, ad rapinarum certorum  
hominum, parvulam modo casulam nactus Cæsar,  
quod C. Avienus tribunus milit. x. legionis navem com-  
meatu, familia sua, atque jumentis occupavisset, ne-  
que militem unum ab Sicilia sustulisset; postero die de  
suggestu, convocatis omnium legionum tribunis, cen-  
turionibusque: “Maxime vellent, inquit, homines suæ  
petulantia, nimiæque libertatis aliquando finem fecis-  
sent, meæque lenitatis, modestiæ, patientiæque ra-  
tionem habuissent. Sed quoniam ipsi sibi neque modum

neque terminum constituunt, quo cæteri dissimiliter se gerant, egomet ipse documentum more militari constituam. C. Aviene, quod in Italia milites populi Romani contra Rempublicam instigasti, rapinasque per municipia fecisti: quodque mihi, Reique publicæ inutilis fuisti, et pro militibus tuam familiam, juventaque in naves imposuisti: tuaque opera, militibus tempore necessario Respublica caret, ob eas res, ignominiae causa, ab exercitu meo te removeo, hodieque ex Africa acesse, et quantum potes, proficisci jubeo. Itemque te, A. Fontei, quod tribunus militum seditiosus, malusque cives fuisti, ab exercitu dimitto. <sup>79</sup> T. Saline, M. Tiro, C. Clusiane, cum ordines in meo exercitu, beneficio, non virtute consecuti, ita vos gesseritis, ut neque bello fortes, neque pace boni, aut utilles fueritis, et magis in seditione concitandi milites adversus vestrum imperatorem, quam pudoris, modestiæque fueritis studiosiores; indignos vos esse arbitrор, qui in meo exercitu ordines ducatis; missosque facio, et quantum potestis, abesse ex Africa jubeo., Itaque tradidit eos centurionibus, et singulis non amplius singulis additis servis, in navi impunendos separatim curavit. Gætuli interim perfugæ, quos cum litteris, mandatisque a Cæsare missos <sup>80</sup> supra docuimus, ad suos cives pervenient; quorum auctoritate facile aducti, Cæsarisque nomine persuasi, a rege Juba desiscunt, celeriterque cuncti arma capiunt; contraque regem facere non dubitant. Quibus rebus cognitis, Juba distentus triplici bello necessitate coactus, de suis copiis, quas contra Cæsarem adduxerat, vi. cohortes in fines regni sui mittit, quæ essent præsidio contra

<sup>55</sup> Gætulos. Cæsar, brachiis perfectis, promotisque eo usque, ut telum ex oppido adiici non posset, castra munit. Ballistis, scorpionibusque crebris ante frontem castrorum, contraque oppidum collocatis, defensores muri detergere non intermittit, eoque v. legiones ex superioribus castris deducit. Qua facultate oblata, il-

<sup>79</sup> T. Saline.) De quo supra cap. II. sect. 28.

<sup>80</sup> supra docuimus.) Hujus libri cap. IZ. sect. 32.

lustriores, notissimum conspectum amicorum, propinquorumque efflagitabant, atque inter se colloquebantur. Quæ res quid utilitatis haberet, Cæsarem non fallebat. Namque Gætuli ex equitatu regio nobiliores, equitumque præfecti, quorum patres cum Mario ante meruerant, ejusque beneficio agris, finibusque donati, post Sullæ victoriam<sup>81</sup> sub Hiempalis regis erant potestate dati, occasione capta, nocte jam luminibus accensis, cum equis, calonibusque suis circiter m. perfugiunt in Cæsaris castra, quæ erant in campo proximo Uzitæ locata. Quod postquam Scipio, qui cum eo erant, cognoverunt, cum commoti ex tali incommode essent, fere per id tempus M. Aquinum cum C. Saserna colloquenter viderunt. Scipio mittit ad Aquinum, nil attinere eum cum adversariis colloqui. Cum nihilominus<sup>82</sup> ejus sermonem nuntius ad se referret, diceretque, ut reliqua, quæ vellet, perageret, viator postea ab Juba ad eum est missus, qui diceret, audiente Saserna: Vetal te Rex colloqui. Quo nuntio perterritus discessit, et dicto audiens fuit Regi. Usuvenisse hoc civi Romano miror, et ei, qui a populo Romano honores accepisset, incolumi patria, fortunisque omnibus, Jube barbaro potius obedientem fuisse, quam aut Scipionis obtemperasse nuntio, aut, cæsis ejusdem partis civibus, incolumem reverti malle. Atque etiam superbius Jubæ factum, non in M. Aquinum hominem novum, parvumque Senatorem; sed in Scipionem hominem illa familia, dignitate, honoribusque præstantem. Nam cum Scipio sagulo purpureo ante Regis adventum uti solitus esset, dicitur Juba cum eo egisse, non oportere illum eodem uti vestitu, atque

57

<sup>81</sup> Sub Hiempalis regis potestate.) Hic Hiempale II. est, Jubæ regis pater. Vide Hist. nostram Antiq. in Numidiæ regibus,

<sup>82</sup> Ejus sermonem nuntias ad se referret, diceretque.) Locus dubius nec uno modo expressus. Sic veteres. Scaliger, et recen-

tiores habent restaratque, tanquam Scipionis mandatum nuntius Aquino attulerit, ut restaret, et reliqua perageret. Goduinus ex codicim collatis vestigiis aliam emendationem tentat, nuntius ad eum (Scipionem) referret, se restare, ut, sed durior est, nihilque explicat.

ipse uteretur. Itaque factum est, ut Scipio ad album sese vestitum transferret; et Jubæ homini superbissimo, inertissimoque obtemperaret.

## CAPUT XXIII.

*Hostes, simulque Cæsar copias e castris eductas instruunt, cujus rei ordo, et ratio refertur.  
Vario eventu pugnat.*

58 **P**ostero die universas hominum copias de castris omnibus deducunt; <sup>83</sup> et supercilium quoddam excelsum nacti, non longe a Cæsaris castris aciem consti- tuunt, atque ibi consistunt. Cæsar item producit copias, celeriterque iis instructis, ante suas munitiones, quæ erant in campo, constitit: sine dubio existimans, ultro adversarios, cum tam magnis copiis, auxiliisque regis essent prædicti, promptiusque prosiluissent, ante se concursuros, propiusque se accessuros. Equo circumvectus, legionesque cohortatus, signo dato, accessum hostium aucupabatur. Ipse enim a suis munitionibus longius sine ratione non procedebat, quod <sup>84</sup> in oppido Uzitæ, quod Scipio tenebat, hostium erant cohortes armatae. Eadem autem oppido ad dextrum latus ejus cornu erat oppositum: verebaturque, ne, si prætergressus esset, ex oppido irruptione facta, ab latere eum adorti conciderent. Præterea hæc quoque eum causa tardavit, quod erat locus quidam perimpeditus ante aciem Scipionis, quem suis impedimentis ad ultro occurrentum fore existimabat. Non arbitror esse prætermittendum, quemadmodum exercitus utriusque fuerint in aciem instructi. Scipio hoc modo

59

<sup>83</sup> Et supercilium quoddam.) Eminentiam loci. Virgilius 1. Georg. v. 108.

*Ecce supercilio clivosi tramitis.  
Ubi Servius: altitudine, summitate terrarum.*

<sup>84</sup> In oppido Uzitæ.) Sic posteriores iude a Scaligero, qui

haud dubie in MSS. Invenit: ut Cicero ad Att. libr. v. ep. XVIII. in oppido Antiocbia: et Virgilius Æneid. III. vers. 293.

*...Burboti adscendimus urbem.  
Prius tamen editi in oppido Uzita, sexto casu, legunt.*

aciem direxit. Collocabat in fronte suas, et Jubæ legiones; postea autem Numidas in subsidiaria acie ita extenuatos, et in longitudinem directos; ut procul simplex esse acies media a legionariis militibus videretur: in cornibus autem duplex esse existimabatur. Elephantos dextro, sinistroque cornu collocaverat, æqualibus inter eos intervallis interjectis. Post autem elephantos, armaturas leves, Numidasque substituerat auxiliares. Equitatum frænatum universum in suo dextro cornu disposuerat: sinistrum enim cornu oppido Uzita claudebatur, neque erat spatium equitatus explicandi. Præterea Numidas, levisque armaturæ infinitam multitudinem ad dextram partem suæ aciei opposuerat, fere interjecto non minus m. passuum spatio, et ad collis radices magis appulerat, longiusque ab adversiorum, suisque copiis promoverat. Id hoc consilio, ut, cum acies 11. inter se concurrisserent initio certaminis, paullo longius ejus equitatus circumvectus, ex improviso clauderet multitudine sua exercitum Cæsaris, atque perturbatum jaculis configeret. Hæc fuit ratio Scipionis ea die præliandi. Cæsar autem acies hoc modo fuit collocata: ut ab sinistro ejus cornu ordiar, et ad dextrum perveniam. Habuit in sinistro cornu legionem ix., vii.; in dextro cornu xxx. xxix.; xiii., xiv., xxviii., xxvi. in media acie. Ipsum autem dextrum cornu, secundam aciem fere, in earum legionum parte cohortium collocaverat. Præterea ex tironum legionibus pauca adjecterat. Tertiam autem aciem in sinistrum suum cornu contulerat, et usque ad aciei sue medianam legionem porrexerat: et ita collocaverat, ut sinistrum suum cornu triplex esset. Id eo consilio fecerat, quod suum dextrum latus munitionibus adjuvabatur; sinistrum autem, ut equitatus hostium multitudini resistere posset, labrabat. Eodemque suum omnem contulerat equitatum, et, quod ei parum confidebat, præsidio his equitibus legionem v. præmiserat; levemque armaturam inter equites interposuerat. Sagittarios varie, passimque, locis certis, maximeque in cornibus collocaverat. Sic utrumque exercitus instructi, non plus passuum ccc. interjecto spatio, quod forte ante id tempus acciderat num-

quam, quin dimicaretur, a mane usque ad horam x.  
diei perstiterunt. Jamque Cæsar dum exercitum reducere intra munitiones suas cœpisset, subito universus equitatus ulterior Numidarum, Gætulorumque sine frænis  
ad dextram partem se movere, propiusque Cæsaris castra, quæ erant in colle, se conferre cœpit. Frænatus  
autem Labieni eques in loco permanere, legionesque  
distinere: cum subito <sup>85</sup> pars equitatus Cæsaris cum levi armatura contra Gætulos injussu, ac temere longius  
progressi, paludemque transgressi, multitudo dinem ho-  
stium sustinere pauci non potuerunt; levique armatura  
deserti, ac pulsi, convulneratique, uno equite amisso,  
multis equis sauciis, levis armaturæ xxvi. occisis, ad  
suos refugerunt. Quo secundo equestri prælio facto,  
Scipio lætus in castra nocte copias reduxit. <sup>86</sup> Quod  
proprium gaudium bellantibus fortuna tribuere non de-  
crevit: namque postero die Cæsar cum parte equitatus  
sui Leptim, frumenti gratia, misit. In itinere prædato-  
res equites Numidas, Gætulosque ex improviso adorti,  
circiter c. partim occiderunt, partim vivorum potiti sunt.  
Cæsar interim quotidie legiones in campum deducere, at-  
que opus facere, vallumque, et fossam per medium cam-  
pum ducere, adversariorumque <sup>87</sup> excursionibus offi-  
cere non intermittit. Scipio item munitiones contra fa-  
cere, et ne jugo a Cæsare excluderetur, approparet.  
Ita duces utrique et in operibus occupati erant, et ni-  
hilominus equestribus præliis inter se quotidie dimi-  
cabant.

<sup>85</sup> Pars equitatus.... progres-  
si.) Synthesis, historicis æque,  
ac poetis grata. Sallustius Ju-  
gurth. cap. 60. magna pars con-  
fecti vulneribus, abeunt.

<sup>86</sup> Quod proprium gaudium  
bellantibus.) Scaliger, credo,  
uncis primum suspectum quod  
inclusit.

<sup>87</sup> Excursionibus officere.)  
Raro hoc verbum cum accusan-  
di casu junctum, quod ita in-

solens est. Seb. Gryphio visum,  
ut iter hoc loco expungeret.  
Glandorpius vult exemplo Plau-  
tino illustrare Trucul. act. II.  
extr. te officiam: sed libri inde  
ab Aldino, quos scio, referunt  
omnes confidium. Passive tamen  
Lucretius II. vers. 155. officium  
dixit, et ipse Cic. I. de  
Or. c. 39. officeretur: quæ tran-  
situivæ notioni subveniunt.

## CAPUT XXIV.

*Varus Adrumetum proficiscitur; Cæsar L. Cispium, et Q. Aquilam ad Thapsum mittit in præsidium commeatut. Varus plures Aquila naves dissipat. Cæsar ut Leptim pervenit, hostium classem insequitur. Varus Adrumetum fugit. Cæsar plures hostium naves capit.*

**I**nterim Varus classem, quam antea Uticæ hiemis 6<sup>a</sup> gratia subduxerat, cognito legionis vii. , et viii. ex Sicilia adventu, celeriter dedit: ibique Gætulis remigibus, epibatisque complet; insidiandique gratia progressus Adrumetum cum iv. navibus pervenit. Cujus adventus inscius Cæsar L. Cispium cum classe xxvii. navium 8<sup>b</sup> ad Thapsum versus in stationem, præsidii gratia, commatusque sui, mittit: itemque Q. Aquilam cum xiii. navibus longis Adrumetum eadem de causa præmitit. Cispus, quo erat missus, celeriter pervenit. 8<sup>c</sup> Aquila tempestate jactatus, promontorium superare non potuit, atque angulum quemdam tutum a tempestate nactus, cum classe se longius a prospectu removit. Reliqua classis in salo ad Leptim, egressis remigibus, passimque in litore vagantibus, partim in oppido victas sui mercandi gratia progressis, vacua a defensoribus stabat. Quibus rebus Varus ex perfugis cognitis, occasionem nactus vigilia secunda 9<sup>d</sup> Adrumeto ex Cothonè egressus, primo mane

88 *Ad Thapsum versus.*) Sic veteres libri constanter: posteriores sine ad. Ratio saepe exposita. Vide vel hujus libri cap. 7. sect. 23. cum adnotatis nostris.

89 *Aquila tempestate jactatus superare.*) Vetus liber, quem saepe laudavi, interserit quædam, jactatus (cum classe proprius) promontorium, cætera: quæ vero, etiam a proximis, ut superflua, resecta sunt. Rubenius tamen Elect. II. 4. censem restituenda.

90 *Adrumeto ex Cothonè egressus.*) Portum quemdam Cothonè

significari non dubitatur. Strabo libr. xvii. Carthagini portum, seu navale hujus nominis tribuit, δ Σοθωνησιον, περικερές ἐκρισκω περιεχομένων, ἔχοντες νεωπόλινους ἑκατέων κύκλον. Et, si Servio credimus, ad Aeneid. I. vers. 427.

*Hic portus alii effodiunt.* Carthaginenses Cothona fossa utuntur, non naturali portu. Ad hujus similitudinem videntur Adrumeti suum portum etiam Cothonem dixisse.

Leptim universa classe vectus, naves onerarias, quæ longius a portu in salo stabant, incendit, <sup>91</sup> et penteres  
 63 duas vacuas a defensoribus nullo repugnante cepit. Cæsar interim celeriter per nuntios in castris, cum opera cir-  
 cuiret, certior factus, quæ aberant a portu millia pas-  
 suum iv., equo admisso, omissis omnibus rebus, ce-  
 leriter pervenit Leptim: ibique moratus, omnes ut se  
 naves consequerentur, primum ipse navigiolum parvum  
 concendit; in cursu Aquilam multitudine navigatorum  
 perterritum, atque trepidantem nactus, hostium clas-  
 sem sequi cœpit. Interim Varus celeritate Cæsaris,  
 audaciaque motus, cum universa classe, conversis na-  
 vibus, Adrumetum versus fugere contendit. Quem Cæ-  
 sar in millibus passuum iv. consecutus, recuperata quin-  
 queremi cum omnibus suis epibatis, atque etiam ho-  
 stium custodibus cxxx. in ea nave captis, triremem ho-  
 stium proximam, quæ in repugnando erat commorata,  
 onustam remigum, epibatarumque cepit. Reliquæ na-  
 ves hostium promontorium superarunt, atque Adru-  
 metum in Cothonem se universæ contulerunt. Cæsar eodem vento promontorium superare non potuit, at-  
 que in salo in anchoris ea nocte commoratus, prima  
 luce Adrumetum accedit; ibique navibus onerariis,  
 quæ erant extra Cothonem, incensis, omnibusque re-  
 liquis aliis aut subductis, aut in Cothonem compulsis,  
 paullisper commoratus, si forte vellent classe dimica-  
 64 re, rursus se recipit in castra. In ea nave captus est P.  
 Vestrius eques Romanus, et <sup>92</sup> P. Ligarius Afranianus,  
 quem Cæsar in Hispania cum reliquis dimiserat; et  
 postea se ad Pompejum contulerat; inde ex prælio effunge-  
 rat, in Africamque ad Varum venerat. Quem <sup>93</sup> ob per-  
 jorium, perfidiamque Cæsar jussit necari. P. Vestrio  
 autem, quod ejus frater Romæ pecuniam imperatam

<sup>91</sup> Et penteres duas.) πεντά-  
 πες, quinqueremis navis, ab  
 ἐπέντε. Vide cap. in hoc sect.  
 63, usus et Græco nomine est de  
 B. Alexandr. cap. 14. sect. 47.

<sup>92</sup> P. Ligarius Afranianus.)  
 Qui sub Afranio, Pompeji le-

gato, in Hispania militaverat.  
<sup>93</sup> Ob perjurium, perfidiamque.)  
 Quia jurejurando se obstrinx-  
 erat, cum dimitteretur a Cesa-  
 re, se contra ipsum haud am-  
 plius militaturum esset.

numeraverat, et quod ipse suam causam Cæsari pro-  
baverat, se Nasidii classe captum, cum ad necem du-  
ceretur, beneficio Vari esse reservatum, postea facul-  
tatem sibi nullam datam transeundi, ignovit.

## CAPUT XXV.

*Mos Africanorum, qui frumentum sub terra condunt.  
Labienus castra in quodam colle ponit, per quem Cæsar  
transitus est; insidiantes fugat. Labienus suis fru-  
stra occurrit. Juba de iis, qui fugerant,  
supplicium sumit.*

**E**st in Africa consuetudo incolarum, ut in agris, 65  
et in omnibus fere villis sub terra specus, conden-  
di frumenti gratia, clam habeant; atque id propter bel-  
la maxime, hostiumque subitum adventum præparent.  
Qua de re Cæsar certior per indicem factus, tertia vi-  
gilia legiones  $\text{II}$ . cum equitatu mittit a castris suis mil-  
lia passuum  $\text{x}$ , atque inde magno numero frumenti onu-  
stos recipit in castra. Quibus rebus cognitis, Labienus  
progressus a suis castris milia passuum  $\text{vii}$ . per jugum, er  
collem, per quem Cæsar pridie iter fecerat, ibi castra  
 $\text{II}$ . legionum facit; atque ibi ipse quotidie existimans  
Cæsarem eadem sæpe frumentandi gratia commeaturum,  
cum magno equitatu, levique armatura insidiaturus locis  
idoneis consedit. Cæsar interim de insidiis Labieni ex 66  
perfugis certior factus, paucos dies ibi commoratus,  
dum hostes quotidiano instituto sæpe idem faciendo in  
negligentiam adduceretur, subito mane imperat porta  
Decumana legiones se  $\text{viii}$ . veteranas cum parte equi-  
tatus sequi. Atque, equitibus præmissis, nec opinantes  
insidiatores subito in convallibus latentes levi armatura  
concidit circiter  $\text{D}.$ ; reliquos in fugam turpissimam con-  
jicit. Interim Labienum cum universo equitatu fugienti-  
bus suis suppetias occurrit. Cujus vim multitudinis cum  
equites pauci Cæsariani jam sustinere non possent, Cæ-  
sar instructas legiones hostium copiis ostendit. Quo fa-  
cto perterritio Labieno, ac retardato, suos equites recepit  
incolumes. Postero die Juba Numidas eos, qui loco

amisso fuga se receperant in castra, in cruce omnes sufficit.

## CAPUT XXVI.

*Cæsar, dato negotio obsidendi Adrumetum, et Thapsum Cispio, et Aquilæ, ad ohsidendum oppidum Agar proficiscitur. Cæsarem subsequitur. Cæsar oppido Zetta potitur.*

67 **C**æsar interim, quoniam frumenti inopia premebatur, copias omnes in castra conductit, atque præsidio Lepti, Ruspinæ, Accillæ relicto, Cispio, Aquilæque classe tradita, ut alter Adrumetum, alter Thapsum mari obsideret, ipse, castris incensis, iv. noctis vigilia, acie instructa, impedimentis in sinistra parte collocatis, ex eo loco proficiscitur, et peruenit<sup>94</sup> ad oppidum Agar, quod a Gætulis saepe antea oppugnatum, summaque vi per ipsos oppidanos erat defensum. Ibi in campo castris unis positis, ipse frumentatum circum villas cum parte exercitus profectus, magno invento hordei, olei, vini, fici numero, pauco tritici, atque recreato exercitu, rediit in castra. Scipio interim, cognito Cæsaris discessu, cum universis copiis per jugum Cæsarem subsequi cœpit; atque ab ejus castris millia passuum vi. longe, trinis castris dispartitis copiis, consedit.<sup>95</sup> Oppidum erat Zetta, quod aberat a Scipione millia passuum x. ad ejus regionem, et partem castrorum collocatum, a Cæsare autem diversum, ac remotum, quod erat ab eo longe millia passuum xviii. Huc Scipio legiones ii. frumentandi gratia misit. Quod postquam Cæsar ex perfuga cognovit, castris ex campo in collem, ac tutiora loca collocatis, atque ibi præsidio relicto, ipse iv. vigilia egressus, præter hostium castra proficiscitur cum copiis, et oppido potitur.

<sup>94</sup> *Ad oppidum Agar.*) xvi. millibus passuum a Thapsu situm *infr. c. 31. sect. 79.* Unde conjectura de positione.

<sup>95</sup> *Oppidum erat Zetba.)* Nec hujus oppidi situs est certior.

Quidam putant Strabonis *Zel-lum* esse. Ortelius longius aberrat, Ptolemai *Ze ðæ Zeithæ* promontorium, ultra Syrheum minorem situm huc retrahens.

Legiones Scipionis comperit longius in agris frumentari: et, cum eo contendere conaretur, animadvertisit copias hostium iis legionibus occurrere suppetias. Quæ res ejus impetum retardavit. Itaque, capto C. Mutio Regino equite Romano, Scipionis familiarissimo, qui ei oppido prærerat, et P. Atrio equite Romano de conventu Uticensi, et camelis xxii. regis adductis, præsidio ibi cum Oppio legato relicto, ipse se recipere cœpit ad castra.

## CAPUT XXVII.

*Labienus, et Afranius egressi ex insidiis prælium cum Cæsareis sæpius committunt, majus tamen damnum ipsi patiuntur.*

Cum jam non longe a castris Scipionis abesset, 69 quæ eum necesse erat prætergredi; Labienus, Afraniusque cum omni equitatu, levique armatura, ex insidiis adorti, agmini ejus extremo se offerunt, atque ex collibus primis existunt. Quod postquam Cæsar animadvertisit, equitibus suis hostium vi oppositis, sarcinas legionarios in acervum jubet comportare, atque celeriter signa hostibus inferre. Quod postquam cœptum est fieri, primo impetu legionum equitatus, et levis armatura hostium nullo negotio loco pulsa, et dejecta est de colle. Cum jam Cæsar existimasset hostes pulsos, deterritosque finem lacessendi facturos, et iter cœptum pergere cœpisset, iterum celeriter ex proximis collibus erumpunt: atque eadem ratione, qua antea dixi, in Cæsaris legionarios impetum faciunt Numidæ, levisque armaturæ, mirabili velocitate prædicti; qui inter equites pugnabant, et una, pariterque cum equitibus accurrere, et refugere consueverant. Cum hoc sæpius ficerent, et Julianos proficiscentes insequerentur, et refugerent instantes, propius non accederent, et singulari genere pugnæ uterentur, eosque jaculis convulnerare satis esse existimarent, Cæsar intellexit, nihil aliud illos conari, nisi ut se cogerent castra in loco ponere, ubi omnino aquæ nihil esset; ut exercitus ejus jejonus, qui a quarta vigilia usque ad horam x. diei nihil gustasset, ac jumenta siti perirent. Cum jam 70

ad solis occasum esset, et non totos c. passus in horam iv. esset progressus, equitatu suo, propter equorum interitum, extremo agmine remoto, legiones invicem ad extremum agmen evocabat. Ita vim hostium placide, leniterque procedens, per legionarium militem commodius sustinebat. Interim equitum Numidarum copiae dextra, sinistraque per colles percurrende, coronaque in modum cingere multitudine sua Cæsar's copias, pars agmen extremum insequi: Cæsar autem non amplius tres, aut quatuor milites veterani, si se convertissent, et pila viribus contorta in Numidas infestos conjectissent, amplius ii. millium numero ad unum terga vertebant, ac rursus ad aciem passim, conversis equis, se colligebant, atque in spatio consequabantur, et jacula in legionarios conjiciebant. Ita Cæsar modo procedendo, modo resistendo, tardius itinere confecto, noctis hora prima omnes suos ad unum in castra incolumes, sauciis x. factis, reduxit. Labienus circiter ccc. amissis, multis vulneratis, ac defessis, instando omnibus, ad suos se recepit.

## CAPUT XXVIII.

*Scipio legiones in castra reducit: at Cæsar suos exercet, quoque ratione sese contra hostes gerere debeant, edocet: ànde hostes ad pugnam invitati, quam illi respuunt.*

*Legati ex oppido Vacca ad Cæsarem veniunt, atque ab eo auxilium poscunt.*

**S**cipio interim legiones productas cum elephantis, quos ante castra in acie terroris gratia in conspectu Cæsar's collocaverat, reducit in castra. Cæsar contra ejusmodi hostium genera copias suas, non ut Imperator exercitum veteranum, victoremque maximis rebus gestis, sed <sup>96</sup> ut lanista tirones gladiatores, conducefacere, quo pede se recipierent ab hoste, et quemadmodum obversi adversariis, et in quantulo spatio resisterent, modo procurrerent, modo recederent,

<sup>96</sup> Ut lanista tirones gladiatores, quos docebat, et præparabat ad depugnandum.

communarenturque impetum, ac prope quo loco, et quemadmodum tela mitterent, præcipit. Mirifice enim hostium leve armatura, anxum exercitum nostrum, atque sollicitum habebat: quia et equites deterrebat prælium inire propter equorum interitum, quod eos jaculis interficiebat; et legionarium militem defatigabat propter velocitatem. Gravis enim armaturæ miles simul atque ab his insectatus constiterat, in eosque impetum fecerat, illi veloci cursu facile periculuni vabant. Quibus ex rebus Cæsar vehementer commovebatur: quia quodcumque prælium, quoties erat commissum, equitatu suo, sine legionario milite, hostium equitatu, levique armaturæ eorum nullo modo par esse poterat. Sollicitabatur autem his rebus, quod nondum hostium legiones cognoverat; et quonam modo sustinere se posset ab eorum equitatu, levique armatura, quæ erat mirifica, si legiones quoque accessissent. Accedebat etiam hæc causa, quod elephantorum magnitudo, multitudineque militum animos detinebat in terrore: cui uni rei tamen invenerat remedium. Namque <sup>97</sup> elephantes ex Italia transportari jusserat, quo et miles noster speciem, et virtutem bestiæ cognosceret, et cui parti corporis ejus telum facile adjici posset; ornatusque, ac loricatus elephans cum esset, quæ pars ejus corporis nuda sine tegmine relinquetur, ut eo tela conjicerentur, præterea ut jumenta bestiarum odorem, stridorem, speciem consuetudine captarum non reformidarent. <sup>98</sup> Quibus ex rebus largiter

<sup>97</sup> *Elephantos ex Italia transportari.* Veteres libri scripti, et impressi in *Italiam*: quod Gondinus tuendum suscepit. At si in Italia milites ad suetum elephantes fuerunt, unde novus in Africa metus? cur terroris gratia (hoc libr. sect. 70. ante castra Scipio produxit.) Ciacconius hoc primum vidit, deinde Lyspius (*Elect. II. 22. et ex Italia legendum censuerunt.*) Confirmat Dio Cassius I. xlii. sub initium

\* *Kατωρ εἰς τῆς ἡπαλας ἐλέ-*

*Φαντας μετεπέμψετο.*

<sup>98</sup> *Quibus ex rebus largiter erat consecutus.* ) Locus male sanus. Scaliger hamatis virgulis verba *quibus ex rebus inclusit*, quasi aliena: quem adhuc fere omnes editores secuti sunt. Cui displicet brevitas, *Largiter erat consecutus*, nec cætera putat frustra in libris esse, forte non inepte sic, ut simili modo suppleverit. *Quibus ex rebus*, quod optaverat, *largiter est consecutus.*

erat consecutus; nam et milites bestias manibus pertractabant, earumque tarditatem cognoscebant; equitesque in eas<sup>99</sup> pila præpilata conjiciebant, atque in consuetudinem equos patientia bestiarum adduxerant.

73 Ob has causas, quas supra commemoravi, sollicitabatur Cæsar, tardiorque, et consideratior erat factus, et ex p̄istina bellandi consuetudine, celeritateque excesserat. Nec mirum: copias enim habebat in Gallia bellare consuetas locis campestribus, et contra Gallos homines apertos, minimeque insidiosos, qui per virtutem, non per dolum dimicare consueverunt. Tum autem erat ei laborandum, ut consuefaceret milites hostium dolos, insidias, artificia cognoscere, et quid sequi, quid vitare conveniret. Itaque quo hæc celerius conciperent, dabat operam, ut legiones non in uno loco continerent, sed per causam frumentandi, huc, atque illuc raptaret: ideo quod hostium copias ab se, suoque vestigio non discessuras existimabat. Atque post diem IIII. productas accuratius suas copias, sicut instruxerat, propter hostium castra prætergressus, æquo loco iavit ad dimicandum. Postquam eos abherrore videt, reducit sub vesperum legiones in castra. Legati interim<sup>100</sup> ex oppido Vacca, quod finitimum fuit Zettæ, cuius Cæsarem potum esse demonstravimus, veniunt: petunt, et obsecrant, „ut sibi præsidium mittat: se res complures, quæ utiles bello sint, administraturos. Per id tempus,<sup>1</sup> Deorum voluntate, studioque erga Cæsarem<sup>2</sup> transfuga suos cives facit certiores, Jubam regem celeriter cum copiis suis, ante-

<sup>99</sup> *Pila præpilata.*) Non cuspidē præfixa, sed obtuso acuminata, et instar pilæ rotunda. Plinius I. ix. 30. de locustæ mariæ cornibus, sunt propria rotunditate præpilata. Et Quinetilianus I. v. 12. Declamationibus ad pugnam forensem velut præpilata exerceri solebamus. Lipsium lege Poliorcel. I. iv. dialog. iv.

<sup>100</sup> *Ex oppido Vacca.*) Neque de hoc oppido plura constant, quam finitimum fuisse Zellæ,

atque ita in Africa propria. Alia ergo Vacca Numidiæ, forum rerum venalium totius regni, de qua Salust. Jugurth. 2. 47. et alibi.

<sup>1</sup> *Deorum voluntate, studioque erga Cæsarem.*) Glossema hæc verba Lipsius Elect. 11. 22. censet; inepte enim intrusa sunt, nec cum cæteris cibærent.

<sup>2</sup> *Transfuga suos cives.*) Vacceenses legatos, qui cum Cæsare erant.

quam Cæsar præsidium eo perveniret, ad oppidum accurrisse, atque adveniente multitudine circumdata eo potitus: omnibusque ejus oppidi incolis ad unum interfectis, dedisse oppidum diripiendum, delendumque militibus.<sup>4</sup> 3 Cæsar interim, lustrato exercitu ad xii. Kal. April. postero die productis universis copiis, processus a suis castris millia passuum v. a Scipionis circa 75  
citer 11. millium interjecto spatio, in acie constitit. Postquam satis, diuque adversarios a se ad dimicandum invitatos supersedere pugnæ animadvertisit, reducit copias.

*3 Cæsar ... processus a suis in processu ætate. Et cognato castris.) Id est, progressus. Rara verbo Rutilius v. 313. decessis forma participi: tamen etiam umbris.*  
Scribonius Lurgus Compos. C.

## CAPUT XXIX.

*Cæsar ad oppidum Sarsuram iter habet. Labienus dum Cæsar præsidium extrellum agmen infestat, pulsus turpiter fugit, postea iterum subsequitur Cæsareos. Oppido Sarsura potitus Cæsar Tisdrum pervenit, inde redit ad Agar; quo et Scipio se confert.*

P ostero die castra movet, atque iter <sup>4</sup> ad oppidum Sarsuram, ubi Scipio Numidarum habuerat præsidium, frumentumque comportaverat, ire contendit. Quod ubi Labienus animadvertisit, cum equitatu, levique armatura agmen ejus extrellum carpere cœpit; atque ita lixarum, mercatorumque, qui plaustris merces portabant, interceptis sarcinis, addito animo, propius, audaciusque accedit ad legiones, quod existimabat milites sub onere, ac sarcinis defatigatos pugnare non posse. Quæ res Cæsarem non fellerat; namque expeditos ex singulis legionibus tricenos milites esse jusserat. Itaque eos in equitatum Labieni immissos turmis suorum suppetias mittit. Tum Labienus, conversis equis, signorum con-

*4 Ad oppidum Sarsuram) Videri posset Ptolemæi Sarsura esse, nisi hæc longius in austrum,* quam Cæsar præsidium tenebat, deducta esset.

spectu perterritus, turpissime contendit fugere, multis ejus occisis, compluribus vulneratis. Milites legionarii ad sua se recipiunt signa, atque iter incepum ire cœperunt. Labieaus per jugum summum collis dextrorsus procul milites subsequi non desistit. Postquam Cæsar ad oppidum Sarsuram venit, inspectantibus adversariis, imperfecto præsidio Scipionis, cum suis auxilium ferre non auderent, fortiter repugnante <sup>5</sup> P. Cornelio Scipione evocato, qui ibi præerat, atque a multitudine circumvento, imperfectoque, oppido potitur: atque ibi frumento exercitui dato, postero die ad oppidum Tisdrum pervenit, in quo Considius per id tempus fuerat cum grandi præsidio, cohorteque sua gladiatorum. Cæsar, oppidi natura perspecta, <sup>6</sup> atque inopia ab oppugnatione ejus deterritus, protinus profectus circiter millia passuum iv. ad aquam facit castra, atque inde iv. die egressus, reddit rursus ad ea castra, quæ ad Agar habuerat. Idem facit Scipio, atque in antiqua castra copias reducit.

<sup>5</sup> P. Corn. Scipione evocato.)  
De evocatis dixit ad lib. vii. B.  
Gall. c. 24. sect. 65. etad i. Civ.  
c. 8. sect. 17.

<sup>6</sup> Atque inopia deterritus.) Lipsius dicto loco aquæ inopia, non

atque legit, quod locus castorum, de quo proxime sequitur, suadet. Alii inopia rerum, ad oppugnationem necessariarum, deterritum autumant.

### CAPUT XXX.

*Thabenenses Legati a Cæsare auxilium petunt, idque impetrant, Cæsar suos milites jam instructos jubet in hostes impetum facere, a quibus acriter pugnatur; tandem hostes fugiunt. Pacidius pilo ictus interit.*

**T**habenenses <sup>7</sup> interim, qui sub ditione, et potestate Jubæ esse consuissent, in extrema ejus regni regione maritima locati, imperfecto regio præsidio, legatos ad Cæsarem mittunt; rem a se gestam docent. Petunt, orantque, ut suis fortunis, de populo Roma-

<sup>7</sup> Thabenenses sub ditione Iuba.) Et hi incogniti, ab oppido Teabenu, quod mox memoratur, dicti. Dicuntur in extrema regni regione maritima locati. Vide quæ supra c. 18. sect. 43. notavimus.

no quod bene meriti essent, auxilium ferret. Cæsar, eorum consilio probato, M. Crispum Tribunum cum cohorte, et sagittariis, tormentisque compluribus præsidio Thabenam mittit. Eodem tempore ex legionibus omnibus milites, qui aut morbo impediti, aut <sup>8</sup> commeatu dato, cum signis non potuerant ante transire in Africam, ad millia iv. equites, et funditores, sagitariique <sup>9</sup> uno commeatu Cæsari occurrerunt. Itaque tum his copiis, et omnibus legionibus eductis, sicut erat instructus, viii. millibus passuum a suis castris, ab Scipionis vero iv. millibus passuum longe constituit in campo. Erat <sup>10</sup> oppidum infra castra Scipionis nomine Tegea, ubi præsidium equestre circiter cōhabere consueverat. Eo equitatu dextra, sinistraque directo ab oppidi lateribus, ipse, legionibus ex castris eductis, atque in jugo inferiore instructis, non longius fere m. passuum ab suis munitionibus progressus, in acie constituit. Postquam diutius in uno loco Scipio commorabatur, et tempus diei in otio consumebatur, Cæsar equitum turmas suorum jubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem, levemque armaturam, sagittarios, funditoresque eodem submittit. Quod ubi cœptum est fieri, et equis concitatis Juliani impetum fecissent, Pacidius suos equites exporrigere cœpit in longitudinem, ut haberent facultatem turmas Julianas circumfundere, et nihilominus fortissime, acerrimeque pugnare. Quod ubi Cæsar animadvertisit, ccc., quos ex legionibus habere expeditos consueverat, ex proxima legione, quæ ei prælio in acie constiterat, jubet equitatui succurrere. Labienus interim suis equitibus auxilia equestria submittere, sauciisque, ac defatigatis integrlos, recentioribusque viribus equites subministrare. Postquam equites Juliani cōd. vim hostium ad iv. millia numero sustinere non poterant, et a levi armatura Numidarum

<sup>8</sup> Commeatu dato.) Venia ad suos, vel alio abeundi a signis.

<sup>9</sup> Uno commeatu.) Una navigatione, transportatione.

<sup>10</sup> Oppidum nomine Tegea.) Er-

rant, quibus eadem hæc Ptolemaei Tege est, quæ longissime ab hac belili sede in interiora accedit, Sirti majori, quam minori, propior.

vulnerabantur, <sup>11</sup> minutatimque cedebant, Cæsar alteram alam mittit, qui <sup>12</sup> sat agentibus celeriter occurserent. Quo facto sui sublati universi in hostes impressione facta, in fugam adversarios dederunt, multis occisis, compluribus vulneratis. Insecuti per <sup>111.</sup> millia passuum, usque in colles hostibus adactis, se ad suos recipiunt. Cæsar in horam x. commoratus, sicut erat instructus, se ad sua castra recepit, omnibus incolubus. In quo prælio Pacidius graviter <sup>13</sup> pilo per cassidem caput ictus, compluresque duces, ac fortissimus quisque interfecti, vulneratique sunt.

<sup>11</sup> Minutatimque cedebant.) Verus codex cædebantur.

<sup>12</sup> Sat agentibus.) Laborantibus Julianis subvenirent, satagere enim est anxie torqueri difficultate rei conficiendæ.

<sup>13</sup> Pilo per cassidem caput ictus.) Circa caput, in capite, Græca ellipsi præpositionis κατά. Sic infra c. 33. sect. 85. brachium gladio percussus.

### CAPUT XXXI.

Cæsar Thapsum petit, ibique castris positis, oppidum munit. Scipio cum Cæsare pugnaturus prope Thapsum castra ponit. Cæsar ad Scipionis castra proficiscitur, ibique suos ad pugnam incitat.

<sup>79</sup> **P**ostquam nulla conditione cogere adversarios poterat, ut in æquum locum descenderent, legionumque periculum facerent; neque ipse propius hostem castra ponere propter aquæ penuriam se posse animadverteret, <sup>14</sup> adversarios non eorum virtute confidere, <sup>15</sup> sed aquarum inopia fretos despicere se intellexit: pridie nonas Aprilis tertia vigilia egressus ab Agar xvi. millia passuum nocte progressus, ad Thapsum, ubi Vergilius cum grandi præsidio præerat, castra ponit: oppidumque eo die circummunire coepit, locaque idonea, opportunaque complura præsidii occupare: ne hostes intrare ad se, ac loca interiora ca-

<sup>14</sup> Adversarios non eorum virtute confidere.) Non sua vir-

<sup>15</sup> Sed aquarum inopia.) MSS. tres copia. Vide Goduin. Inopis Cæsaris: copia Scipionis.

pere possent. Scipio interim cognitis Cæsaris consiliis, ad necessitatem adductus dimicandi, ne per summum dedecus fidissimos suis rebus Thapsitanos, et Vergilium amitteret, confestim Cæsarem per superiora loca consecutus, millia passuum viii. a Thapso binis castris consedit. Erat stagnum salinarum, inter quod et mare angustæ quedam non amplius mille, et quingentos passus intererant, quas Scipio iactare, et Thapsitanis auxilium ferre conabatur, quod futurum, Cæsarem non fefellerat. Namque pridie in eo loco castello munito, ibique trino præsidio relicto, ipse cum reliquis copiis, lunatis castris, Thapsum operibus circumunivit. Scipio interim exclusus ab incepto itinere, supra stagnum postero die, et nocte confecta, cœlo albente, non longe a castris, præsidiisque, quod supra commemoravimus, mc. passibus, ad mare versus consedit, et castra munire cœpit. Quod postquam Cæsari nuntiatum est, milite ab opere deducto, castris præsidio Asprenate proconsule cum legionibus ii. relicto, ipse<sup>16</sup> cum expedita copia in eum locum citatim contendit, classisque parte ad Thapsum relata, reliquas naves jubet post hostium tergum quam maxime ad litus appelli, signumque suum observare: quo signo dato, subito clamore facto, ex improviso hostibus aversis incederent terrorem, ut perturbati, ac perterriti respicere post terga cogerentur. Quo postquam Cæsar pervenit, et animadvertisit aciem pro vallo Scipio-<sup>8x</sup> nis castris, elephantisque dextro, sinistroque cornu collocatis, et nihilominus partem militum castra non ingaviter munire; ipse, acie triplici collocata, legatione x., secundaque dextro cornu, viii. et ix. sinistro, oppositis v. legionibus in quarta acie, ante ipsa cornua quinis cohortibus, contra bestias collocatis, sagittariis, funditoribus in utrisque cornibus dispositis, levique armatura inter equites interjecta, ipse pedibus circum milites concursans, virtutesque veteranorum, præliaque superiora commemorans, blandeque apellans, ani-

<sup>16</sup> Cum expedita copia.) Cum pedita. Vide supra cap. 4. sect. copiis, seu parte exercitus ex- 10.

mos eorum excitabat. Tirones autem, qui nunquam in acie dimicassent, hortabatur, „ut veteranorum virtutem æmularentur, eorumque famam, nomen, locumque, victoria parta, cuperent possidere.“ Itaque in circumeundo exercitum, animadvertisit hostes circa vallem trepidare, atque ultiro, citroque pavidos concursare, et modo se intra portas recipere, modo inconstanter, immoderateque prodire. Cumque idem a pluribus animadvertisi cœptum esset, subito legati, evocatique obsecrare Cæsarem, „ne dubitaret signum dare; <sup>17</sup> victoriam sibi propriam a Diis immortalibus portendi.“

<sup>17</sup> Victoriam sibi propriam.) Ut supra cap. 12. sect. 32.

## CAPUT XXXII.

*Dato pugnæ signo Cæsar in hostes irrumpit, præliumque committit. Commendatur egregium facinus cùjusdam militis cum elephanto pugnantis.*

**D**ubitante Cæsare, atque eorum studio, cupiditatis resistente, sibique eruptione pugnari non placere clamitante, et etiam atque etiam aciem sustentante; subito dextro cornu, injussu Cæsaris, tubicen a militibus coactus canere cœpit. Quo facto ab universis cohortibus signa in hostem cœpere inferri, cum centuriones pectore adverso resisterent, vique contineant milites, ne injussu Imperatoris concurrerent, nec quidquam proficerent. Quod postquam Cæsar intellexit, incitatis militum animis resistiri nullo modo posse, <sup>18</sup> signo „Felicitatis dato, equo amissio in hostem contra principes ire contendit. A dextro interim cornu funditores, sagittarique concita tela in elephantos frequentes injiciunt. Quo facto bestiæ stridore fundarum, lapidumque perterritæ, sese convertere, et suos post

<sup>18</sup> Signo Felicitatis dato.) Tessera suis inter pugnandum data verbo FELICITAS.

se frequentes, stipatosque proterere, et in portas valli semifactas ruere contendunt. Item Mauri equites, qui in eodem cornu cum elephantis erant, præsidio deser-<sup>84</sup>ti principes fugiunt. Ita celeriter bestiis circuitis, le-  
giones vallo hostium sunt potitæ: et paucis acriter re-  
pugnantibus interfectis, reliqui concitati in castra, un-  
de pridie erant egressi, confugiunt. Non videtur esse  
prætermittendum de virtute militis veterani v. legio-  
nis. Nam cum in sinistro cornu elephantus vulnere i-  
ctus, et dolore concitatus in lixam inermem impetum  
fecisset, eumque sub pede subditum, genu innixus,  
pondere suo, proboscide erecta, vibrantique stridore  
maximo premeret, atque enecaret: miles hic non po-  
tuit pati, quin se armatum bestiæ offerret. Quem post-  
quam elephantus ad se telo infesto venire animadver-  
tit, relicto cadavere, militem proboscide circumdat,  
atque in sublime extollit armatum. Qui in ejusmodi  
periculo cum constanter agendum sibi videret, gladio  
proboscideum, quo erat circumdatus, cædere quantum  
viribus poterat non destitit: quo dolore adductus ele-  
phantus, milite abjecto, maximo cum stridore, cur-  
suque conuersus, ad reliquas bestias se recepit.

## C A P U T   XXXIII.

*Oppidani fugituri ex Thapso erumpunt, sed in oppidum  
repelluntur. Scipionis copiæ in regia castra fugiunt,  
ultimo a Cæsareis occiduntur. Cesar castris potitus,  
Vergilium frustra ad deditiōnem invitat. Uticam  
profiscitur.*

**I**nterim Thapso qui erant præsidio, ex oppido eru-<sup>85</sup>  
ptionem porta maritima faciunt: et, sive ut suis sub-  
sidio occurrerent, sive ut, oppido deserto, fuga salu-  
tem sibi pararent, egrediuntur, atque ita <sup>19</sup> per mare  
umbilici fine ingressi, terram petebant. Qui a servis,  
puerisque, qui in castris erant, lapidibus, pilisque pro-

<sup>19</sup> Per mare umbilici fine.) fragm. ex libr. iii. Hist. Ane in-  
Umbilico tenuis. Sic Sallustius galum ingreduntur mare.

hibiti terram attingere, rursus se in oppidum receperunt. Interim Scipionis copiis prostratis, passimque toto campo fugientibus, confestim Cæsar's legiones consequi, spatiumque se non dare colligendi. Qui postquam ad ea castra, quæ petebant, perfugerunt, ut refectis castris rursus sese defenderent; ducem aliquem requirunt, quem respicerent, cuius auctoritate, imperioque rem gererent. Qui postquam adverterunt, neminem ibi esse præsidio, protinus<sup>20</sup> armis abjectis, in regia castra fugere contendunt. Quo postquam pervenerunt, eaque ab Julianis teneri vident; desperata salute, in quodam colle consistunt, atque armis demissis, salutationem more militari faciunt. Quibus miseris ea res parvo præsidio fuit. Namque milites veterani ira, et dolore incensi, non modo, ut parcerent hosti, non poterant adduci, sed etiam ex suo exercitu illustres urbanos,<sup>21</sup> quos auctores appellabant, complures aut vulnerarunt, aut interfecrunt: in quo numero fuit Tullius Rufus quæstorius, qui pilo transiectus consulto a milite interiit. Item Pompejus Rufus<sup>22</sup> brachium gladio percussus, nisi celeriter ad Cæsarem accurisset, interfectus esset. Quo facto complures equites Romani, senatoresque perterriti ex prælio se receperunt, ne a militibus, qui ex tanta victoria licentiam sibi assumpsissent immoderate peccandi, impunitate propter maximas rès gestas, ipsi quoque interficerentur. Itaque ii omnes Scipionis milites, cum fidem Cæsar's implorarent, inspectante ipso Cæsare, et a militibus deprecante, eis uti parcerent, 86 ad unum sunt interfici. Cæsar trinis castris potitus, occisisque hostium x. millibus, fugatisque compluribus, se recepit, l. militibus amissis, paucis sauciis, in castra: ac statim ex itinere ante oppidum Thapsum constitit, elephantesque LXIV. ornatos, armatosque cum

<sup>20</sup> *Armis abjectis.*) Non omnibus, sed quæ impedimento fugæ erant, scuto maxime, nam sequitur illlico: *armis demissis salutationem faciunt.*

<sup>21</sup> *Quos auctores appellabant.*) Lipsius saepe dicto Ele-

ctorum loco auctores substituit, puta, causæ Pompeianæ. Aut auctores rerum intellege, quæ militibus displicuerant.

<sup>22</sup> *Brachium gladio percussus.*) Vide supra c. 30. sect. 78.

turribus, ornamentisque capit, captos ante oppidum instructos constituit. Id hoc consilio, si posset Vergilius, qui cum eo obsidebantur, rei male gestæ suorum indicio & pertinacia deduci. Deinde ipse Vergilius apellavit, invitavitque ad deditonem, suamque lenitatem, et clementiam commemoravit. Quem postquam animadvertisit responsum sibi non dare, ab oppido recessit. Postero die, divina re facta, concione advocata, in conspectu oppidanorum milites collaudat, totumque exercitum veteranum donavit. Præmia fortissimo cuique, ac bene merenti pro suggestu tribuit. Ac statim inde digressus, C. Rebilo proconsule cum iii. ad Thapsum legionibus, et Cn. Domitio cum ii. Tisdræ, ubi Considius prærerat, ad obsidendum relictis, M. Messalla Uticam ante præmisso cum equitatu ipse eodem iter facere contendit.

## C A P U T XXXIV.

*Scipionis equites oppido Parada potiti, oppidanos igne consumunt; inde Uticam petunt: ibi primum castra ante portam oppidi posita oppugnant, inde oppidum ingressi cives interimunt. Cato oppidanos ad defensionem hortatus, sed nihil proficiens semet occidit, quem Uticenses sepelunt. Magna Cæsar's clementia erga omnes conspicitur.*

E quites interim Scipionis, qui ex prælio fugerant,<sup>23</sup> 87 cum Uticam versus iter facerent, perveniunt ad oppidum Paradam. Ubi, cum ab incolis non recipiarentur, ideo quod fama de victoria Cæsar's præcurrisset, vi oppido potiti, in medio foro lignis coacervatis, omnibusque rebus eorum congestis, ignem subjiciunt: atque ejus oppidi incolas cujusque generis, ætatisque, vivos, constrictosque in flamمام conjiciunt, atque ita acerbissimo afficiunt suppicio. Deinde proti-

<sup>23</sup> Ad oppidum Paradam.) De distantia ab Utica nihil Strabo l. xvii. p. 572. Φαράν certi habemus. Pharam hoc oppidum appellat.

nus Uticam pervenient. Superiore tempore M. Cato, quod Uticensibus <sup>24</sup> propter beneficium legis Juliae pa-  
rum in suis partibus præsidii esse existimaverat, ple-  
bem inerme oppido ejecerat, et <sup>25</sup> ante portam Bel-  
licam castris, fossaque parvula dumtaxat munierat, ibi-  
que custodiis circumdati habitare coegerat; senatum  
autem oppidi custodia tenebat. Eorum castra ii equites  
adorti expugnare cœperunt, ideo quod eos partibus  
Cæsaris favisse sciebat; ut, eis interfectis, eorum per-  
nicie dolorem suum ulciscerentur. Uticenses animo ad-  
dito ex Cæsar's Victoria, lapidibus, fustibusque equites  
repulerunt. Itaque, postquam <sup>26</sup> castris non potuerant  
potiri, Uticam se in oppidum conjecterunt; atque ibi  
multos Uticenses interfecerunt, domosque eorum ex-  
pugnaverunt, ac diripuerunt. Quibus cum Cato persuade-  
re nulla ratione quiret, ut secum oppidum defende-  
rent, et cœde, rapinisque desisterent; et, quid sibi  
vellent, sciret: sedandæ eorum importunitatis gratia,  
singulis H. S. c. divisit. Idem Sulla Faustus fecit, ac  
de sua pecunia largitus est; unaque cum iis ab Utica  
proficiscitur, atque in regnum ire contendit. Complu-  
res interim ex fuga Uticam pervenient. Quos omnes Ca-  
to convocatos <sup>27</sup> una cum ccc., qui pecuniam Scipioni  
ad bellum faciendum contulerant, hortatur, ut servi-  
tia manumitterent, oppidumque defenderent. Quorum  
cum partem assentire, partem animum, mentemque

<sup>24</sup> Propter beneficium legis  
Juliae.) De libertate civitatis  
provincialium, antea liberis,  
conservanda. Cicero in Pison.  
c. 16. Legi Cæsar's justissima,  
arque optima populi liberti plane,  
et vere erant liberi.

<sup>25</sup> Ante portam Bellicam.)  
Sic ante ducentos, et plures annos  
expressum fuit: perperam  
postea belli causa castris a quibusdam  
substitutum. Fuit enim  
portio nomen oppidanæ Uticensium.

<sup>26</sup> Castris non potuerant  
potiri.) Sic in tribus MSS. Go-

duinus inventi: in uno scripto,  
et vetusto impresso (Venet.  
1499.) castra capere. Scaliger,  
et sequaces castra potiri: de  
qua syntaxi ad Nepotis Eume-  
nem cap. 3. sect. 4. vide quo  
notavimus.

<sup>27</sup> Una cum ccc.) Hi tre-  
centi Romani cives erant, εν  
Δι βού παγκράτε δένοι δηδό  
έμποσελας καταβείρασι  
Afrita mercaturam, et fieri  
exercentes, quorum consilio, et  
opera Cato utebatur. Plutarchus  
Catone, p. 78. Adi, que nostet  
mox cap. 35. secc. 90.

perterritam, atque in fugam destinatam habere intellexisset; amplius de ea re agere destitit, navesque iis attribuit, ut, in quas quisque partes vellet, profici-sceretur. Ipse, omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Cæsari, qui tum ei pro quæstore fuerat, commendatis, et sine suspicione vultu, atque ser-mone, quo superiore tempore usus fuerat, cum dormi-tumisset, ferrum intro clam in cubiculum tulit, atque ita se transjecit. Qui dum anima nondum exspirata con-cidisset, et impetu facto in cubiculum ex suspicione, medicus, familiaresque continere, atque vulnus obligare cœpissent, ipse suis manibus vulnus crudelissime divel-lit, atque animo præsenti se interemitt. Quem Uticen-ses, quamquam oderant partium gratia, tamen, propter ejus singularem integritatem, et quod dissimillimus re-liquorum ducum fuerat, quodque Uticam mirificis ope-ribus munierat, turresque auxerat, sepultura afficiunt. Quo imperfecto, L. Cæsar, ut aliquid sibi ex ea re au-xilii pararet, convocato populo, concione habita, co-hortatur omnes, ut portæ aperirentur: se in Cæsaris clementia magnam spem habere. Itaque, portis patesfa-citis, Utica egressus, Cæsari Imperatori obviam proli-ciscitur. Messalla, ut erat imperatum, Uticam perve-nit, omnibusque portis custodias ponit.

## CAPUT XXXV.

*Cæsar Uscetam, postea Adrumetum proficiuntur; eidem Uticam petenti plures occurruunt vitam deposcentes, quos omnes Cæsar salvat; Uticensibus gratias agit; multos, qui accusati fuerant, concessa vita, ex oppido jubet egredi.*

**C**æsar interim a Thapso progressus <sup>28</sup> Uscetam <sup>29</sup> pervenit; ubi Scipio magnum frumenti numerum, ar-morum, telorum, ceterarumque rerum cum parvo pre-sidio habuerat. Hoc adveniens potitur: deinde Adru-

<sup>28</sup> *Uscetam pervenit.)* Vi-detur Ptolemaei Oſſaix, Uze-na esse oppidum mediterra-

neum, diversum ab Uzita: nam utrumque Ptolemaeus in illo traktu memoravit.

metum pervenit. Quo cum sine mora introisset, armis, frumento, pecuniaque considerata,<sup>29</sup> Q. Ligario C. Considii filio, qui tum ibi fuerat, vitam concessit. Deinde eodem die Adrumeto egressus, Lunejo Regulo ibi cum legione relicto, Uticam ire contendit: cui in itinere fit obvius L. Cæsar, subitoque se ad genua projectit, vitamque sibi, nec amplius quidquam, deprecatur. Cui Cæsar facile pro sua natura, et instituto concessit. Idem Cecinne, C. Atejo, P. Arrio, L. Celiae patri, et filio, M. Eppio, M. Aquini Catonis filio, Damasippique liberis ex sua consuetudine tribuit: circiterque noctem lumenibus accensis Uticam pervernit, atque extra oppidum ea nocte mansit. Postero die mane oppidum introit, concioneque advocata, Uticenses incolas cohortatus, gratias pro eorum studio erga se agit: cives autem Romanos negotiatores, et eos, qui inter ccc. pecunias contulerant Varo, et Scipioni, multis verbis accusatos, et de eorum sceleribus longiori habita oratione, ad extremum, ut sine metu prodirent, edicit; „se eis dumtaxat viram concessurum, bona quidem eorum se venditum; ita tamen ut qui eorum bona sua redemisset, se bonorum venditionem indictum, et pecuniam multæ nomine relaturum, ut incolunitatem retinere possent.“ Quibus metu exanguibus, de vitaque ex suo promerito desperantibus, subito oblata salute, libentes, cupidique conditionem acceperunt; petieruntque a Cæsare, ut universis ccc. uno nomine pecuniam imperaret. Itaque<sup>30</sup> bis millies H. S. his imposito, ut per triennium sex pensionibus pop. Romano solverent, nullo eorum recusante, ac se eo die demum natos prædicantes, lati gratias agunt Cæsari.

<sup>29</sup> Q. Ligario.) Pro quo existat Cie. oratio.

<sup>30</sup> Bis millies H. S.) Quinque millionibus uncialium, seu

tonnis, ut vocantur, quinquaginta. Consule summos viros Gronov. de Sestert. p. 166. Grævulum ad Cie. l. ii. ep. x.

## CAPUT XXXVI.

Juba in suum regnum pervenit, ubi ingressu oppidi Zamæ prohibitus, in quod omnia sua bona comportaverat, in villam suam se recepit. Zamenses a Cæsare per Legatos auxilium contra Jubarum petunt; ipse Cæsar in eorum auxilium it; equitibus regni veniam dat.

Rex interim Juba, ut ex prælio fugerat, una cum Petrejo interdiu in villis latitando, tandem, nocturnis itineribus confectis, in oppidum pervenit: atque ad oppidum Zamam, ubi ipse domicilium, conjuges, liberosque habebat, quo ex cuncto regno omnem pecuniam, carissimasque res comportaverat, quodque inito bello operibus maximis munierat, accedit. Quem ante oppidanum, rumore exoptato de Cæsaris victoria auditio, ob has causas oppido prohibuerunt; quod bello contra populum Romanum suscepto, in oppido Zama lignis congestis, maximam in medio foro pyram construxerat; ut, si forte bello foret superatus, omnibus rebus eo coaceratis, dehinc civibus cunctis interfectis, eodemque projectis, igne subjecto, tum denum se ipse insuper interficeret, atque una cum liberis, conjungibus, civibus, cunctaque gaza regia cremaretur. Postquam Juba ante portas diu, multumque primo minis pro imperio egisset cum Zamensisibus: deinde cum se parum proficere intellexisset, precibus quoque orasset, uti se ad suos Deos penates admitterent, ubi eos in sententia perstare animadvertisit, nec minis, nec precibus suis moveri, quo magis se reciperent: tertio petit ab eis, ut sibi conjuges, liberosque redderent, ut secum eos asportaret. Postquam sibi nihil omnino oppidanos responsi reddere animadvertisit, nulla re ab iis impetrata, ab Zama discedit, atque ad villam suam cum M. Petrejo, paucisque equitibus se confert. Zamenses interim legatos de his rebus ad Cæsarem Uticam mittunt, petuntque ab eo,

<sup>31</sup> Ad oppidum Zamam.) fines Numidiæ hoc oppidum situm est. Vid. Geograph.

, uti antequam rex manum colligeret, seseque oppugnaret, sibi auxilium mitteret: se tamen paratos esse, sibi quoad vita suppeteret, oppidum, seque ei reservare.“ Legatos collaudatos Cæsar domum jubet antecedere, ac suum adventum prænuntiare. Ipse postero die Utica egressus, cum equitatu ire in regnum contendit. Interim in itinere ex regiis copiis duces complures ad Cæsarem veniunt, orantque, ut sibi ignoscat. Quibus supplicibus venia data, Zamam perveniunt. Rumore interim perlato de ejus lenitate, clementiaque, propemodum omnes regni equites Zamam perveniunt ad Cæsarem; ab eoque sunt metu, periculoque liberati.

## CAPUT XXXVII.

*Considius oppidum Tisdram deserit, et dum in regnum contendit, a Gætulis in itinere occiditur. C. Vergilius Caninio se tradit. Petrejus a Juba, is a quodum suo servo de medio tollitur. Faustus, et Afranius a P. Satio capti, orta dissensione in exercitu, interimuntur. Scipio, et alii occumbunt.*

93 **D**um hæc utrobique geruntur, Considius, qui Tisdræ cum familia sua, gladiatoria manu, Gætulisque præerat, cognita cæde suorum,<sup>32</sup> Domitiique, et legionum adventu perterritus, desperata salute, oppidum deserit, seque clām cum paucis barbaris pecunia onustus subducit, atque in regnum fugere contendit. Quem Gætuli sui comites in itinere, prædæ cupidi, concidunt; seque, in quascumque potuere partes, conferunt. C. interim Vergilius, postquam terra, marique clausus, se nihil proficere intellexit, suosque interfectos, aut fugatos: M. Catonem Uticæ sibi ipsi manus intulisse; regem vagum a suis desertum ab omnibus aspernari; Saburnum, ejusque copias ab Sirio esse delatas; Uticæ Cæsarem sine mora receptum; de tanto exercitu reliquias esse nullas, quæ sibi, suisque liberis prodescent; a Caninio proconsule, qui eum obsidebat, fide accepta, se, et sua omnia, et oppidum proconsuli tradit. Rex

gr. Domitiique, et legionum.) Vide supra c. 83. sect. 86.

interim Juba ab omnibus civitatibus exclusus , desperata salute, <sup>33</sup> cum jam conatus esset cum Petrejo , ut per virtutem interficti esse viderentur, ferro inter se depugnant, atque firmior imbecilliorem Juba Petrejum facile ferro consumpsit. Deinde ipse sibi cum conaretur gladio transjicere pectus , nec posset , precibus a servo suo impetravit, ut se interficeret, idque obtainuit. P. interim Sitius, <sup>95</sup> pulso exercitu Saburæ praefecti Jubæ, ipsoque interficto, cum iter cum paucis per Mauritaniam ad Cæsarem faceret, forte incidit in Faustum, Afraniumque, qui eam manum habebant, qua Uticam diripuerant, iterque in Hispaniam intendebat, et erant numero circiter <sup>MD</sup>. Itaque celeriter nocturno tempore insidiis dispositis, eos prima luce adortus, præter paucos equites, qui ex primo agmine fugerant, reliquos aut interficit, aut in dditionem accipit: Afranum, et Faustum vivos capit cum conjugé, et liberis. Paucis post diebus, dissensione in exercitu orta, <sup>34</sup> Faustus, et Afranius interficiuntur. <sup>35</sup> Pompejæ cum Fausti liberis Cæsar incolumitatem, suaque omnia concessit. Scipio interim cum Damasippo, et Torquato, et <sup>96</sup> Plætorio Rustiano navibus longis diu, multumque jactati, cum Hispaniam peterent, <sup>36</sup> ad Hippone regium deferuntur, ubi classis P. Sitii per id tempus erat. A qua pauciora ab amplioribus circumventa navigia deprimuntur: ibique Scipio cum iis, quos paullo ante nominavi, interiit.

<sup>33</sup> Cum jam conatus esset.) Postiores cum Scaligero uncis hæc verba , quasi suspecta , et superflua , includunt. Servari possunt , quæ in omnibus libris existant, si cum Goduino legas convivatur loco conatus. Florus sane <sup>IV. 1.</sup> Juba cum sese receperisset in regiam, magnifice epulatus postero die cum Petrejo , fugæ comite , super mensas , et pocula interficiendum se ei præbuit.

<sup>34</sup> Faustus, et Afranius interficiuntur.) Hic videtur tumultui militari cœdes tribui; at

Florus <sup>IV. 2.</sup> imperio Cæsaris hos interfectos dicit: Eutropius <sup>VI.</sup> 18. Faustus a Cæsare interficiens est. Suet. c. 75. dubitat.

<sup>35</sup> Pompejæ cum Fausti liberis.) Pompeji Magni filia Fausto, Sullæ dictatoris filio, nupserat.

<sup>36</sup> Ad Hippone regium.) Regius cognominatur hic Hippo , quia in regno Numidarum situs erat: post clarior facta civitas Augustini Episcopatu. Alter Hippo, Diarrhytus cognomine, fuit Africæ propriæ , haud procul ab Utica.

## CAPUT XXXVIII.

*Cæsar multis rebus Zamæ peractis, Uticam petit, ubi multis tributis variis populis impositis, in Sardiniam postea contendit; inde Sulcitani multatis, Romanam venit.*

97 **C**æsar interim, Zamæ auctione regia facta, bonisque eorum venditis, qui cives Romani contra populum Romanum arma tulerant, præmiisque Zamensibus, qui de rege excludendo consilium ceperant, tributis, vectigalibusque regiis abrogatis, ex regnoque provincia facta, atque ibi Crispio Sallustio proconsule cum imperio relicto, ipse Zama egressus, Uticam se recepit. Ibi bonis venditis eorum, qui sub Juba, Petrejoque ordines duxerant, Thapsitanis H. S. xx. millia, conventui eorum H. S. xxx. millia, Adrumetanis H. S. xxx. millia, conventui eorum H. S. l. millia multæ nomine imponit. Civitates, bonaque eorum ab omni injuria, rapinisque defendit. Leptitanos, quorum superioribus annis Juba bona diripuerat, et qui ad senatum questi per legatos, atque arbitros a senatu datos sua receperant, tricies centenis millibus pondo olei in annos singulos mulcat: ideo quod initio per dissensionem principum societatem cum Juba inierant, eumque armis, militibus, pecunia juverant. Tisdritanos, propter humilitatem civitatis, certo numero frumenti mulcat. His rebus gestis, idibus Jun. Uticæ classem concendit, et post diem iii.<sup>37</sup> Carales in Sardiniam pervenit. Ibi Sulcitanos, quod Nasidium, ejusque classem receperant, copiisque juverant, H. S. c. millibus mulcat, et pro decumis octavas pendere jubet: bonaque paucorum vendit, et ante diem iii. Kal. Quint. naves concendit; et a Caralibus secundum terram proiectus, duodetrigesimo die, eo quod tempestatibus in portubus cohíebatur, ad urbem Romam venit.

<sup>37</sup> *Carales in Sardiniam.)* Ca-

ralis, et Carales, utroque numero, Sardiniae oppidum cum por-

tu: et in australi latere hujus insulae Sulci oppidum aliud, unde Sulcitani, qui sequuntur. ■

A. HIRTII PANSÆ  
 COMMENTARIORUM  
 DE BELLO HISPANIENSI  
 LIBER UNUS.

CAPUT I.

*Cn. Pompejus præsidia comparat, et provinciam vastat.  
 Italie civitates auxilium conquirunt contra  
 Pompejum.*

**P**arnace superato, Africa recepta, qui ex iis præ-  
 liis cum adolescente Cn. Pompejo <sup>1</sup> profugissent, cum  
 et <sup>2</sup> ulterioris Hispaniæ potitus esset, dum Cæsar <sup>3</sup> mu-  
 neribus dandis in Italia detinetur, quo facilius præsidia  
 contra compararet Pompejus, in finem uniuscujusque civi-  
 tatis confugere cœpit. Ita partim precibus, partim vi, bene  
 magna comparata manu, provinciam vastare cœpit. Qui-  
 bus in rebus nonnullæ civitates sua sponte auxilia mit-  
 tebant, item nonnullæ portas claudebant. Ex quibus si  
 qua oppida vi ceperat, cum aliquis ex ea civitate o-  
 ptime de Cn. Pompejo meritus civis esset, propter pe-  
 cuniæ magnitudinem aliqua ei inferebatur causa, ut  
 eo de medio sublato, ex ejus pecunia <sup>4</sup> latronum lar-

<sup>1</sup> Profugissent.) Profuge-  
 rant. Sic sëpe auctor. Vide in-  
 fra c. 5. sect. II. notara.

<sup>2</sup> Ulterioris Hispaniæ.) Ante  
 Augustum omnis Hispania in  
 citeriorem, et ulteriorem divisa  
 erat. Utraque separatum provin-

cia Romana illis temporibus fuit.

<sup>3</sup> Muneribus dandis.) Spe-  
 ctaculis populo dandis.

<sup>4</sup> Latronum largitio.) Plus  
 partibus suis auctor faveat,  
 quam bonum decebat histori-  
 cum.

gitio fieret. Ita paucis commodis<sup>5</sup> hoste hortato, maiores abgebant copiæ. Ideoque crebris nuntiis in Italiam missis, civitates contrariae Pompejo auxilia sibi depositulabant.

<sup>5</sup> Hoste hortato.) Obscure dictum, et, ut videtur passive: quod an usus Latinitatis in hoc verbo ferat (nam in aliis deponentibus non est insolitus) non possum dicere.

## CAPUT II.

Cæsar in Hispaniam petit; ad eum legati Cordubenses se conferunt, eumque monent de facili expugnatione Cordubæ. Pompejus Uliam oppugnat. Cæsar Uliae petitum subsidium concedit.

<sup>2</sup> C. Cæsar<sup>6</sup> dictator III. designatus IV. multis itineribus ante confectis, cum celeri festinatione ad bellum conficiendum in Hispaniam convenisset, legati Cordubenses, qui a Cn. Pompejo discesserant, Cæsari obviam veniunt, a quibus nuntiabatur, "nocturno tempore oppidum Cordubam capi posse, quod nec opinantibus adversariis ejus provincia potitus esset, simulque quod tabularii a Cn. Pompejo dispositi omnibus locis essent, qui certiorem Cn. Pompejum de Cæsaris adventu facerent." Multa præterea verisimilia proponebant: quibus rebus adductus, quos legatos ante exercitui prefeccerat, Q. Pedium, et Q. Fabium Maximum, de suo adventu facit certiores, ut quem sibi equitatum ex provincia fecissent, præsidio mitterent. Ad quos celerius, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit; atque, 3 ut ipse voluit, equitatum sibi præsido habuit. Erat per-

<sup>6</sup> C. Cæsar dictator III. designatus.) Cæsar dictaturam cum annis et consulatibus, contra morem patrum repetebat. Primum dictator factus, cum ex Hispania rediret, B. Civ. II. c. 7. sect. 21. postea se abdicavit Civ. III. cap. I. sect. 2. Iterum adsumpsit dictaturam cum consulatu tertio. Nummo apud Ur-

sinum Familiar. p. 128. cos. TREAT. DICT. ITAL. Et alio p. 131. C. CÆS. DICT. QUAR. Et in aversa, cos. QUINC. Igide vere Suetonius, c. 76. Honores nimis recepit, continuum consulatum, perpetuum dictaturam; et nummo p. 127. CÆS. DICT. PERPETUO.

idem tempus Sex. Pompejus frater, qui cum præsidio Cordubam tenebat, quod ejus provinciæ caput esse existimabatur. Ipse autem Cn. Pompejus adolescens<sup>7</sup> Uliam oppidum oppugnabat, et fere jam aliquot menses ibi detinebatur: quod ex oppido, cognito Cæsaris adventu, legati clam præsidio Cn. Pompeji, Cæsarem cum adissent, petere cœperunt, ut sibi primo quoque tempore subsidium mitteret. Cæsar eam civitatem omni tempore optime de Pop. Rom. meritam esse sciens, xi. cohortes secunda vigilia jubet proficisci, parique equites numero, quibus præfecit hominem ejus provinciæ notum, et non parum scientem, <sup>8</sup> L. Julium Paciecum: qui cum ad Cn. Pompeji præsidia venisset, incidit idem temporis, ut tempestate adversa, vehementi que ventu afflictiaretur. Qua vi tempestatis ita obscurabatur, ut vix proximum cognoscere posset. Cujus incommode summam utilitatem ipsis præbebat. Ita cum ad locum venerunt, jubet binos equites incadere, et recta per adversariorum præsidia ad oppidum contendere; mediisque ex præsidiis cum quereretur, "qui essent, unus ex nostris respondit, ut sileat verbum facere: nam id temporis conati ad murum accedere, ut oppidum capiant; , et partim tempestate impediti vigiles non poterant diligentiam præstare, partim illo responso deterrebantur. Cum ad portam appropinquassent, signo dato, ab oppidanis sunt recepti: et pedites, equitesque clamore facto, dispositis ibi partim, qui remansere, eruptionem in adversariorum castra fecerunt. Sic illud cum inscientibus accidisset; existimabat magna pars hominum, qui in iis castris fuissent, se prope captos.

<sup>7</sup> Uliam oppidum oppugnabat.) Ulis non procul a Corduba in meridiem sita: perperam in libris *Ulla* scripta. In nummis enim est *Ulia*, et vetus inscriptio apud Grut. p. 271. ORDO REIP. ULIENSIMUM, quod etiam ad Bell. Alex. c. 18. sec. 61. demonstravimus.

<sup>8</sup> L. Julianum Paciecum.) Vi-

detur *Pactetus* esse, cuius apud Cic. Attic. XII. epist. II. est meutio; aut (nisi utrobius idem est) de quo libr. VI. famili. epist. IV. ad Leptam: *Cæsar ad vos misit exemplum Pactaci literarum*. Quod Hispanici generis nomen exstat apud Valer. Maximum, libr. V. 4. 3.

## C A P U T III.

*Cæsar Cordubam petit. Cordubenses prælium committunt. Sext. Pompejus a fratre auxilium petit, is ad Cordubam proficiscitur.*

**H**oc missio ad Ullam præsidio, Cæsar, ut Pompejum ab ea oppugnatione deduceret, ad Cordubam contendit; ex itinere loricatos viros fortes cum equitatu <sup>9</sup> ante præmisit. Qui simul in conspectum oppidi se dederunt, <sup>10</sup> in equis recipiuntur. Hoc a Cordubensibus nequaquam poterat animadverti. Appropinquantibus, et oppido bene magna multitudo ad equitatum concidendum cum exisset, loricati, ut supra scripsimus, ex equis descederunt, et magnū prælium fecerunt, sicut ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum se reciperent. Hoc timore adactus Sext. Pompeius literas fratri misit, ut celeriter sibi subsidio veniret, ne prius Cæsar Cordubam caperet, quam ipse illo venisset. Ita Ca. Pompejus Ulla prope capta, literis fratris excitus, cum copiis ad Cordubam iter facere cœperit.

<sup>9</sup> Ante præmisit. ) Sic libri <sup>10</sup> equis quia sequitur, loricati, πλεονασμος  
πλεονασμος ut supra scripsimus, ex equis

<sup>10</sup> In equis recipiuntur. ) Locus dubie sanus. Goduinus legit

## C A P U T IV.

*Cæsar exercitum fluvium Betim transducit; Pompejus prope Cæsarem castra ponit. Utinque crebra prælia committuntur. Cæsar Ateguam petit, Pompejus Cordubam; inde ipse quoque ad oppidum Ateguam, quod Cæsar oppugnat, se confert. Pompejus castra inter Ateguam, et Ucubim ponit; copiarum numerus recensetur, a quibus quoddam Cæsaris castellum oppugnatur, sea Cæsaris adventu omnes fugantur.*

**C**æsar, cum ad flumen Betim venisset, neque propter altitudinem fluminis transire posset, lapidibus corbes plenos dimisit. Ita insuper ponte facto, copias ad castra tripartito transduxit. Tenebant ad-

versus oppidum e regione pontis trabes, ut supra scripsimus, bipartito. Huc cum Pompejus cum suis copiis venisset, ex adverso pari ratione castra ponit. Cæsar, ut eum ab oppido, commeatuque excluderet, brachium ad pontem ducere cœpit. Pari idem conditione Pompejus. Hic inter duces duos fit contentio,<sup>11</sup> uter prius pontem occuparet. Ex qua contentione quotidiana minuta prælia fiebant, ut modo hi, modo illi superiores discederent. Quæ res cum ad majorem contentionem venisset, ab utrisque cominus pugna inita, dum cupidius locum student tenere, propter pontem coangustabantur, et fluminis ripis appropinquantes coangustati præcipitabantur. Hic alteri alteris non solum mortes mortibus exagerabant, sed tumulos tumulis exæquabant. Ita diebus compluribus cupiebat Cæsar, si qua conditione posset, adversarios in æquum locum deducere, et primo quoque tempore de bello decernere. Cum animadverteret adversarios minime velle, quos ideo a via retraxerat, ut in æquum deduceret; copiis flumen transductis, noctu jubet ignes fieri magnos. Ita firmissimum ejus præsidium<sup>12</sup> Ateguam proficiscitur. Id cum Pompejus ex perfugis rescisset, ea die per viarum angustias carta plura, multasque ballistas retraxit, et ad Cordubam se recepit. Cæsar munitionibus Ateguam oppugnare, et brachia circumducere cœpit. Cujus rei Pompejo cum nuntius esset allatus, eo die proficiscitur. Cujus in adventum, præsidii causa, Cæsar complura castella occupavit, partim ubi equitatus, partim ubi pedestres copiæ in statione, et in excubitu, castris præsidio esse possent. Hic in adventu Pompeji incidit, ut matutino tempore nebula esset crassissima. Itaque in illa obscuratione cum aliquot cohortibus, et equitum turmis circumeludunt Cæsaris equites, et concidunt sic, ut vix in ea cæde pauci effugerent. Inse-

<sup>11</sup> Uter prius pontem.) Vetus liber Ven. quis prius: quod Vossius Anal. IV. 2. tuerit. At Gryph. Scal. cæterique omnes uter,

<sup>12</sup> Ateguam proficiscitur. Ateguam, et Atteguam oppidum Bæticæ, inter Bætim et Singuilim fluvios.

quenti nocte castra sua incendit Pompejus, et<sup>13</sup> trans flumen Salsum per convalles castra inter duo oppida Ateguam,<sup>14</sup> et Ucubim in monte constituit. Cæsar in munitionibus, cæterisque, quæ ad oppidum oppugnandum opus fuerunt, aggerem, vineasque agere instituit. Hæc loca sunt montosa, et natura edita ad rem militarem, quæ planitiae dividuntur Salso flumine: proxime tamen Ateguam, ut ad flumen sint circiter passuum duo millia. Ex ea regione oppidi in montibus castra habuit posita Pompejus in conspectu utrorumque oppidorum, neque suis ausus est subsidio venire. Aquilas habuit, et signa xiiii. legionum: sed, ex quibus aliquid firmamenti se existimabat habere,<sup>15</sup> duæ erant vernaculæ, quæ a Trebonio transfugerant; et una facta ex coloniis, quæ fuerunt in his regionibus; quarata fuit Afraniana ex Africa, quam secum adduxerat; reliquæ ex fugitivis auxiliares consistebant: nam de leví armatura, et equitatu longe et virtute, et numero nostri erant superiores. Accedebat huc,<sup>16</sup> ut longius bellum duceret Pompejus, quod loca sunt edita, et ad castrorum munitiones non parum idonea. Nam fere totius ulterioris Hispaniæ regio propter terræ fœcunditatem, inopem, difficilemque habet oppugnationem, et non minus copiosam aquationem. Hic etiam propter barbarorum crebras excursiones omnia loca, quæ sunt ab oppidis remota, turribusque, et munitionibus retinentur, sicut in Africa,<sup>17</sup> rudere, non tegulis teguntur. Similique in his habent speculas, et propter altitudinem longe, lateque prospiciunt. Item oppidorum magna pars ejus

<sup>13</sup> Trans flumen Salsum.) In Singulim a dextra se Salsum flumen infundit.

<sup>14</sup> Et Ucubim. > Oppidum prope Ateguam.

<sup>15</sup> Duæ erant vernaculæ.) De his legionibus, quæ antea sub Varrone, Pompejo legato fuerant, post Cæsari traditæ, ipse de Bello Clvili libr. 2. cap. 6. sect. 20. agit. His Longinus præfectus est a Cæsare, elque

mortuo suffectus C. Trebonius: a quo defecerunt Africano Bello, atque ita Pompejanam causam rursus tueri suscepérant, Dio Cass. xliii. p. 718.

<sup>16</sup> Ut longius bellum duceret.) protraheret, differret. Cic. l. vii. epist. iii. suadere instituit, ut bellum duceret. Adi Cæs. Bell. Gallic. l. 3. 4.

<sup>17</sup> Rudere, non tegulis.) Vi de de Bello Alex. c. i. sect. 1.

provinciæ montibus fere munita , et natura excellenti-  
bus locis est constituta , ut simul aditus , adscensusque  
habeat difficiles. Ita ab oppugnationibus natura loci dis-  
tinguitur , ut civitates Hispaniæ non facile ab hostibus  
cipientur : quod in hoc contigit bello. Nam ubi inter  
Ateguam , et Ucubim , quæ oppida sunt scripta , Pom-  
pejus habuit castra constituta in conspectu duorum op-  
pidorum , ab suis castris circiter millia passuum iv.  
<sup>18</sup> grumus est excellens natura , qui appellatur Castra  
Posthumiana. Ibi præsidii causa castellum Cæsar habuit  
constitutum. Pompejus , qui eodem jugo tegebatur loci <sup>9</sup>  
natura , et quod remotum erat a castris Cæsaris , ani-  
madvertebat loci difficultatem ; et , quod flumine Salso  
intercludebatur , non esse permissurum Cæsarem , ut in  
tanta loci difficultate ad subsidium submittendum se mit-  
teret. Ita fretus opinione , tertia vigilia profectus , ca-  
stellum oppugnare cœpit , ut laborantibus succurreret.  
Nostri cum appropinquassent , clamore repentino , telo-  
rumque multitudine jactus facere cœperunt ; uti magnam  
partem hominum vulneribus afficerent. Quo peracto ,  
cum ex castello repugnare cœpissent , et majoribus ca-  
stris Cæsari nuntius esset allatus , cum iiii. legionibus  
est proiectus , et cum ad eos appropinquasset , fuga per-  
territi multi sunt interfici : complures capti , in quibus  
multi præterea armis exuti fugerunt , quorum scuta sunt  
relata lxxx.

<sup>18</sup> Grumus est excellens.) Nonius Marcellus : Grumus di-  
Pompejus Festus : Grumus ter- citur agger a songeris dictus.  
rax collectio minor tumulo. Et

## CAPUT V.

Pompejus Cordubam versus it. Rex Indo interficitur. Q. Marcius trib. et C. Fundanius ad Cæsarem fugiunt. Duo milites capti occiduntur. Tabellariis Pompeji manus amputantur. Prælium cum Cæsareis commissum. Oppidanorum conditiones respuit Cæsar; aliud prælium commissum.

- x<sup>o</sup>** In sequenti <sup>19</sup> luce Arguetius ex Italia cum equitatu venit. Is signa Saguntinorum retulit v., quæ ab oppidanis cœpit. Suo loco præteritus est, quod equites ex Italia cum Asprenate ad Cæsarem venissent. Ea nocte Pompejus castra incendit, et ad Cordubam versus iter facere cœpit. <sup>20</sup> Rex, nomine Indo, qui cum equitatu suas copias adduxerat, dum cupidius agmen adversariorum insequitur, a vernaculis legionariis exceptus est, et interfectus. Postero die equites nostri longius ad Cordubam versus prosecuti sunt eos, qui commeatus ad castra Pompeji ex oppido portabant. Ex iis capti s. cum jumentis ad nostra adducti sunt castra. Eodem die Q. Marcius tribunus militum <sup>21</sup> qui fuisse Pompeji, ad nos transfugit. Et noctis tertia vigilia <sup>22</sup> in oppido acerrime pugnatum est, ignemque multum miserunt, sicut et <sup>23</sup> omne genus, quibus ignis per jactus solitus est mitti. Hoc præterito tempore, C. Fundanius eques Romanus ex castris adversariorum ad nos transfugit. Postero die ex legione vernacula milites sunt capti ab equitibus nostris duo, qui dixerunt se servos esse. Cum venirent, cogniti sunt a milibus, qui antea cum Fabio, et Pedio fuerant, et a Trebonio transfugerant. Eis ad ignoscendum nulla est data

<sup>19</sup> In sequenti luce, ) Die sequenti Cic. pro Mil. c. 35. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodii. Sic et infra noster e. 7. sect. 19.

<sup>20</sup> Rex, nomine Indo, ) De hoc rege, vel regulo nihil notum est.

<sup>21</sup> Qui fuisse Pompeji, ) Qui fuerat. Sic sape hic auctor. Vid.

c. 1. sect. 1. et c. 5. sect. 13. et c. 7. sect. 19. c. 12. sect. 32. et c. 14. sect. 35.

<sup>22</sup> In oppido acerrime est pugnatum, ) In oppido Ateguæ: seu ex oppido, ab ob sessis.

<sup>23</sup> Omne genus, quibus, ) Synthesis.

facultas, et a militibus nostris interficti sunt. Eodem tempore capti tabellarii, qui e Corduba ad Pompejum missi erant, perperamque ad castra nostra pervenerant, præcisis manibus missi sunt facti. Pari consuetudine, vigilia secunda, ex oppido ignem multum, telorumque multitudinem jactando, bene magnum tempus consumpserunt, compluresque vulneribus affecerunt. Præterito noctis tempore, eruptionem in legionem sextam fecerunt, cum in opere nostri distentil essent, acriterque pugnare coeperunt; quorum vis repressa a nostris, etiæ oppidanî superiore loco defendebantur. Quinquaginta, cum eruptionem facere cœpissent, tamen virtute militum nostrorum, qui, etiæ inferiore loco premebantur, tamen repulsis adversariis, bene multis vulneribus affecti in oppidum se contulerunt. Postero die Pompejus <sup>13</sup> ex castris suis <sup>24</sup> brachium cœpit ad flumen Salsum facere: et cum nostri equites pauci in statione fuissent a pluribus reperti, de statione sunt dejecti, et occisi tres. Eo die A. Valgius senatoris filius, cuius frater in castris Pompeji fuisse, omnibus suis rebus relicitis, equum concendit, et fugit. Speculator de legione secunda Pompejana captus a militibus, et interfactus est. Idem temporis glans missa est inscripta, „quo die ad oppidum capiendum accederent, sese scutum esse positurum.“ Qua spe nonnulli, dum sine periculo murum adscendere, et oppido potiri posse se sperarent, postero die ad murum opus facere coeperunt, et bene magna prioris muri pars dejecta est. Quo facto ab oppidanis, ac si suarum partium essent, conservati, missos facere loricatos, quique præsidii causa præpositi oppido a Pompejo essent, orabant. Quibus respondit Cæsar, „se conditiones dare, non accipere consuevisse.“ Qui cum in oppidum reversi essent, relatō responso, clamore sublato, omni genere telorum emisso, pugnare pro muro toto cooperunt: propter quod fere magna pars hominum, qui in castris nostris essent, non dubitarunt, quin eruptionem eo die essent

<sup>24</sup> Brachium cœpit facere.) Vide Alex. c. 9. sect. 30. et Munitionem longius projectam. Afric. cap. 21. sect. 51.

facturi. Ita, corona circumdata, pugnatum est aliquamdiu vehementissime, simulque ballista missa a nostris turrem dejecit: qua adversariorum, qui in ea turre fuerant, v. dejecti sunt, et <sup>25</sup> puer, qui ballistam solitus erat observare.

<sup>25</sup> Puer qui ballistam solitus ret, quando excutiebatur, quo  
observare.) Ut milites inone- sibi caverent.

## CAPUT VI.

*Pompejus trans Salsum castellum ponit. Cæsarei cum Pompejanis præliaiantur. Occisorum numerus.*

<sup>34</sup> Eo præterito tempore, Pompejus trans flumen Salsum castellum constituit, neque a nostris prohibitus: falsaque illa opinione gloriatus est, quod prope in nostris partibus locum tenuisset. Item insequentí die eadem consuetudine dum longius prosequitur, quo loco equites nostri stationem habuerant, aliquot turmæ cum levi armatura, impetu facto, loco sunt dejectæ, et propter paucitatem nostrorum equitum, simul cum levi armatura inter turmas adversariorum protritæ. Hoc in conspectu utrorumque castrorum gerebatur, et majore Pompejani exultabant gloria, longius quod nostris cedentibus prosequi cœpissent. Qui cum aliquo loco a nostris recepti essent, ut consuescent, ex simili virtute clamore facto, aversati sunt prælium facere. Fere apud exercitus hæc est equestris prælii consuetudo: cum eques ad dimicandum, dimisso equo, cum pedite progrederit, nequaquam par habetur: id quod in hoc accidit certamine. Cum pedites ex levi armatura lecti ad pugnam equiibus nostris nec opinantibus venissent, idque in prælio animadversum esset, complures equites descenderunt. Ita exiguo tempore eques pedestre, pedes equestre prælium facere cœpit; usque eo, ut cædem proxime a vallo fecerint: in quo prælio adversariorum ceciderunt cxxiii. compluresque armis exuti; multi vulneribus affecti in castra sunt redacti. Nostri ceciderunt iii., sauci xii. pe-

<sup>15</sup>

dites , et equites v. Ejus diei insequenti tempore , pri-  
stina consuetudine , pro muro pugnari cœptum est. Cum  
bene magnam multitudinem telorum , ignemque nostris  
defendentibus injecissent , nefandam , crudelissimumque  
facinus sunt aggressi : in conspectuque nostro hospites ,  
qui in oppido erant , jugulare , et de muro præcipites  
mittere cœperunt , sicut apud barbaros , quod post homini-  
num memoriam nunquam est factum.

## C A P U T VII.

*Tabellarius missus a Pompejanis ad Cæsareos cum man-  
datis. Eruptione ex castello facta , acriter pugnatur.  
Cæsarei a pugna victores discedunt. Pænitet Junium oc-  
casionis oppidanorum ab eo factæ. Tullius legatus Cæsa-  
rem alloquitur. Tiberius Tullius manum C. Antonio ob-  
scindit. Quidam servus dominum suum jugulat : idem in  
Pompeji castra se recipit , et Cæsarem de eo , quod in  
oppido agitur , commonet. Cæsar oppido potitur. Pompe-  
jus castra movet Ucubim versus : idem facit Cæsar.*

*Multi a Pompejo deficiunt , et ad Cæsarem  
se conferunt.*

**H**ujus diei extremo tempore a Pompejanis clam ad 16  
nostros tabellarius est missus , ut ea nocte turres , agge-  
remque incenderent , et tertia vigilia eruptionem face-  
rent. Ita igne , telorumque multitudine jacta , cum bene  
magnam partem muri consumpsisset , portam , quæ e re-  
gione , et in conspectu Pompeji castrorum fuerat , aper-  
ruerunt ; copiæque totæ eruptionem fecerunt , secundumque  
extulerunt <sup>26</sup> calcatas ad fossas complendas , et harpago-  
nes ad casas , quæ stramentitiæ ab nostris hibernorum  
causa ædificatae erant , diruendas , et incendendas : præ-  
terea argentum , et vestimenta , ut dum nostri in præda  
detinerentur , illi cæde facta ad præsidia Pompeji se re-  
cipierent. Nam , quod existimabat eos posse conitum effi-  
cere , nocte tota ultra ibat flumen Salsum in acie. Quod

<sup>26</sup> *Calcatas ad fossas com-  
plendas.) Vox insolens , crates significare.*

factum licet nec opinantibus nostris esset gestum, tamen virtute freti, repulsos, multisque vulneribus affectos <sup>27</sup> oppido represserunt; prædaque, et armis eorum sunt potiti, virosque aliquos ceciperunt, qui postero sunt interfici die. Eodemque tempore transfuga nuntiavit ex oppido, Junium, qui in cuniculo fuisset, jugulatione oppidanorum facta, clamasse, „facinus se nefandum, et scelus fecisse: nam eos nihil meruisse, quare tali poena afficerentur, qui eos ad aras, et focos suos recepissent, eosque hospitium scelere contaminasse: „ multa præterea dixisse: qua oratione deterritos amplius jugulationem non fecisse. Ita postero die Tullius legatus cum

<sup>27</sup> Catone Lusitano venit, et apud Cæsarem verba fecit. „Utinam quidem Dii immortales fecissent, ut tuus potius miles, quam Cn. Pompeji, factus essem; et hanc virtutis constantiam in tua victoria, non in illius calamitate præstarem. Cujus funestæ laudes quippe ad hanc fortunam reciderunt, ut cives Romani indigentes præsidii, propter patriæ luctuosam perniciem dedamur hostium numero; qui neque in illius prospera acie primam fortunam, neque in adversa secundam obtinuimus victoram: qui legionum tot impetus sustentantes, nocturnis, diurnisque operibus gladiorum ictus, telorumque missus exspectantes, victi, et deserti a Pompejo, tua virtute superati, salutem a tua clementia deposcimus, petimusque, ut, qualem te gentibus præstitisti, similem in civium ditione præstes.“ Et qualem, ait, gentibus me præstisti, similem in civium ditione præstaboo. Remissis legatis, cum ad portam venisset Tiberius

<sup>28</sup> Tullius, cum eum introeuntem C. Antonius insecurus non esset, <sup>28</sup> reversus est ad portam, et hominem apprehendit. Quod Tiberius cum fieri animadvertisit, simul et pugionem eduxit, manum ejus incidit. Ita refugeunt ad Cæsarem. Eodemque tempore signifer de legione prima transfugit, et nuntiavit, quo die eque-

27. Oppido represserunt.) In oppidum: ut illud Marous: *It clamor cato.*

28. Reversus ad portam, et hominem.) Quis? Quem? An Cato

Lusitanus Antonium? nam Tiberius Tullius animadvertisit id fieri. Nisi ergo aliquid deest, omnia confuse sunt proposita.

stre prælium factum esset, suo signo periisse homines  
 xxxv., neque licere castris Cn. Pompeji nuntiari, neque  
 dici periisse quemquam. Servus, cuius dominus in Cæ-  
 saris castris fuisset, uxoremque, et filium in oppido re-  
 liquerat, dominum jugulavit, et ita clam a Cæsaris  
 præsidiis in Pompeji castra discessit; et indicium glan-  
 de scriptum misit, per quod certior fieret Cæsar, quæ  
 in oppido ad defendendum compararentur. Ita, lite-  
 ris acceptis, cum in oppidum reversi essent, qui mit-  
 tere glandem scriptam solebant, insequenti tempore  
 duo Lusitani fratres transfugæ nuntiarunt, quam Pom-  
 pejus concionem habuisset: „quoniam oppido subsidio  
 non posset venire, noctu ex adversariorum conspectu  
 se deducerent ad mare versum: unum respondisse, ut  
 potius ad dimicandum descenderent, quam signum fu-  
 gæ ostenderent:“ tum qui ita locutus esset, jugula-  
 tum. Eodem tempore tabellarii ejus deprehensi, qui  
 ad oppidum veniebant, quorum literas Cæsar oppi-  
 danis objecit; et qui vitam sibi peteret, jussit turrem  
 ligneam oppidanorum incendere. Id si fecisset, ei se  
 promisit omnia concessurum. Quod difficile erat factu,  
 ut eam turrem sine periculo quis incenderet.<sup>29</sup> Ita fa-  
 cturus de ligno, cum proprius accessisset, ab oppidanis  
 est occisus. Eadem nocte transfuga nuntiavit, Pompe-  
 juin, et Labienum de jugulatione oppidanorum indi-  
 gnatos esse. Vigilia secunda propter multitudinem telo-  
 rum turris lignea, quæ nostra fuisset, ab imo vitium  
 fecit; usque ad tabulatum secundum, et tertium. Eo-  
 dem tempore pro muro pugnatum acerrime, et turrem  
 nostram, ut superiorem, incenderunt: idcirco, quod  
 ventum oppidani secundum habuerunt. In sequenti luce  
 materfamilias de muro se dejecit, et ad nos transiliit,  
 dixitque se cum familia constitutum habuisse, ut una  
 transfugerent ad Cæsarem: illam oppressam, et jugu-  
 latam. Hoc præterea tempore tabellæ de muro sunt  
 dejectæ, in quibus scriptum est inventum: „L. Minu-  
 tius Cæsari: Si mihi vitam tribunis, quoniam a Cn.

19

<sup>29</sup> Ita facturus de ligno.) Si gnea turris, eo tropo, quo ma-  
 genuina factio, lignum est li- teria pro opere inde facta est.

Pompejo sum desertus, qualem me illi præstisti, tali virtute, et constantia futurum me in te esse præstabō.“ Eodem tempore oppidanorum legati, qui antea exierant, Cæsarem adierunt, si sibi vitam concederet. sese insequenti die oppidum esse dedituros. Quibus respondit, „se Cæsarem esse, fidemque præstaturum.“ Ita ante diem xi. Kal. Martii oppido potitus imperator 20 est appellatus. Et Pompejus ex perfugis cum deditio- nem oppidi factam esse scisset, castra movit Ucubim versus. sed circum ea loca castella disposuit, et munitionibus se continere cœpit. Cæsar movit, et proprius castra castris contulit. Eodem tempore mane loricatus unus ex legione vernacula ad nos transfugit, et nuntiavit: Pompejum oppidanos Ucubenses convocasse, iisque imperavisse, ut diligentia adhibita, perqui- rerent, qui essent suarum partium, itemque adversa- riorum victoriæ fautores. Hoc præterito tempore, in oppido, quod fuit captum, servus est deprehensus in cuniculo, quem supra demonstravimus dominum ju- gulasse. Is vivus est combustus. Eodemque tempore centuriones loricati viii. ad Cæsarem transfugerunt ex legione vernacula, et equites nostri cum adversa- riorum equitibus congressi sunt, et saucii aliquot oc- ciderunt ex levi armatura. Ea nocte speculatores pre- hensi servi 111. et unus ex legione vernacula. Servi sunt in crucem sublati, militibus cervices abscissæ. Postero die equites cum levi armatura ex adversariorum castris ad nos transfugerunt. Et eo tempore circiter xi. equi- tes ad aquatores nostros excurrerunt, nonnullos inter- fecerunt, item alios vivos abduxerunt. Ex equitibus capti sunt equites viii. Insequenti die Pompejus secu- ri percussit homines lxxiv., qui dicebantur esse fauto- res Cæsaris victoriæ. Reliquos in oppidum jussit de- duci, ex quibus effugerunt cxx., et ad Cæsarem vene- runt.

## CAPUT VIII.

*Legati Bursavolensibus rem ad Ateguam gestam referunt. Legati Cæsaris, et multi ex oppidanis occiduntur. Plures in Beturiam territi fugiunt.*

**H**oc præterito tempore, qui in oppido Ategua <sup>22</sup> 30 Bursavolenses capti sunt, legati profecti sunt cum nostris, uti rem gestam Bursavolensibus referrent, quid sperarent de Cn. Pompejo, cum viderent hospites jugulari? præterea multa scelera ab iis fieri, qui præsidii causa ab his reciperentur. <sup>31</sup> Qui cum ad oppidum venissent, nostri, qui fuissent equites Romani, et senatores, non sunt ausi introire in oppidum, præterquam qui ejus civitatis fuissent. Quorum responsis ultro, citroque acceptis, et redditis, cum ad nostros se reciperent, qui extra oppidum fuissent, illi de præsidio insecuti, ex aversione legatos jugularunt. Duo reliqui, qui ex eis fugerunt, Cæsari rem gestam detulerunt, et speculatores ad oppidum Ateguam miserunt. Qui cum certum comperissent (legatorum responsa) ita esse gesta, quemadmodum illi retulissent, ab oppidanis concursu facto, eum qui legatos jugulasset, lapidare, et ei manus intentare cœperunt: illius opera se perisse. Ita vix periculo liberatus petiit ab oppidanis, ut ei liceret legatum ad Cæsarem proficisci, illi se satisfacturum. Potestate data, cum inde esset profectus, præsidio comparato, cum bene magnam manum fecisset, et nocturno tempore per fallaciam in oppidum esset receptus, jugulationem magnam facit. Principibus, qui sibi contrarii fuissent, interfectis, oppidum in suam potestatem recepit. Hoc præterito tempore, servi transfugæ nuntiaverunt, oppidanorum bona vendere, ne cui extra vallum liceret exire, nisi dis-

<sup>30</sup> Bursavolenses.) Ubi oppidum situm fuerit Bursabola, ignoratur. In Bætica fuisse, nec longius ab Ategua remotum, non dubitamus.

<sup>31</sup> Qui cum ad oppidum venissent.) Oppidum Bursavolam: Goduin. Ateguam, Rhellicam. Adeo turbate hæc sunt disposita.

cinctum ; idcircoque ex quo die oppidum Ateguæ esset captum , metu conterritos complures <sup>32</sup> profugere in Exturiam , neque sibi ullam spem victoriae propositam ; et si quis ex nostris transfugeret , in levem armaturam conjici , eumque non amplius xvi. accipere.

<sup>32</sup> Profugere in Bæturiā .) regio a Bæti ad fluvium Anam Regionem inter Bætim , et Anam tendit , Bæturiā appellatur . fluvios . Plin. libr. III. c. I. Quæ

## C A P U T IX.

*Magna adversariorum turba Cæsareos brachium ad Salsum ducentes aggreditur. Acre prælium committitur varius eventu. Pompejus oppido excluditur. Antistius Turpion , et Q. Pompejus Niger singulari certamine inter se dimicant.*

<sup>23</sup> In sequenti tempore Cæsar castris castra contulit , et brachium ad flumen Salsum ducere cœpit . Hic dum in opere nostri distenti essent , complures ex superiore loco adversariorum decurrerunt . Nec detinentibus nostris , multis telis injectis , complures vulneribus afficerre . Hic tamen , ut ait Ennius , *nostri cessere parumper* . Itaque , præter consuetudinem , cum nostros animadversum esset cedere , centurionibus ex legione v. flumen transgressi , duo restituerunt aciem , acriterque eximia virtute plures cum agerent , ex superiore loco multitudo teiorum alter eorum concidit . Ita , cum is compar prælium facere cœpisset , et cum undique se circumvenire animadvertisset , parumper ingressus pedem offendit . Hujus concidentis viri casu passim audito , cum complures adversariorum concursum facerent , equites nostri transgressi interiore loco adversarios ad vallum agere cœperunt . Ita , dum cupidius intra præsidia illorum student cædem facere , a turmis , et levi armatura sunt interclusi . Quorum nisi summa virtus fuisset , vivi capti essent . Nam et munitione præsidii ita coangustabantur , ut equites spatio intercluso vix se defendere possent . Ex utroque genere pugnæ complures

sunt vulneribus affecti, in queis etiam Clodius Aquitius: inter quos ita minus est pugnatum, ut ex nostris, præter 11. centuriones, sit nemo desideratus, gloria se efferentes. Postero die <sup>33</sup> ab Soricaria utræque convenere copiæ. Nostri brachia ducere cœperunt. Pompejus cum animadverteret castello se excludi Aspavia, quod Ucubi millia passuum v. distat, huc res necessario vocabat, ut ad dimicandum descenderet. Neque tamen æquo loco sui potestatem faciebat, sed ex Grumo excelsum tumultum capiebat, usque eo, ut necessario cogeretur iniquum locum subire. Quo facto, cum utrorumque copiæ tumulum excellentem petissent, prohibiti a nostris sunt, dejectique planicie. Quæ res secundum nostris efficiebat prælium. Undique autem cedentibus adversariis, nostri magna in cæde versabantur: <sup>34</sup> quibus mons, non virtus, saluti fuit; quo subsidio tunc, nisi advesperasset, a paucioribus nostris omni auxilio privati essent. Nam ceciderunt ex levi armatura cccxxiv., ex legionariis cxxxviii. præterquam quorum arma, et spolia sunt ablata. Ita pridie 11. centurionum internecio hac adversariorum poena est lita-ta. Insequenti die pari consuetudine, cum ad eundem <sup>25</sup> locum ejus præsidium venisset, pristino illo suo utebantur instituto. Nam præter equites nullo loco æquo se committere audebant. Cum nostri in opere essent, equitum copiæ concursus facere cœperunt: simulque vociferantibus legionariis, cum locum efflagitarent, ut, consueti insegni, existimare possent se paratissimos esse ad dimicandum: nostri ex humili convalle bene longe sunt aggressi, et planicie iniquiore loco constiterunt. Illi tamen procul dubio ad congregendum in æquum locum non sunt ausi descendere, præter unum Antistium Turpionem, qui fidens viribus, ex adversariis sibi parem esse neminem cogitare cœpit. Hic

<sup>33</sup> Ab Soricaria.) Ignotum non  
men loci: nec divinare licet, op-  
pidum an villa, aut simile fuerit.  
Infr. c. 10. sect. 27. Soricia  
vocabatur. Adeo pravata, et in-  
verta sunt omnia.

<sup>34</sup> Quibus mons, non virtus.)  
Quibus refertur ad eos, in quo-  
rum cæde Cæsariani versaban-  
tur. Goduinus hostibus substi-  
tuit. Bene, si quis codex ve-  
tustus suaderet,

ut fertur, <sup>35</sup> Achilis, Memnonisque congressus fuit. Q. Pompejus Niger eques Romanus <sup>36</sup> Italensis ex acie nostra ad congregendum progressus est. Quoniam ferocitas Antistii omnium mentes converterat ab opere ad spectandum, acies sunt dispositæ. Nam inter bellatores principes dubie erat posita victoria, ut prope videretur finem bellandi duorum dirimere pugna. Ita avidi, cupidique suarum quisque partium, expertorum virorum, fautorumque voluntas habebatur. Quorum virtute alaci cum ad dimicandum in planitiem se contulissent, scutorumque laudis insignis præfulgens opus cælatum opponerent, quorum pugna esset prope prefecto dirempta, nisi propter equitatum concessum, ut supra demonstravimus, levis armatura præsidii causa non longe ab opere castrorum constitisset. Ut nostros equites in receptu, dum ad castra redeunt, adversarii cupidius sunt insecuri, universi clamore facto impetum dederunt. Ita metu perterriti cum in fuga essent, multis amissis, in castra se recipiunt. Cæsar ob virtutem turmæ Cassianæ donavit millia xiii., et præfecto torques aureos ii., et levi armaturæ millia x.

<sup>35</sup> Achillis, Memnonisque congressus.) Horum singulare certamen, quo Memnon periit, copiose scriptum est a Quinto Cælabro Smyrnensi libr. II. a ver-

su 441. Attigit etiam Dictys Cretensis libr. vi. seq.

<sup>36</sup> Italensis.) Ex Bæticæ colonia, quæ Italica dicebatur: de qua supra B. Civ. c. 6. sect. 20.

## CAPUT X.

*A. Bæbius cum duobus aliis ad Cæsarem fugit. Pompeji literæ deprehensæ recitantur. Quorundam sevorum fuga in Cæsar's custra.*

**H**oc die A. Bæbius, et C. Flavius, et A. Trebelius, <sup>37</sup> equites Romani Astenses, argento protecti, ad Cæsarem transfugerunt, qui nuntiaverunt,

<sup>37</sup> Equites Romani Astenses.) c. I. castellum Ebora, in fitore, Ex colonia Asta ad ostia versus et procul a litore Asta colonia, fluminis Bætis sita. Mela l. III. Adi infra nostri c. 14. sect. 36.

runt, equites Romanos conjurasse omnes, qui in castris Pompeji essent, ut transitionem facerent: servi in dicio omnes in custodiam esse conjectos, e quibus, occasione capta, se transfugisse. Item hoc die literæ sunt deprehensæ,<sup>38</sup> quas mittebat Ursanum Cn. Pompejus: S. V. G. E. V. „Etsi, prout nostra felicitas, ex sententia adversarios adhuc propulsos habemus; tamen, si æquo loco sui potestatem facerent, celerius, quam vestra opinio est, bellum confecisset. Sed exercitum tironum non audent in campum deducere, nostrisque adhuc freti præsidii<sup>39</sup> bellum ducunt, nam singulas civitates circumcidunt: inde sibi commeatus capiunt. Quare et civitates nostrarum partium conservabo, et bellum primo quoque tempore conficiam. Cohortes in animo habeo ad vos mittere. Profecto nostro commeatu privati, necessario ad dimicandum descendedent.“

In sequenti tempore cum nostri temere in oppere dissentient, equites in oliveto, dum lignantur, interficti sunt aliquot. Servi transfugerunt, qui nuntiaverunt, ad IIII. Non. Martii prælio,<sup>40</sup> ad Soritiam quod factum est, ex eo tempore metum esse magnum, et Actium Varum circum castella præesse,

<sup>38</sup> Quas mittebat Ursanum.) In libris plerisque Ursanem: vet.

Ven. et Gryph. Saonem mutile, tamen cum A: Plin. libr. III. c.

7. Urso dicta colonia, quæ cognominata sit Genua Urbanorum. Et Grut. Inscr. d. 259. n. 2.

RESP. URSONENSIMUM, sita inter Hispalim, et Mundam.

<sup>39</sup> Bellum ducunt.) Vide supra c. 8. sect. I3.

<sup>40</sup> Ad Sortiam.) Non puto alium locum esse, quam quis supra c. 24. dicitur Soricaria.

## CAPUT XI.

Pompejus circa Hispalim castra ponit. Cesar in Cartucam iter habet, et contra Pompejum castra ponit.

Descriptio loci, in quo pugnatur. Numerus occisorum, quibus justa persolvuntur.

Eo die Pompejus castra movit,<sup>41</sup> et circa Hispalim

<sup>41</sup> Et circa Hispalim.) Urbem nobilem ad Baetim, quæ nunc Seville est.

in oliveto constituit. Cæsar prius quam eodem est profectus, luna hora circiter vi. visa est. Ita castris motis, Ucubim præsidium, quod Pompejus reliquit, jussit, ut incenderent, et deusto oppido, in castra majora se reciperen. Insequenti tempore <sup>42</sup> Ventisponte oppidum cum oppugnare cœpisset, deditio facta <sup>43</sup> iter fecit in Carrucam, contraque Pompejum castra posuit. Pompejus oppidum, quod contra sua præsidia portas clausisset, incendit: milesque, qui fratrem suum in castris jugulasset, interceptus est a nostris, et fuste percassus. Hinc itinere facto, <sup>44</sup> in campum Mundensei cum esset ven-

<sup>28</sup> tum, castra contra Pompejum constituit. Sequenti die cum iter facere Cæsar cum copiis vellet, renuntiatum est ab speculatoribus, Pompejum de iiii. vigilia in acie stetisse. Hoc nuntio allato, vexillum proposuit. Idcirco enim copias eduxerat, quod Versaonensem civitati fuissent fautores. Antea literas miserat, „Cæsarem nolle in convallem descendere; quod majorem partem exercitus tironum haberet.“ Hæ literæ vehementer confirmabant mentes oppidanorum. Ita hac opinione fretus, totum se facere posse existimabat. Etenim et natura loci defendebatur, et ipsius oppidi munitione, ubi castra habuit constituta. Namque, ut superius demonstravimus, loca excellentia tumulus continet, interim nulla planitia dividit. Sed ratione nulla placuit taceri id, quod

<sup>29</sup> eo incidit tempore. Planities inter utraque castra intercedebat, circiter millia passuum v., ut auxilia Pompeji duabus defenderentur rebus, oppidi excelsi, et loci natura. Hinc dirigens proxima planities æquabatur, cuius decursum antecedebat rivus, qui ad eorum accessum summam efficiebat loci iniquitatem. Nam palustri, et voraginoso solo currebat ad dextram partem: et Cæsar, cum aciem directam vidisset, non habuit dubium, quin media planicie in æqnum ad dimicandum adversarii procederent. Hoc erat in omnium conspectu. Huc ac-

<sup>42</sup> Ventisponte oppidum.) Inter Hispalim et Mundam. Cætera de situ ignorantur.

<sup>43</sup> Iter factum in Carrucam.) Ignobilis locus ejusdem tractus.

<sup>44</sup> In campum Mundensem; Munda oppidum Bæticae, hanc longe a mari positum, quod ultimum Cæsaris prælium, cum Pompej filii commissum, nobilitavit?

cedebat, ut locus illa planicie equitatum ornaret, et diei, solisque serenitas: ut mirificum, et optandum tempus prope ab Diis immortalibus illud tributum esset ad prælium committendum. Nostri lætari, nonnulli etiam timere, quod in eum locum res, fortunæque omnium deducerentur, ut, quidquid post horam casus tribuisset, in dubio poneretur. Itaque nostri ad dimicandum procedunt: id quod adversarios existimabamus esse facturos. Qui tamen a munitione oppidi m. passibus longius non audebat procedere, in quo sibi prope murum adversarii constituebant. Itaque nostri procedunt. Interdum æquitas loci adversarios efflagitabat, ut tali conditione contenderent ad victoriam. Neque tamen illi a sua consuetudine discedebant, ut aut ab excelsa loco, aut ab opido discederent. Nostri pede presso propius rivum cum appropinquassent, adversarii patrocinari loco iniquo non desinunt. <sup>45</sup> Erat acies XIII. aquilis constituta, quæ a lateribus equitatu tegebatur, cum levi armatura millibus vi. Præterea auxiliares accedebant prope alterum tantum. Nostra præsidia LXXX. cohortibus, et viii. millibus equitum. Ita, cum in extrema planicie iniquum in locum nostri appropinquassent, paratus hostis erat superior, ut transeundi superius iter vehementer esset periculosum. Quod cuni a Cæsare esset animadversum, nequid temere culpa sua secus admitteretur, <sup>46</sup> eum locum definire cœpit, quod cum hominum auribus esset objectum, moleste, et acerbe accipiebant, se impediri, quominus prælium confidere possent. Hæc mora adversarios alaciores efficiebat: Cæsar's copias timore impediri ad committendum prælium. Ita se efferentes iniquo loco sui potestatem faciebant, ut magno ramen periculo accessus eorum haberetur. <sup>47</sup> Hic Decumani suum locum coniunctum tehebant, sinistrum III., et vi. legio, itemque

45 Erat acies XIII. aquilis.) Tredecim legionibus. Signum pro signato. Supra c. 4. sect. 7. noster ad eumdem modum: Aquilas habuit, et signa XIII. legionum.

46 Eum locum definire cœpit.)

Determinare, quousque milites progrediantur: et prohibere, ne quis ultra pergeret.

47 Decumani.) Legio decima, quam maximi Cæsar faciebat, ut ex Bello Gallico illæ queat.

cætera auxilia, et equitatus. Prælium clamore facto  
 31 committitur. Hic etsi virtute nostri antecedebant, ad-  
 versarii loco superiore defendebant acerrime, et ve-  
 hemens fībat ab utrisque clamor, telorumque missis  
 concursus; sic, ut prope nostri diffiderent victoriæ.  
 Congressus enim, et clamor, quibus rebus maxime ho-  
 stes conterrentur, in collatu pari erant conditione. Ita-  
 que ex utroque genere pugnæ, cum parem virtutem  
 ad bellandum contulissent, pilorum missu fixa cumu-  
 latur, et concidit adversariorum multitudo. Dextrum  
 demonstravimus Decumanos cornu tenuisse; qui etsi  
 erant pauci, tamen propter virtutem, magno adver-  
 sarios timore eorum opera afficiebant, quod a suo lo-  
 co hostes vehementer premere cœperunt, ut ad subsi-  
 dium, <sup>48</sup> ne ab latere nostri occuparent, legio adver-  
 sariorum traduci cœpta sit ad dextrum. Quæ simul  
 est mota, equitatus Cæsar is sinistrum cornu premere  
 cœpit. At ii eximia virtute prælium facere incipiunt,  
 ut locus in acie ad subsidium veniendi non daretur. Ita,  
 cum clamor esset intermissus gemitus, gladiorumque  
 crepitus auribus oblatus, imperitorum mentes timore  
 præpediebat. Hic, ut ait Ennius, *pes pede premitur, ar-  
 mis teruntur arma*, adversariosque vehementissime pu-  
 gnantes nostri agere cœperunt: quibus oppidum fuit sub-  
 sidio. Ita <sup>49</sup> ipsis Liberalibus fusi, fugatiique non su-  
 perfuerunt, nisi in eum locum confugissent, ex quo  
 erant egressi. In quo prælio ceciderunt millia homi-  
 num circiter xxx., et si quid amplius: præterea Labie-  
 nus, et Actius Varus: quibus occisis utrisque funus  
 est factum: itemque equites Romani partim ex urbe,  
 partim ex provincia ad millia iii. Nostri desiderati  
 ad hominum m. partim peditum, partim equitum,  
 saucii ad p. advesariorum aquilæ sunt ablatae xiii.

<sup>48</sup> Ut ab latere nostri occu-  
 parent.) Ex Thuan. duobus  
 MSS. emendatur Goduinus, e-  
 tiam sensu postulante. Vulgo  
 occuparentur.

<sup>49</sup> Ipsix Liberalibus.) Libe-  
 ralia Libero patri, id est, Bacho

sacer dies, xvi. kal. Aprilis.  
 Ovidius Fast. III. vers. 712.

Tertia post idus lux est ce-  
 rimu Bacho.

Cic. libr. XII. epist. XXV. ad  
 Cornifium: *Liberalibus literat*  
*accepi tuos.*

et signa, et fasces. Præterea duces belli xvii. capti sunt.  
Hos habuit res exitus.

## C A P U T XII.

*Cæsarei circumvallant adversarios, qui oppidum quodam ad præsidium occuparant; hujus rei ordo refertur.*  
*Valerius Sext. Pompejo rem gestam narrat. Cn. Pompejus Cartejam contendit. P. Calvitius lecticam a Pompejo petit, qua in oppidum deferatur.*

**E**x fuga hac cum oppidum Mundam sibi constituis-<sup>32</sup>  
sent præsidium, nostri cogebantur necessario eos circum-  
vallare. Ex hostium armis, pro cespite cadavera colloca-  
bantur, scuta, et pila pro vallo, insuper occisi, et gladii,  
et mucrones, et capita hominum ordinata: ad oppidum <sup>50</sup>  
hostium conversa universa timorem, virtutisque insignia  
proposita viderent, et vallo circumcluderentur adversa-  
rii. Ita Galli tragulis, jaculisque oppidum ex hostium ca-  
daveribus complexi, oppugnare cœperunt. Ex hoc prælio  
Valerius adolescens, Cordubam cum paucis equitibus fu-  
giens, Sext. Pompejo, qui Cordubæ fuisset, rem gestam  
refert. Cognito hoc negotio, quos equites, quod pecuniæ  
secum habuit, eis distribuit, et oppidanis dixit, se de pa-  
ce ad Cæsarem proficiisci, et secunda vigilia ab oppido  
discessit. Cn. Pompejus autem cum equitibus paucis, non-  
nullisque peditibus ad navale præsidium parte altera <sup>51</sup>  
contendit Cartejam, quod oppidum abest a Corduba  
millia passuum clxx. Quo cum ad octavum milliarium ve-  
nisset; P. Calvitius, qui <sup>52</sup> castris antea Pompeji præ-  
positus esset, ejus verbis nuntium mittit: „cum minus  
belle haberet, ut mitteret lecticam, qua in oppidum de-  
ferri posset.“ Literis missis, Pompejus Cartejam defer-  
tur. Qui illarum partium fautores essent, convenient in  
domum, quo erat delatus: qui arbitrari sunt clanculum  
venisse, ut ab eo, quæ vellent, de bello requirerent.

<sup>50</sup> Hostium timorem virtutis-  
que insignia.) Mutila hæc, et vi-  
cina asteriscis notata a Criticis;  
<sup>51</sup> Contendit Cartejam.) Car-

teja ad fretum Herculeum sita.  
<sup>52</sup> Castris antea Pompeji  
ejus verbis.) Cn. Pompeji fratri  
majoris.

## CAPUT XIII.

*Cæsar Cordubam petit. Fugitivi quidam de ponte cum  
Cæsareis dimicant. Duo servi jussu Scapulæ intereunt.  
Dissensio orta inter oppidanos. Cæsar oppido potitus  
castra ad oppidum Hispalim ponit.*

33 **C**æsar ex prælio, <sup>53</sup> munitione circumdata, Cordubam venit. Qui ex cæde eos refugerant, pontem occupaverant. Cum eo esset ventum, conviciari cœperunt, „nos ex prælio paucos superesse: quo confugeremus?“ Ita pugnare cœperunt de ponte. Cæsar flumen transjecit, et castra posuit. <sup>54</sup> Scapula totius seditionis familiæ, et libertinorum caput, ex prælio Cordubam cum venisset, familium, et libertos convocavit; pyram sibi exstruxit, <sup>55</sup> cœnam afferri quam opimam imperavit: item optimis superadditis vestimentis, pecuniam, et argentum in præsentia familiæ donavit. Ipse de tempore cœnavit, resinam, <sup>56</sup> vinum, et nardum identidem sibi infudit. Ita novissimo tempore servum jussit, et libertum, qui fuissest ejus concubinus, alterum se jugulare, alterum pyram 34 incendere. Oppidani autem, simul Cæsar castra contra oppidum posuit, discordare cœperunt usque eo, ut clamor in castra nostra perveniret, fere inter Cæsarianos, et inter Pompejanos. Erant hic legiones, quæ ex perfugis conscriptæ, partim oppidanorum servi, qui erant a Sexto Pompejo manumissi, tunc in Cæsaris ad-

53 *Munitione circumdata.*) Mundæ oppido.

54 *Scapula totius seditionis familiæ.*) Scapula hic Trebonium, Cæsaris præfectum, expulerat, omnemque Bæticam perduxerat ad seditionem. Cic. l. ix. epist. xliii. ad Dolabellam: *bellum commotum a Scapula.* Vide quæ nos ad illam epistolam notavimus ex Dione, qui libr.

XLIII. p. 228. hæc persequitur.

55 *Cœnam afferri quam opimam.*) Sic morituri quidam faciebant, ut inter lautitias exirent ex vita. DeJuba, et Petrejo idem tradidit Florus 32. 2.

56 *Vinum, et nardum.*) Sic in tribus MSS. Goduinus inventis sic et veteres impressi. Postiores, *resinam, et nardum.*

ventum descendere cœperunt. Legio XIII. oppidum defendere cœpit: nam cum jam repugnarent, turres ex parte, et murum occuparunt. Denuo legatos ad Cæsarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitteret. Hoc cum animadverterent homines fugitivi, oppidum incendere cœperunt: qui superati a nostris sunt, et interficti hominum millia XXII. præterquam extra murum qui perierunt. Ita Cæsar oppido potitus, dum hic detinetur ex prælio,<sup>57</sup> quos circummunitos superius demonstravimus, eruptione in fecerunt, et bene multis interfictis, in oppidum sunt redacti. Cæsar Hispalim cum contendisset, legati deprecatum venerunt. Ita cum oppidum sese tueri dixisset, Caninium legatum cum præsidio intromittit. Ipse castra ad oppidum ponit.

*Quos circummunitos superius demonstr.*) Mundenses mu-

nitione circumdederat Cæsar cap. 13. sect. 33.

## CAPUT XIV.

*Philo in Lusitaniam proficiscitur, et Cæciliū Nigrum convenit. Pompejus in potestatem Cartejensium devenit. Lusitani naues quasdam ad Baetim irruptione factæ incidunt. Cæsar Astam versus pergit; oppidi Astæ, et Mundenses se Cæsari dedunt; ii postea inter se conjurant. Pompejus saucius fugit. Didius naues Cartejenses invadit.*

**E**rat bene magnum intra Pompejanas partes præsidium, quod Cæsaris præsidum receptum indignabatur,<sup>58</sup> clam quemdam Philonem, illum, qui Pompejanarum partium fuisse defensor acerrimus. Is tota Lusitania notissimus erat. Hic clam præsidio in Lusitaniam proficiscitur, et Cæciliū Nigrum nomine Barbarum<sup>59</sup> ad Lenium convenit, qui bene magnam manum Lusitanorum haberet. Rursus in Hispalim oppidum denuo noctu per murum recipitur, præsidium

*Clam quemdam Philonem.)* *Ad Lenium convenit.) I-*  
*Supplet Goduinus mittit.* *gnoti oppidi nomen Lenium.*

vigilesque jugulant, portas præcludunt: de integro pu-  
 36 gnare cœperunt. Dum hæc geruntur, legati Carte-  
 jenses renuntiarunt, quod Pompejum in potestate ha-  
 berent: quod ante Cæsari portas præclusissent, illo  
 beneficio suum maleficium existimabant se lucrifacere.<sup>60</sup>  
 Lusitani Hispali pugnare nullo tempore desistebant.  
 Quod Cæsar cum animadverteret, si oppidum capere  
 contuleret, ut homines perditæ incenderent, et mœ-  
 nia delerent: ita consilio habito noctu, paritur Lusitu-  
 nos eruptionem facere: id quod consulto non existima-  
 bant fieri. Ita irrumendo naves, quæ ad Bætim flu-  
 men fuissent, incendunt. Nostri dum incendio distin-  
 gentur, illi profugiunt, et ab equitibus conciduntur.  
 Quo facto<sup>61</sup> oppido recuperato,<sup>62</sup> Astam iter facere  
 cœpit; ex qua civitate legati ad deditonem venerunt:  
 Mundensesque, qui ex prælio in oppidum confugerant,  
 cum diutius circumsiderentur, bene mylti deditonem  
 faciunt: et, cum essent in legionem distributi, con-  
 jurant inter se, ut noctu signo dato, qui in oppido  
 fuissent, eruptionem facerent, illi cædem in castris ad-  
 ministrarent. Hac re cognita, insequenti nocte, vigi-  
 lia tertia, tessera data, extra vallum omnes sunt con-  
 cisi Mundenses duces. Cæsar in itinere reliqua oppida  
 oppugnat, quæ propter Pompejum dissentire cœper-  
 ant. Pars erat, quæ legatos ad Cæsarem miserat:  
 pars, quæ Pompejanis partibus favebat. Seditione con-  
 citata portas occupant. Cædes fit magna. Saucius Pom-  
 pejus naves xxx. occupat longas, et profugit.<sup>63</sup> Didi-  
 dius, qui Gadis classi præfuisset, ad quem simul nun-  
 tius allatus est, confestim sequi cœpit, partim pedi-  
 tatibus, et partim equitatibus ad persequendum celeri-  
 ter iter faciens. Item iv. die navigatione confecta, in-

<sup>60</sup> *Lusitani Hispali pugna-*  
*re.*) Goduinus ita ex duobus  
*codd.* Thuani: Vulgati, *Hispá-*  
*niam oppugnare.* At intus erant et  
 recepti in urbem. Qui ergo  
 illam oppugnare potuerunt?

<sup>61</sup> *Oppido recuperato.*) Hi-  
 spali, a Lusitanis nuper inter-

cepta.

<sup>62</sup> *Astam iter facere.*) Vi-  
 de supra c. 10. sect. 26.

<sup>63</sup> *Didius, qui Gadis clas-*  
*si præfuisset.*) Alii dixissent  
*Gadibus*, ut ipse noster cap. 15.  
 sect. 40. item *præfuerat.*

sequuntur. Qui imparati a Carteja profecti sine aqua fuissent, ad terram applicant. Dum aquantur, Didius classe occurrit, naves incendit, nonnullas capit. Pompejus cum paucis profugit, et locum quemdam munitionem natura occupat. Equites, et cohortes, quæ ad persequendum missæ essent, speculatoribus ante missis, certiores fiunt: diem, et noctem iter faciunt. Pompejus humero, et sinistro crure vehementer erat saucus. Huc accedebat, ut etiam talum intorsisset: quæ res maxime impediebat. Ita lectica a turre, qua esset allatus, in ea ferebatur.

## C A P U T X V.

*Lusitanus a Cæsareis circumcluditur; fitque aliquod prælium. Pompejus interimitur, cuius caput ad Cæsarem defertur. Lusitani contra Didium proficiscuntur; insidias struunt. Didii mors. Cæsarei cæde hostium facta Ursaconem petunt, oppidum illum oppugnaturi.*

**L**usitanus more militari, cum a Cæsaris præsidio fuisset conspectus, celeriter equitatu, cohortibusque circumcluditur. Erat accessus loci difficultas. Nam idcirco, quod propter suos a nostro præsidio fuisset conspectus, celeriter munitionem locum natura ceperat sibi Pompejus, quem vix magna multitudine deducti homines ex superiore loco defendere possent. Subeuntes in adventu nostri depelluntur tellis: quibus cedentibus, cupidius insequebantur adversarii, et confestim tardabant ab accessu. Hoc sæpius facto, animadvertebatur nostro magno id fieri periculo. Opere circummunire instituit: pari autem, et celeri festinatione circum munitiones in jugo dirigunt, ut æquo pede cum adversariis congregandi possent. A quibus cum animadversum esset, fuga sibi præsidium capiunt. Pompejus, ut supra demonstravimus, saucus, et intorto talo, idcirco tardabatur ad fugiendum: itemque propter loci difficultatem, neque equo, neque vehiculo saluti suæ præsidium parare poterat. Cædes a nostris

undique administrabatur , exclusa munitione , amissisque auxiliis. Ad convallem autem , atque exesum locum in spelunca , Pompejus se occultare cœpit ; ut a nostris non facile inveniretur , nisi captivorum indicio. Ita ibi interficitur. Cum Cæsar gradiebatur Hispalim , pridie Idus Aprilis caput allatum , et populo datum est inconspectum. Interfecto Cn. Pompejo adolescente , Didius , quem supra demonstravimus , illa affectus lœtitia , proximo se recepit castello , nonnullasque naves ad reficiendum subduxit. <sup>64</sup> Lusitani , qui ex pugna superfuerunt , ad signum se recenterunt , et bene magna manu comparata , ad Didium se reportant. Huic etsi non aberrat diligentia ad naves tuendas ; tamen nonnunquam ex castello propter eorum crebras excursiones ejiciebatur ; et sic prope quotidianis pugnis iasidias ponunt , et tripartito signa distribuit. Erant parati , qui naves incenderent , incensisque qui subsidium repeterent. Ii sic dispositi erant , ut a nullo conspectu omnium ad pugnam contendenter. Ita cum ex castello Didius ad propellendum processisset cum copiis , signum a Lusitanis tollitur : naves incenduntur : simulque qui in castello ad pugnam processerant , eodem signo fugientes latrones dum persequuntur , a tergo insidiæ clamore sublato circumveniunt. Didius magna cum virtute cum compluribus interficitur. Nonnulli ea pugna scaphas , quæ ad litus fuerant , occupant. Item complures nando ad naves , quæ in salo fuerunt , se recipient. Anchoris sublati , pelagus remis petere ceperunt. Quæ res eorum vitæ subsdio fuit. Lusitani præda potiuntur. Cæsar a Gadibus rursus ad Hispalim recurrit. Fabius Maximus , <sup>65</sup> quem ipse ad præsidium oppugnandum reliquerat , operibus assiduis , hostesque circum sese interclusi , inter se decernere , facta cæde bene magna , eruptionem faciunt. Nostri ad oppidum recuperandum occasionem

<sup>64</sup> Lusitani , qui ex pugna . }  
Supple , tumultaria ad Hispalim , cap. 14. sect. 36. super-  
fuerunt.

<sup>65</sup> Quem ipse ad præsidium  
oppugnandum . } Sic veteres libri

Ven. Bas. Gryph. et cod. MS.  
quem Goduinus vidit : alli ad  
Mundam præsidium opp. manife-  
sto mendo. Præsidium autem  
oppidi Mundæ erat ; quod glos-  
sema ex margine receptum fuit.

non prætermittunt, et reliquos vivos capiunt, ac deinde Ursanem profiscuntur: quod oppidum magna munitione continebatur; sic, ut ipse locus non solum operare, sed etiam natura editus,<sup>66</sup> ab oppugnando hoste averteret. Huc accedebat, quod aqua, preterquam in ipso oppido, non erat; nam circum circa ribus nusquam reperiebatur proprius millia passuum viii. Quæ res magnæ erat adjumento oppidanis. Tum præterea accedebat, quod agger, materiesque, unde solitæ sunt turres agi, proprius millia passuum vi. non reperiebantur. Ac Pompejus, ut oppidi oppugnationem tutiorem efficeret, omnem materiam circum oppidum succisam intro cœssiit. Ita necessario diducebantur nostri, ut a Munda, quam proxime cœperant, materiam illo deportarent.

*66 Ab oppugnando hoste a- ad oppugnandum hostes adver- tereret.) Goduinus ita, Alii teret.*

## CAPUT XVI.

*Mutila Cœsaris oratio ad milites.*

Dum hæc ad Mundam geruntur, et Ursanem; Cœsar, cum a Gadibus ad Hispalim se recepisset, insequenti die, concione advocata, commemorat:<sup>67</sup> „Initio quæsturæ suæ eam provinciam ex omnibus provinciis peculiarem sibi constituisse, et quæ potuisset, eo tempore beneficia largitum esse.<sup>68</sup> Insequenti prætura ampliato honore, vectigalia, quæ Metellus imposuisset, a senatu petisse, eis pecuniis provinciam liberasse: simulque patrocinio suscepto, multis legibus ab se in Senatum inductis, simul publicas, privatasque causas, multorum inimicitiis susceptis, defendisse: suo item in consulatu absentem, quæ potuisset, commoda provinciae tribuisse. Eorum omnium commodorum esse

*67 Initio quæsturæ.) Quæ- prætura etiam ulteriore sor- stori Cœsari ulterior Hispania stitus Hispaniam, nec verò in obvenerat: quam etiam obivit: eam profectus est: absens ve- Sueton. cap. 7. ro profuit. Sueton. cap. 18,*

*68 Insequenti prætura.) Ex*

et immemores , et ingratos in se , et in Populum Romanum , hoc bello , et præterito tempore cognosse : vos jure gentium , inquit , et civium Romanorum institutis cognitis , more barbarorum Populi Romani Magistratis sacrosanctis manus sæpe , et sæpius artulisti : luce clara <sup>69</sup> Cassium in medio foro nefarie interficere voluistis. Vos ita pacem semper odistis , ut nullo tempore legiones desint Populi Romani in hac provincia haberetis. Apud vos beneficia pro maleficiis , maleficia pro beneficiis habentur. Ita neque in otio concordiam , neque in bello virtutem ullo tempore retinere potuistis. Privatus ex fuga Cn. Pompejus adolescens a vobis receptus , fasces , imperiumque sibi arripuit. Multis imperfectis civibus auxilia contra populum Romanum comparavit , agros , vestramque provinciam vestro impulsu depopulavit. In quo vos victores existimabatis? An me deleto , non animadvertebatis x. habere legiones Populum Romanum , quæ non solum vobis obsistere , sed etiam cœlum diruere possent ? quarum laudibus , et virtute.“

## DESUNT RELIQUA.

<sup>69</sup> Cassium in medio foro nefarie .) Lege de Alexandr. Belo , quod Hirtilius scripsit , cap. 15. sect. 52.

HISTORIÆ  
C. JULII CÆSARIS

FRAGMENTUM

EX U. C.

CAPUT V.

*De quo scias, reperta fuisse ista in Cujacii codice sine ullo nomine; in codice autem eadem Petaviano, sub nomine TETRARCHÆ: quæ quia videbantur face-  
re ad eum librum ultimum, addere nos hic  
voluisse.*

Nam diuturnitas belli pacem, labor requiem, trium-  
phum victoriæ flagitant; non civiles quidem istæ, sed  
hostiles illæ, de quibus antea dixeramus. Quo modo  
autem triumpharet, aut qua ratione quiesceret, de  
quo scriptum sit: nihil actum credens, cum quid su-  
peresset. Pompeji magni filii Hispanias occupaverant  
sequebatur autem illos non quidem patris virtus, sed  
hominum favor ingens, et paternum nomen ) Cneus,  
et Sextus. Sic pro uno duos substituerat fortuna Pom-  
pejos. Egeratque Cn. major natu, cui plus industriae  
inerat, atque consilii, configiendo in fidem, et cliente-  
lam omnium Hispaniæ civitarum, præcandoque et for-  
tunam suam miserando, Patrisque memoriam renovan-  
do, ut sibi multum jam licentiae partum esset. Nec pre-  
cibus tantum, sed vi etiam congregato exercitu incipe-

„ ret provinciam vastare, ita ut pedetentim qui favorabi-  
 „ les ab inito fuerant, esse inciperent odiosi. Hunc sibi  
 „ novissimum belli actum minime negligendum ratus Cæ-  
 „ sar, eo raptim proficiscitur. Duo in hoc iter vix audi-  
 „ tu credibilia inciderunt. Nam etiam ab urbe Romana  
 „ in Hispaniam ulteriore immensum terræ spatium e-  
 „ mensus, iv. et xx. die pervenit: viatori, ne dicam exer-  
 „ citui, celeritas optanda. Magnum: hoc quod sequitur,  
 „ majus. Horum siquidem tam paucorum spatio dierum,  
 „ tam multas inter curas, poemata scripsit, quod in-  
 „ scripsi Iter; quod illud scilicet in itinere edidisset.  
 „ Sic Pierides armis inserere, etiam nunquam otiosus  
 „ esse didicerat. Primo Cæsar is in Hispaniam adventu-  
 „ civitatum motus ingens fuit, undique legati ad eum,  
 „ undique transfugæ. Jam enim Pompejani juvenes si-  
 „ ve in odium, sive in tedium verti cœperant: etiam  
 „ ut nulla esset in eis culpa. Mos est tamen antiquus  
 „ populorum semper novos dominos, novas res optare.  
 „ Et jam fama Cæsar is haud immerito super omnes ex-  
 „ creverat, ut universi homines ejus splendore caperen-  
 „ tur, cuperentque coram cernere, quem usque adeo  
 „ mirabilem audiebant. In hoc principio ipso maris in-  
 „ ostio, ubi Oceanus terris illabitur, etiam Mediterra-  
 „ neum hoc pelagus nostrum parit, inter legatos invi-  
 „ cem partium hinc Didium, illinc Varum, et am-  
 „ bobus cum ipsa tempestate certatum est. Nec minus  
 „ a ventis, et fluctibus, quam ab hostibus, periculi,  
 „ atque horroris, dum et hic hostes sœvirent, et il-  
 „ lius sœvitiam, rabiemque hominum maria coercent,  
 „ utraque classe bello simul, et naufragio laborante,  
 „ duæ partes, duo maria, duplex furor, duæ elemen-  
 „ torum, atque hominum procellæ. Per hos dies a  
 „ Cæsarianis duo pedites capti sunt, qui se servos dice-  
 „ rent. Non licuit in his Cæsari suam consuetudinem  
 „ servare. Antequam ad eum deducerentur, quod a Cæ-  
 „ sariano exercitu transfugissent, recogniti etiam a mi-  
 „ litibus interficti sunt. Et tabelliones capti, qui ad  
 „ Pompejum Corduba mittebantur, etiam præcisis illico  
 „ manibus sunt remissi. Similiter speculator Pompeja-  
 „ nus captus, atque occisus est. Credo ego iratos bello

„ milites , et Imperatoris sui morum consciens , atque cle-  
 „ mentiae , hoc remedii genus excogitasse , ne quis fa-  
 „ ciem ejus videret , ut sic nullus evaderet . Cordubam  
 „ Pompeji tenebant , Cæsar obsidebat . Illis tamen ab-  
 „ sentibus , multis ibi etiam magnis præliis decertatum  
 „ est . Cumque die quodam ferro , et flammis solito  
 „ etiam gravius pugnaretur , oppidani ira in furorem  
 „ versa hospites , qui securi secum jure veteris hospi-  
 „ tii morabantur , inspectante Cæsaris exercitu , jugu-  
 „ latos e muris præcipitare , quasi crudelitate , non vir-  
 „ tute victoria quereretur , inceperant . Spectaculum mi-  
 „ serum , atque horrendum . Qua re ex gemitu morientium  
 „ audita , unus , qui ad tutelam muri sub terram in cu-  
 „ niculo erat , exclamavit : Tetrum scelus , et immane  
 „ flagitium , nullaque non barbarie detestandum commi-  
 „ sistis absque ulla causa . Nihil enim mali mereban-  
 „ tur , qui nihil mali fecerant ; qui ad vos , vestrasque  
 „ se aras , et focos infausta fiducia contulissent . Jus ho-  
 „ spitiis sanctum gentibus soli vos sprevistis , atque uti-  
 „ nam sprevisse sufficeret . Inhumano illud scelere vio-  
 „ lastis . Multa quoque in hanc sententiam dixit , quo-  
 „ rum verecundia repressi cives ab hospitum cædibus  
 „ se continerunt . Sic interdum unius boni viri multos  
 „ inter malos valuit oratio ; etiam inter hostes , etiam  
 „ suum honorem virtus invenit . Ea res relatu transfu-  
 „ gæ in exercitu primum Cæsaris innotuit . Die pro-  
 „ ximo Tullius quidam cum Catone quodam Lusitano  
 „ legatus ex oppido ad Cæsarem venit . Hujus prima  
 „ pars orationis fuit optare , ut suus potius felicitate,  
 „ quam illius miseria præstisset . Finis autem fuit ,  
 „ se a Pompejo desertos , victos a Cæsare , se , et op-  
 „ pidum dedere , atque orare , ut clementiam , quam  
 „ victis gentibus præbuisset , suis civibus non negaret .  
 „ Multa præter hæc locutus est , quæ scriptoruni vi-  
 „ tio confusa vix intelligi possunt . Unum illud intelli-  
 „ gitur , quod multis ultro , citroque dictis tunc deditio  
 „ non processit . Crescebat , ut sit , in dies obsidio , nec  
 „ Pompejus exspectatam opem aut ferebat , aut mittebat  
 „ ob sessis . Quin etiam pro concione dixisse ferebatur ,  
 „ ut quoniam eis auxilio adesse non posse , ipse noctu-

„ etiam beneficio tenebrarum e conspectu hostium eva-  
 „ derent. Quod cum diceret, unum ex astantibus, re-  
 „ spondisse, ut pugnæ potius, quam fugæ signum daret;  
 „ cumque qui id dixisset, quasi duci ignaviam expre-  
 „ brasse, neci datum. Hæc quoque res ex profugis a-  
 „ gnita, intus quoque in oppido angustiæ, ita necesse  
 „ est, crescebant. Matrona e muro desiliens, dixit se  
 „ cum ancilla sua statuisse transfugere; illam, forte  
 „ cognito proposito, jugulatam: se fuga præcipiti eva-  
 „ sisce. Tabellæ quoque e muris projectæ sunt inventæ,  
 „ in quibus sic ad literam scriptum erat: C. Munatitus  
 „ Cæsari: si mihi vitam tribuis, quoniam a Cn. Pom-  
 „ pejo sum desertus, qualem me illi præstisti, taui vir-  
 „ tute, etiam constantia futurum me in te præstaboo.  
 „ Simul et legati, qui prius venerant, ad Cæsarem re-  
 „ dierunt. Eorum oratio simplex fuit, et aperta, et  
 „ brevis. Si eis vitam largiretur, se die proximo oppi-  
 „ dum dedituros. Quibus Cæsar hoc unum breve re-  
 „ spondit: Cæsar sum, fidem præstaboo. Sic effectum  
 „ est, ut ante diem xi. Kalend. Martii oppido potire-  
 „ tur. Id cum a Pompejo cognitum est, deposita spe,  
 „ curaque Cordubæ defendendæ, castrisque motis,  
 „ abscessit, ac Ucubim oppidum petiit. Ibique convo-  
 „ catis, quos sibi fidos arbitrabatur, imperavit, ut  
 „ summo studio perquirerent, qui ad eum, quive ad  
 „ Cæsarem proni essent. Quid cum ad se relatum es-  
 „ set, lxiv. ex his, qui faventes Cæsaris victoriæ di-  
 „ cebantur, quasi Cæsarem amare ingens crimen esset,  
 „ securi ictos occidit. Reliquos intra oppidum inclu-  
 „ sit, \* equitibus cxx. reclusis custodiis ad Cæsarem  
 „ transfugerunt. Multa præterea ab ipsis Pompejanis  
 „ per eosdem dies crudeliter gesta sunt, ceu præsagien-  
 „ tibus fati dlem sibi instare, et (qui mos ferus est quo-  
 „ rumdam) inferias sibi præmittere aliena cæde quæ-  
 „ rentibus. Pompejus hoc tempore maguanimitatem  
 „ suam, etiam metum Cæsaris simulabat. Inventæ sunt  
 „ literæ ejus continentæ: Cæsarem non audere in cam-  
 „ pum copias educere, suis tironibus diffidéntibus; qui  
 „ si copiam æquis in locis aliquando faceret, se rem  
 „ omnium opinione celerius confecturum; idque se ex-

„spectare , etiam sperare. Ibat præterea Hispanias am-  
 „biendo , ut ipse dicebat , civitates suarum partium  
 „conservando. Itaque Hispalim venit , contraque ur-  
 „bem in oliveto castra posuit. Inde alias , atque alias  
 „adiit. Ad extremum Mundæ substitit , quam supre-  
 „mis cladibus ejus fortuna delegerat. Eo et Cæsar ve-  
 „nit , contraque Pompejum castra metatus est. Pom-  
 „pejus Fausto scripserat , qui , quantum datur intelligi,  
 „intra oppidum erat , Cæsarem medium in vallem nolle  
 „descendere , quod exercitus sui magna pars tironum  
 „esset. Quæ litere miris modis oppidanorum animos  
 „attollebant. Cupide enim spes arripiunt omnes mor-  
 „tales ; etiam ea sibi fingunt animis , quæ nec esse , nec  
 „fieri posse cognoscunt. Tam dulce est non dicam spera-  
 „re , sed cogitare , quæ delectant. Quod enim impossibi-  
 „lia sperentur , non intelligo. Cogitari autem possunt o-  
 „mnia. Dum se sic Pompejus , sic alios solaretur , et in-  
 „genti , quantum arbitror , sollicitudine agitatus , ma-  
 „gna parte noctis instructis staret aciebus : Cæsar , ne-  
 „scio quonam iter acturus , castris egrediebatur. Cui  
 „cum status hostium nuntiatus esset , constitit , con-  
 „stituitque aciem. Concursum est magnis hinc inde  
 „clamoribus , sed majoribus animis , ineffabilibus o-  
 „diis , atque immensis , pugnatumque acriter , ac perti-  
 „naciter , et (quod pene pudendum dixeris humanæ  
 „fragilitatis indicium ) usquam Cæsari aut cum hosti-  
 „bus , aut cum civibus tam anceps eventus , extremove-  
 „periculo propius res fuit : Usque adeo ut (sicut ele-  
 „gantissime ait Florus) plane videretur nescio quid de-  
 „liberare fortuna : etiam quid aliud rear , nisi , an a-  
 „micum suum usque in finem rara etiam sibi prorsus  
 „insolita fide comitaretur , an eo extremo jam calle de-  
 „sereret , ad alium transiret ? Tantaque hæc fortunæ  
 „declinatio , tam diurna , ut inter moras prælii , neu-  
 „tram in parrem inclinante victoria , cum jam vete-  
 „rana illa militum manus tot probata viatoriis (Cæ-  
 „saris oculis insuetum dedecus ) sensim retrofugeret ,  
 „nec quominus palam fugeret , tam virtute , quam pu-  
 „dore teneretur (quod nunquam ante illum diem fece-  
 „rat ) dubitare Cæsar cœperit , atque diffidere , etiam

„ solito mestior ante aciem stare , ita tamen ut nihil  
„ idem de solita imperatoria virtute remitteret : imo  
„ equo desiliens , et furenti simillimus , primam pedi-  
„ tum in aciem evolaret , clamans , increpans , obse-  
„ crans , atque exhortans , nec tamen voce , et oculis ,  
„ sed manu , et pectore fugam sistens , etiam fugere in-  
„ cipientes in prælium vi retorquens . Tanta denique  
„ trepidatio lucis illius fuit , tamque diu ambiguus pu-  
„ gnæ finis , ut cogitasse Cæsarem de extremis , scripto-  
„ rum plurimi tradiderint ; et eo vultu fuisse , quasi  
„ jam mortem sibi consciscere cogitaret . Quamquam  
„ apud eos , qui prælio interfuerunt , nulla penitus rei  
„ hujus est mentio . Et est sane difficile non tantum ab-  
„ sentibus , sed præsentibus , definire quid quisque se-  
„ cum cogitet , ego autem haud difficile ad credendum  
„ ducat , quod si de victoria Cæsar timuit , simul et  
„ de morte cogitavit . Quando enim , quo ve animo uni  
„ adolescenti terga vertisset is , qui patrem ejus talem  
„ virum , qui tot Reges , qui tot populos , tot duces ,  
„ non urbium modo , sed regionum , toties terga sibi ver-  
„ tere coegisset ? Utique igitur si Vinci timuit , mori o-  
„ ptavit , vincere solitus , non Vinci . Sed an Vinci timuerit ,  
„ quis novit ? Dicunt tamen etiam , quidam etiam pro-  
„ comperto afferunt . Tamdiu hæc rerum ambiguitas du-  
„ ravit , donec quinque cohortes hostium a Labieno ca-  
„ stris laborantibus directæ , medianque per aciem pro-  
„ perantes fugæ speciem prætenderunt . O , fortuna in  
„ omni re , ut creditur , potens , sed in bello potentis-  
„ sima ! Siquidem Cæsar sive illas vere fugere arbitra-  
„ tus , sibi credulitatem simulans ducum sagacissimus ,  
„ veluti in perfugas impetum fecit , animosque etiam  
„ suis addidit , ut fugere hostes rati sequerentur , etiam  
„ hostibus demisit , ut , dum suos fugere arbitrabantur ,  
„ fugerent . Ita Labienus Cæsaris desertor , ac transfu-  
„ ga , suique pristini ducis hostibus inexorabilis , cui  
„ parare perniciem quærebat , victoriam insperatam pe-  
„ rit . Eo enim prælio et ipse concedit , unaque se-  
„ cum Actius Varus , et cum eis xxx. millia hominum  
„ cecidere . Concidissent plures , nisi tam proximum ur-  
„ bis profugium fuisse . De victoribus ad tria millia

„ hominum cæsi , plures saucii equitum , ac peditum.  
 „ Itaque cum Cæsar muris obsidionem admovisset , ag-  
 „ ger flebilis , etiam horrendus de cadaveribus fa-  
 „ ctus est , per quem ad oppugnationem urbis ascen-  
 „ deretur , quæ telis , ac mucronibus velvet calce com-  
 „ pacta invicem cohærebant ; murique officium mini-  
 „ strabant. Ite nunc miseri , et civilibus bellis incumbi-  
 „ te , dumque aliis invidetis , vos ipsos opprimite. Ecce  
 „ de vestris cadaveribus superstites oppugnantur . An  
 „ aliud petitis ? an quidquam furoribus etiam nunc ve-  
 „ stris deest ? An vult aliud Labienus tam fervidus in-  
 „ sultator ? Et alii cecidere tuis instigatibus , Labiene,  
 „ et tu miser cum aliis cadaver unicum jaces : quamvis  
 „ et tibi etiam , Vare , sepulcra facta reperiam. Et quo-  
 „ niam tuis in eo statu vacasse non arbitror , æstimo  
 „ illa Cæsaræ (tibi prorsus indebitæ ) fuisse clemen-  
 „ tiæ , satisque auguror , si sic est , te obstinato , ut  
 „ eras , animo innumatum abjici maluisse. Cneus qui-  
 „ dem Pompejus et humero , et lævo crure saucio in-  
 „ ter medias cædes prælio pulsus excessit. Hunc in-  
 „ lectica , quod nec equo , nec vehiculo uti posset , ne-  
 „ morosa avia penetrantem fuga humili , et occulta , at-  
 „ que in speluncis latitantem , Cæsonius Cæsaris lega-  
 „ tus resistentem adhuc , etiam miseræ spei reliquias  
 „ refoventem , assequutus ad Lauronem ( id est loco no-  
 „ men ) obtruncat. Caput ad Cæarem refertur , tali-  
 „ bus assuetum muneribus non gaudentem. Hujus ger-  
 „ manum Sextum Pompejum in Celtiberia abscondisse  
 „ fortunam tradunt , ne quando scilicet deessent bellis  
 „ civilibus alimenta. Munda post prælium expugnata  
 „ quidem a Cæsare , sed ingenti prius sanguinis perfu-  
 „ sa diluvio. Per eosdem dies oppugnata rursus Cordu-  
 „ ba : quæ qualiter defecisset , non invenio. Magni ibi  
 „ motus , ingens in civitate dissensio , parte una ad Cæ-  
 „ sarem , altera in contrarium inclinante ; cumque es-  
 „ set ad arma discursum , vicit pars , quæ Cæarem co-  
 „ lebat , sibique oppidum cessit. De parte adversa duo  
 „ et viginti millia cecidere ; quamvis magnæ urbi ci-  
 „ vibus insigni strages. Cæsar Hispali digressus Idibus  
 „ Aprilis , Gades petit : inde rursum Hispalim rediit ,

„ ut Hispanas res , velut ultima voluntate , disponeret ;  
„ quo reversurus amplius non erat . Ibi vero concione  
„ advocata , beneficia sua in eam urbem commemora-  
„ vit et antiqua , et nova . In fine eos arguit , tanquam  
„ mala pro bonis omni tempore reddidissent , in pace  
„ seditiosi , in bello autem ignavi : Quod Cneus Pom-  
„ pejus adolescens , eorum fretus auxilio , cæsis civi-  
„ bus agros , et viciniam vastasset : etiam illic contra  
„ se , fasces , etiam imperium suscepisset ; imo vero con-  
„ tra populum Romanum , cuius ipse regimen teneret .  
„ Quid enim ? Crederentne forsitan Hispalenses , Ro-  
„ manos vincere , quod eorum provinciam populati es-  
„ sent ? An exstincto Cæsare , qui mortalis esset , non  
„ sentirent Romanum populum immortalem ; et in præ-  
„ sens decem habere legiones , quæ non tantum Hi-  
„ spalensisbus resistere , sed cœlum ipsum diruere sint  
„ potentes ? Quo in verbo non solum illa inest altitu-  
„ do , quæ omnibus patet ; sed illa etiam occultior ,  
„ quod in recensendis viribus Romanis non omnes , sed  
„ suas tantum dinumerat legiones , quasi reliquias nul-  
„ lius pretii , et ne memoria quidem dignas censeat .  
„ Multa hic historiæ in loco scripta , scriptorum vitio  
„ confusa , prætereo , ad finem properans . Hic ergo  
„ bellorum civilium finis .

## C. JULII CÆSARIS

## FRAGMENTA.

## EX LIBRIS EPISTOLARUM

AD M. T. CICERONEM.

*Cæs. Imper. S. D. Ciceroni Imper.*

**Q**uom Furnium nostrum tantum vidisset, neque loqui, neque audire me commode potuisse: cum properarem, atque essem in itinere, præmissis jam legionibus, præterire tamen non potui, quin et scribearem ad te, et illum mitterem, gratiasque agerem: etsi hoc officium et feci sæpe, et sæpius mihi facturus videor: ita de me mereris: in primis a te peto, quoniam confido, me celeriter ad Urbem venturum, ut te ibi videam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim, ad propositum revertar: festinationi meæ, brevitatique literarum ignosces: reliqua ex Furnio cognosces. Vale. *Ex Cic. l. 9. epist. ad Attic. epist. 5.*

*Cæsar Imper. Ciceroni Imper. S. D.*

Recte auguraris de me (bene enim tibi cognitus sum) nihil a me abesse longius crudelitate, atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te, triumpho, et gaudio: neque illud me movet, quod iij, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo, quam et me mei similem esse, et illos sui. Tu velim mihi ad urbem præsto sis ut tuis consiliis, atque opibus, ut consuevi, in omnibus re-

bus utar. Dolabella tuo nihil mihi scito esse jucundius: hanc adeo habeo gratiam illi, neque enim aliter facere potui: tanta ejus humanitas, is sensus, ea in me est benevolentia. Vale. *Ex Cic. l. 10. ad Attic. epist. 9.*

*Cæsar Imper. Ciceroni Imp. S. D.*

Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum judicarem, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimavi, et pro nostra benevolentia petendum, ne quo progredereris inclinata jam re, qua integra etiam progrediendum tibi non existimasses; namque et amicitiae graviorem injuriam feceris, et tibi minus commode consulueris, si non fortunæ obsecutus videbere: omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur; nec causam secutus; (eadem enim tum fuit, cum ab eorum consiliis abesse iudicasti) sed meum aliquod factum condemnasse; quo mihi gravius abs te nihil accidere potest: quod ne facias, pro jure nostræ amicitiae a te peto. Postremo, quid viro bono, et quieto, et bono civi magis convenit, quem abesse a civilibus controversiis? quod non nulli cum probarent, periculi causa sequi non potuerunt, tu, explorato et vitæ meæ testimonio, et amicitiae judicio, neque tutius, neque honestius reperies quidquam, quam ab omni contentione abesse: xv. Kal. Maji ex itinere. Vale. *Ex Cic. libr. 10. ep. ad Attic. epist. 9.*

M. Furium, quem mihi commendas, vel regem Galliae faciam, vel Leptæ legatum: si vis tu, ad me alium mitte, quem ornam. *Ex Cic. libr. 7. epist. ad Fam. epist. 5. ad Cæsar.*

Neque pro cauto, ac diligente se castris continuuit. *Ex Charis. l. 1.*

Quid queris, quid Cæsar ad me scripserit? quod sœpe, gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque, in eo ut perseverem. *Ex Cicer. libr. 8. epist. ad Attic. epist. 11.*

De tribunatu quod scribis, ego vero nominatim petivi Curtio, et mihi ipse Cæsar nominatim Curtio pa-

ratum esse rescripsit. *Ex Cicer. libr. 3. epist. ad Quint. Fratr. epist. 1.*

Quod quidem propemodum videor ex Cæsaris literis, ipsius voluntate facere posse, qui negat neque honestius, neque tutius mihi quidquam esse, quam ab omni contentione abesse. *Ex Cicer. libr. 10. ad Attic. epist. 10.*

Cæsar mihi ignoscit per literas, quod non venerim, seseque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior, quod scribit, secum Tullium et Servium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi remisisset, etc. sed tamen exemplum misi ad te Cæsaris literarum. *Ex Cic. libr. 10. epist. ad Attic. epist. 3.*

Sextius apud me fuit, et Theopompus pridie: venisse a Cæsare narrabat literas: hoc scribere, sibi certum esse Romæ manere, causamque eam adscribere, quæ erat in epistola nostra, ne se absente leges suæ negligerentur, sicut esset neglecta Sumptuaria. *Ex Cic. l. 13. epist. ad Attic. epist. 7.*

Sed heus tu, celari videor a te; quomodonam, mi Frater, de nostris versibus Cæsar? Nam primum librum se legisse scripsit ad me ante: et prima sic, ut neget se ne Græca quidem meliora legisse. Reliqua ad quemdam locum ῥᾳδιῳδτερα, hoc enim utitur verbo, etc. *Ex Cic. l. 2. epist. ad Quintum Fratrem epist. 15.*

Ex Britannia Cæsar ad me Kal. Septembr. dedit literas, quas ego accepi ad iv. Kal. Octobr. satis commodas de Britanicis rebus: quibus ne admirer, quod a te nullas acceperim, scribit se sine te fuissé, cum ad mare accesserit, etc. *Ex Cic. libr. 3. epist. ad Quintum Fratrem epist. 1.*

Cum hanc jam epistolam complicarem, tabellarii a vobis venerunt ad xi. Kal. Septembr. vicesimo die. O, me sollicitum! quantum ego dolui in Cæsaris suavissimis literis. Sed quo erant suaviores, eo majorem dolorum illius ille casus afferebat. *Ex Cic. l. 3. epist. ad Quintum Fratrem epist. 1.*

EX LIBRIS EPIST. AD C. OPPIUM, ET BALBUM  
CORNELIUM.

*Cæsar Oppio, et Cornelio S. D.*

Gaudeo mehercule vos significare literis, quam valde probetis ea, quæ apud Corfinium sunt gesta, consilio vestro utar libenter, et hoc libentius, quod mea sponie facere constitueram, ut quam lenissimum me præberem: tenteimus hoc modo, si possumus, omnium voluntates recuperare, et diuturnitate odium effugere non potuerunt, neque victoriam diutius tenere, præter unum L. Sallam, quem imitatus non sum: hæc nova sit ratio vincendi, ut misericordia, et liberalitate nos muniamus: id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt, et multa reperi possunt: de his rebus, rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium Pompejī Præfectum deprehendi: scilicet meo instituto usus sum, et eum statim missum feci. Jam duo præfecti fabrūm Pompejī in meam potestatem venerunt, et a me missi sunt; si volent grati esse, debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi esse amicus, quam iis, qui et illi, et mihi semper fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, ut Resp. in hunc statum perveniret. *Ex Cic. libr. 9. epist. ad Attic. epist. 8.*

*Cæsar Oppio, et Cornelio S. D.*

Ad vii. Id Mart. Brundusium veni; ad murum castra posui. Pompejus est Brundusii: missit ad me Cn. Magium de pace, quæ visa sunt, respondi: hoc vos statim scire volui, cum in spem venero, de compositione aliquid me confidere, statim vos certiores faciam. Valete. *Ex Cic. l. 9. epist. ad Attic. epist. 16.*

De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim quas tu literas exspectaris. Sed ille scripsit ad Balbum fasciculam illum epistolarum, in quo fuerat et mea, et Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse: ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam; sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quæ rescripsit his verbis: De Cicerone video te

quiddam scripsisse, quod ego non intellexi: quantum autem conjectura consequebar, id erat hujusmodi, tu magis optandum, quam sperandum putarem. Itaque postea misi ad Cæsarem eodem illo exemplo literas. Jocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus, etc. *Ex Cic. l. 2. epist. ad Quintum Fratrem epist. 11.*

Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium, et Balbum Cornelium, qui res ejus absentis curabant. In his epistolis quibusdam in locis inveniuntur literæ singulares, sine coagmentis syllarum, quas te putas positas incondite; nam verba ex literis confiei nulla possunt: erat autem conventum inter eos clandestinum, de commutando situ literarum, ut inscriptio quidem alia aliæ locum, et nomen teneret; sed in legendō locus cuique suus, et potestas restitueretur, etc. Est autem Probi Grammatici commentarius satis curiose factus, de occulta literarum significatione epistolarum C. Cæsaris scriptarum. *Ex Gell. l. 17. c. 9.*

### EX LIBRO EPISTOLARUM AD Q. PEDIUMR

*Cæsar Q. Pedio S. D.*

Pompejus se oppido tenet: nos ad portas castra habemus: conamur opus magnum, et multorum dierum, propter altitudinem maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus: ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quamprimum trajicere, quod habet Brundusii copiarum, cogamus, aut exitu prohibeamus. *Ex Cic. libr. 8. epist. ad Attic.*

### EX LIBRO EPISTOLARUM AD PISONEM.

Locellum tibi signatum remisi. *Ex Cbar. l. 1.*

### EX LIBRO EPISTOLARUM AD ANTONIUM.

Nam ad me misit Antonius exemplum Cæsaris ad se literarum, in quibus erat: se audivisse, Cæsarem, et L. Metellum in Italiam venisse, Romæ ut essent palam; id sibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italia, nisi quorum ipse causam co-

gnovisset: deque eo vehementius erat scriptum. *Ex Cic.*  
*ad Attic. libr. II.*

### EX LIBRO EPISTOLARUM AD SERVILIUM.

P. Servilius pater ex literis, quas sibi a Cæsare missas esse dicebat, significat valde se sibi gratum fuisse, quod de sua voluntate erga Cæsarem humanissime, diligentissimeque locutus esses. *Ex Cicer. libr. 3.*  
*epist. ac Quinctun Fratrem epist. I.*

### DE C. JULII CÆSARIS EPISTOLIS TESTIMONIA.

Epistolæ quoque ejus ad Senatum extant: quas primus videtur ad paginas, et formam memorabilis libelli convertisse: cum antea Consules, et Duces non nisi transversa charta mitterent scriptas. Extant et ad Ciceronem; item ad Familiares domesticis de rebus, in quibus si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset; quæ si quis investigare, et persequi vellet, quartam elementorum literam, id est, O pro A, et perinde reliquas commutet. *Ex Sueton. in Cæs.* Harum mentio apud Cicer. in epist. II. libr. 16.  
*ad Famil. Omnino et ipse Cæsar, amicus noster minaces ad Senatum, et acerbas literas miserat, etc.*

Scribere, et legere simul, dictare, et audire solitum accepimus: epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil ageret, stetenas. *Ex Plin. I. 7. c. 15.*

Ἐν ἐκείνῃ δὲ τῇ σρατεῖᾳ προσεξῆσκησεν ἱππαζόμενος τὰς ἐπισολὰς εἰπαγορύθειν, καὶ δυσὶ ὀμοιγράφουσιν ἔξαρκειν. ὡς δὲ Οὐ ππιος Φιστ., καὶ πλεῖστοι. λέγεται δὲ καὶ τοῦ κιδε γραμμάτων τοῖς φίλιαις ὄμιλειν. Καταρα πρῶτον μιχανήσασθαι. *Ex Plut. in Cæs.*

### EX ORATIONE IN FUNERE JULIÆ.

Quæstor Julianum amitam, uxorem Corneliam defunctas laudavit e more pro rostris; sed in amitæ quidem laudatione, de ejus, ac patris sui origine sic refert: Amitæ meæ Juliæ maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis immortalibus conjunctum

est; nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges; quo nomine fuit mater: a Venere Julii, cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere et sanctitas regnum, qui plurimum inter homines pollent, et cæremonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges. *Ex Suet, in Cæsar.*

Οὐ τί τῆς Μαρπλου ἡγεμονίας ἀποθανόσης, ἀδελφίδους ὁν αυτῆς, ἐγκάμψιν τε λαμπτρον ἐν ἀγορῇ διῆλθεν, καὶ περὶ τὴν ἐκφορᾶν ἐτολμησεν εἰκονασ Μαρπλου προθέσθαι. *Ex Plutar. in Cæsar.*

### EX ORATIONE PRO BITHYNIS.

C. Cæsar Pont. Max. in oratione, quam pro Bithynis dixit, hoc principio usus est: vel pro hospitio regis Nicomedis, vel pro horum necessitate, quorum res agitur, refugere hoc munus, M. Vicini, non potui; nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis retineatur; neque clientes sine summa infamia deseriri possunt, quibus etiam a propinquis nostris opem ferre instituimus. *Ex Gell. libr. 5. cap. 13.*  
*Ita Fulvius Ursinus ex libri manuscripti corrupta scriptura.*

Quid ergo? syngraphæ non sunt, sed res aliena est.  
*Ex Julio Rusiniano de figuris.*

### EX ORATIONE PRO LEGE PLAUTIA.

Reperi ramen in oratione C. Cæsaris, qua Plautiam rogationem suasit, necessitate dictam pro necessitudine, id est, jure affinitatis. Verba hæc sunt: Evidem mihi videor pro nostra necesitate, non labore, non opera, non industria defuisse. *Ex Gell. libr. 13. cap. 3.*  
*et Nonio in voce Necessitas.*

### EX ORATIONE IN CN. DOLABELLAM.

Cæsar in Dolabellam: \* Actionis illibusti, quorum in ædibus, fanisque posita, et honori erant, et ornatui. In libris quoque Analogicis omnia istiusmodi sine prima litera dicenda censem. *Ex Gell. libr. 4. cap. 16.*  
\* Alias Actionis allibusti, sed emendata Stephani, et Tornesii editio: Cæsar in Dolabellam Act. III. Ibi isti, quorum, etc.

Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, uno et vigesimo Cæsar Dolabellam, altero et trigesimo Asinius Pollio Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinium, iis orationibus insecuri sunt, quas hodie cum admiratione legimus. *Ex auctore dialogi de Oratoribus.*

Cæterum composita seditione civili, Cornelius Dolabellam consularem, et triumphalem virum repetundarum postulavit, absolutumque Rhodum secedere statuit. *Ex Sueton. in Cæsar.*

Divus quoque Julius, quam cœlestis numinis, tam etiam humani ingenii perfectissimum columen, vim facundiæ propriæ expressit, dicendo in accusatione Cn. Dolabellæ, quem reum agit, extorqueri sibi causam optimam L. Cottæ patrocinio. *Ex Valer. Max. 1. 8. cap. 9.*

Cæsar Cn. Dolabellam accusavit, nec damnavit. *Ex Pediano in orat. pro Marco Scauro.*

Significat et Cæsarem, item adolescentem, in Dolabella reo ex Sicilia, qui quidem damnatus est, quantum oportuit per Hortensiū, etc. *Ex Pediano in Dīuin.*

Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ρώμην, Δολαβέλλαν ἔκρινε κακῶσεως ἐπαρχίας, καὶ πολλαῖς ἀπὸ τῆς Εὐλαδὸς τῶν πολεων μαρτυρίαι αὐτῷ πάρεσσον. μὲν οὖν Δολαβέλλας ἀπέφυγε την δέκην. *Ex Plutar. in Cæsar.*

### EX ORAT. AD MILITES.

Fama vero hostilium copiarum perterritos, non negando, minuendove, sed insuper amplificando, ementiendoque confirmabat: itaque cum exspectatio adventus Jubæ terribilis esset, convocatis ad concionem militisbus: Scitote, inquit, paucissimis his diebus regem aflutterum cum x. legionibus, equitum xxx. m. levis armaturæ c. millibus, elephantisque ccc. proinde desinant quidam quærere ultra, aut opinari; mihiique, qui compertum habeo, credant: aut quidem vetustissima nave impositos quocumque ventu in quascumque terras Jubebo avehi. *Ex Suet. in Cæsar.*

Cæsar apud milites de \* incommodis eorum:

Non frustrabo vos milites. *Ex Diomedे libr. I.\* Alias commodis.*

## EX ORAT. PRO DECIO SAMNITE.

Nisi forte quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Dejotaro rege, cæterosque cuiusdam lenti luminis, ac temporis libros legit, etc. *Ex Auctore Dial. de Orator.*

## EX ORAT. PRO SEXTILIO.

Quo enim Jambo, qua procella verborum impium Sextilii caput obrui meretur? quod C. Cæsarem, a quo cum studiose, tum etiam feliciter gravissimi criminis reus defensus fuerat, etc. *Ex Val. Max. I. 5. c. 3.*

## EX ORAT. DE CONJURATIS.

Catonem primum putat de animadversione dixisse, quam omnes ante dixerant præter Cæsarem, et cum ipsius Cæsaris tam severa fuerit, qui tum prætorio loco dixerit, etc. *Ex Cic. ad Attic. libr. 12.*

Sed Cæsar, ubi ad eum perventum est, rogatus sententiam a Consule, hujuscemodi verba locutus est: Omnes homines, etc. *Ex Sallust. in Conjur.*

Οὐ δέ Καῖσαρ ἀναστάς, λόγου διῆλθεν πεφρούτισμένοντὸς ἀποκτεῖναι μὲν ἄκριτους ἀνὸς παῖς ἔματι, καὶ γένει λαμπρῶς οὐ δοκεῖ πάτριον, οὐ δέ δηκαιού εἶγαι, μὴ μεγάλη τῆς ἐργάτης ἀνάγκης, εἰ καὶ φουστίντο δεύεντεο ἐς πόλεον τῆς Ἰταλίας, ἃς ἂν αὐτὸς ἐλεῦται Κικέρων, μέχριοῦ καταπλευνθεὶς κατακλίνας, θεσροῦ ἐν εἰρήνῃ καὶ καθ' ἡδὺς χλαυ περὶ ἑκάστου τῷ βουλῇ γνώναι παπεῖει, οὐτως δε τῷ γνώμην Φιλανθρώπου φανεῖσθαι, καὶ τούς λόδους δυνατῶν, σύμμονας οἱ μετὰ τούτον ἀνιζάμενοι προστετίθεντο, πολλοὶ δέ καὶ τῶν τάς ειρημένις γνώμας ὀτειπάνενοι πρὸς τὴν εκείνους κατάτισσαν, εἴσας ἐπὶ Κάτωνα τὸ πρᾶγμα καὶ Κάτουλον πεθῆλθεν. *Ex Plutarch. in Cæs.*

## EX ORAT. IN:::::::

Sic fac existimes, post has miseras, id est, postquam armis disceptari cœptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam et ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli (sic enim appellabat) laudataque honorificentissime et aequitate tua, et pru-

dentia, repente præter spem dixit, se senatui rogantì de Marcello, ne hominis (L.·ominis) quidem causa negaturum. *Ex Cicer. libr. 4. epist. ad Famil. epist. 4. ad Serv. Sulpicium.*

## EX ORAT. IN FUNERE CORNELIÆ.

Quæstor Julianam amitam, uxoremque Corneliam defunctas laudavit e more pro rostris. *Ex Suet. in Cæs.*

Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ γυναιξὶ πρεσβυτέραις λόγοις ἐπιταφίοις διεξιέναι πάτεριον ἦν Ρ' ὀμαλοῖς, νέαις δ' οὐκ ἦν εὔθετος. *Ex Plutarch. in Cæs.*

## DE C. JULII CÆSARIS ORATIONIBUS TESTIMONIA.

Tum Brutus : Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur, complures autem legi, etc. *Ex Cicer. in Bruto.*

Orationes aliquas reliquit: inter quas temere quædam feruntur: pro Q. Metello, quam non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequentibus verba dicentis, quam ab ipso editam; nam in quibusdam exemplaribus invenio ne inscriptam quidem pro Metello, sed quam scripsit Metello, cum ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum, seque adversus communium obtrectatorum criminaciones purgantis: apud milites quoque in Hispania; idem Augustus orationem esse vix ejus putat, quæ tamen duplex fertur, una quasi priore habita prælio, altera posteriore, quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incursione. *Ex Suet. in Cæs.*

## EX LIBRIS IN CATONEM.

Reliquit et de Analogia duos libros, et Anticatones totidem. *Sueton. in Cæs.*

## EX LIBRO I.

Cæsar in Anticatone priore: Uno enim excepto,

quem alius modi, atque omnis natura finxit, suos quisque habet caros. *Priscian. bis l. 6. et 7. et l. 13.*

## INCERTA EX HISDEM.

Erunt officia antelucana, in quæ incidere impune ne Catoni quidem licuit, quem tamen C. Cæs. ita reprehendit, ut laudet: describit enim eos, quibus ob vius fuerit, cum caput ebrii retexissent, erubuisse, deinde adjicit: Putares non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos. Potuitne plus auctoritatis tribui Catoni, quam si ebrius tam venerabilis erat? nostræ tamen coenæ ut apparatus, et impedii, sic temporis modus constet: neque enim hi sumus, quos vituperare ne inimici quidem possunt, nisi ut simul laudent. *Ex Plin. l. 3. epist. ad Attic. Sever.*

C. etiam Cæsar gravis auctor linguae Latinæ, in Anticatone: Unius, inquit, arrogantiæ, superbiæque, dominatusque. *Ex Gell. l. 4. c. 16.*

DE C. JULII CÆSARIS IN CATONEM  
SCRIPTIS TESTIMONIA.

Qualis futura sit Cæsaris vituperatio contra landationem meam, perspexi eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed eum maximis laudibus meis: itaque misi librum ad Muscam, ut tuis librariis daret: volo enim eum divulgari. *Ex Cicer. ad Attic. libr. 12.*

Hirtii epistolam si legeris, quæ inibi, quasi *πλασμα* videtur ejus vituperationis, quam Cæsar scripsit de Catone. *Ex libr. 12. ad Attic.*

Cum mihi Balbus nuper in Lanuvino dixisset, se et Oppium scripsisse ad Cæsarem, me legisse libros contra Catonem, et vehementer probasse. *Ex libr. 3. ad Attic.*

Quibus omnibus generibus usus est nimis imprudenter Cæsar contra Catonem meum. *Ex Cic. in Topic.*

M. Ciceronis libro, quo Catonem cœlo æquavit, quid aliud Dictator Cæsar, quam rescripta oratione, velut apud Judices respondit? *Ex Tacit. libr. 4.*

Hisque usum C. Cæsarem in vituperando Catonem

notaverit \* Cicero. *Ex Quinctil. libr. 3.* (\* in Topicis.)

Ut Catonem Tullius laudans, et duobus volumini-  
bus Cæsar accusans. *Ex Mart. Capell. l. 5.*

*Atque utinam ritus veteres, et publica saltem  
His intacta malis agerentur sacra, sed omnes  
Noverunt Mauri, atque Indi, quæ psaltria penem  
Majorem, quam sint duo Cæsaris Anticatones,  
Illuc, ect. Juven. Sat. 6.*

\* Πυρθμένος δὲ ὡς ἐαυτὸν οὐ ὄντος διειργάσσατο, δῆλος μὲν  
ἡν δικθεῖς, ἐφ' ὧ δὲ, δῆλον. εἴπε ό οὐ ᾧ Κάτων, οὐ νῶ  
σοι του δανάτου, καὶ γαρ σή μο: τῆς σωτηρίας ἐφθινησας.  
οὐ μὲν οὖν μετὰ ταῦτα γραφεῖς ὑπ' αὐτοῦ πρᾶς Κάτωνα  
τεθγεῖται λόγος, οὐ δοκεῖ πρᾶμας ἔχοντος, οὐ δὲ εἰδολλακ-  
τως σημετον εἶναι. πῶς γάρ ἐρείσατο ζῶντος, εἰς ἀνασ-  
θιτον ἐγκέκρισ θρυην τοσαύτην: Paullo post: καὶ τὸν λόγον  
ἐκείνον οὐκ ἐξ ἀπεγκείσας, ἀλλὰ φιλοτιμίας πολιτ καὶ συν-  
τεταχθεὶς διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἐγραφε Κικέρων ἐγκώμιον  
Κάτωνος, δύομα τῷ λόγῳ θέμενος Κάτωνα. καὶ πλαοῖς ὁ  
λόγος ἡν διὰ σπουδῆς ὡς εἰκός, ιπτο του δεινοτάτου τῶν ρήτο-  
ρων εἰς τὴν καλλίδην πεποιημένος ὀπόθεσιν. τουτο ήντις Kal-  
σαρ, κατηγορίαν αυτοῦ νομίζοντα, τὸν του τεθνεώνος δὲ  
αυτον ἐπαινον. Ἐγραφεν ουν πολλάς τινας κατὰ του Κά-  
τωνος αἰτίας συναγαγών. τὸ δὲ βιβλίον Αὐτικάτων ἐπιγέγ-  
ραπται, καὶ διουδασάς ἔχει τῶν λογων ε'κάτερος διὰ Κα-  
σαρα καὶ Κάτωνα πολλούς. *Ex Plut. in Cæs.*

Αυτός δὲ οὖν θερόν ἐν τῇ πρᾶς Κικέρωνα περὶ Κάτωνος  
αυτιγραφῇ παραιτεῖται. μη δρατιωτικου λογον αυτεξετάζειν  
πρὸς δεινοτητα ρήτορος ἐψυχους, καὶ σχ. λην ἐπι τουρο πολ-  
λην ἀγοντος. *Ex Plut. in Cæs.*

Ἐκ δὲ τουτου διετέλει τιμῶν ται φιλοφρονουμενος, ὥσε  
καὶ γραμντι λογον ἐγκώμιον Κάτωνος, ευτγράφων, του τε  
λογον αὐτου καὶ του ίδιου, οὐς μάλιστα τῷ περ κλέους ε'οικο-  
τα καὶ θηρωμένους ἐπαινεῖν. δ μην οὖν Κικέρωνος λογος Κά-  
των, ο δὲ Καισαρος, Αὐτικάτων γέγραπται. *Ex Plutar. in  
Cic.*

### EX LIBRIS DE ANALOGIA AD M. T. CICERONEM.

Reliquit et de Analogia duos libros, etc. *Ex Suet.  
in Cæsar.*

### EX LIBRO I.

Quin etiam in maximis occupationibus cum ad te  
ipsum, inquit, in me intuens, de ratione latine lo-  
quendi accuratissime scripserit, primoque in libro di-  
xerit, verborum delectum originem esse eloquentiae:

tribueritque , mi Brute , huic nostro , qui me de illo maluit , quam se dicere , laudem singularem ; ( nam scripsit his verbis , cum hunc nomine esset affatus : Ac si cognita præclare eloqui possent , nonnulli studio , et usu laboraverunt , cuius te pene principem copiæ , atque inventorem , bene de nomine , ac dignitate Populi Rom. meritum esse existimare debemus ,) hunc facilem , et quotidianum novisse sermonem , nunc pro relicto est habendum . Tum Brutus , Amice hercule , inquit , et magnifice te laudatum puto , quem non solum principem , atque inventorem copiæ dixerit , quæ erat magna laus sed etiam bene meritum de Populi Romani nomine , et dignitate . *Ex Cic. in Bruto.*

C. Cæsar ille perpetuus Dictator , Cn. Pompeji socier , a quo familia , et appellatio Cæsarum deinceps propagata est , vir ingenii præcellentis , sermonis præter alios suæ ætatis castissimi , in libris , quos ad M. Ciceronem de Analogia scripsit , Arenas viciose dici existimabat , quod Arena nunquam multitudinis numero appellanda sit , sicut neque Cælum , neque Triticum : contra autem Quadrigas , etiamsi currus unus equorum quatuor junctorum unum sit , plurativo semper numero dicendas putat ; sicut Arma , et Moenia , et Comitia , et Inimicitias , etc. *Paullo post:* Tum prolato libro de Analogia prima verba hæc ex eo pauca memoriae mandavi : nam cum prædixisset , neque Cælum , Triticumve , neque Arenam multitudinis significationem pati : Num tu , inquit , harum rerum natura accidere arbitraris , quod unam terram , et plures terras , et urbem , et urbes , et imperium , et imperia dicamus ? neque quadrigas in unam nominis figuram redigere , neque Arenam in multitudinis appellationem convertere possumus ? *Ex Gell. libr. 10. c. 8.*

Atque id , quod a C. Cæsare excellentis ingenii , ac prudentiae ( ita Gellius , Macrobius providentiae ) viro in primo de Analogia libro scriptum est , habe semper in memoria , atque in pectore , ut tanquam scopulum sic fugias inauditum , atque insolens verbum : *Ex Gell. libr. 1. c. 10. et Macrob. l. 1. Saturnal. c. 5.*

C. Cæsar in libro de Analogia secundo, hujus die, et hujus specie dicendum putat. *Ex Gell. l. 9. c. 14.*

Podium Cæsar de Analogia libro secundo dici debere ait, sed Verrius contra: nam i detracta Panum ait dici debere. *Ex Charis. l. 1.*

Cæsar de Analogia secundo, Fagos, Populos, Ulimos. *Ex Charis. l. 1.*

Cæsar de Analogia secundo Turbonem, non Turbinem, etiam in tempestate dici debere ait, ut Cato Catonis, non ut homo hominis. *Ex Charis. l. 1.*

Lacer, an Laceris, etc. Cæsar de Analogia secundo, neconon Vaigius de rebus per epistolam quæsitis. *Ex Charis. l. 1.*

Is homo, idem compositum facit, nisi quia Cæsar libro secundo (*de Analogia videlicet*) singulariter Idem, pluraliter Idem dicendum affirmat: sed consuetudo hoc non servat. *Ex Charis. l. 1.*

#### EX IISDEM NON DISTINCTO LIBRO.

C. Cæsar gravis auctor linguae Latine in libris Analogicis omnia istiusmodi (puta, *Senatu*, *Victu*, *Aspectu*, etc.) sine i litera dicenda censem. *Ex Gell. libr. 4. cap. 16.*

Hic, et hæc Samnitis: Sic Cæsar de Analogia. *Ex Prise. l. 6.*

Partum. Cæsar de Analogicis harum partum. *Ex Charis. l. 1.*

#### EX IISDEM, UTI VERO SIMILE EST, NON AD- SCRIPTO TAMEN UBI LAUDANTUR LIBRO.

Mibi autem placet Latinam rationem sequi, quoque patitur decor: neque enim jam Calypsonem dixerim, ut Junonem: quamquam secutus antiquos C. Cæsar utitur hac ratione declinandi. *Quinct. l. 5. c. 5.*

M. Tullius, et C. Cæsar, mordeo, momordi; pungo, pupugi; spondeo, spopondi dixerunt. *Gell. libr. 7. cap. 9.*

C. Cæsar ait *L* litera nominativo singulari neutra finita nomina, eamdem definitionem capere, quam ca-

piane *E* litera terminata: huic animali, et ab hoc animali, huie puteali. *Charis.* l. 1.

Aplustre. Omnia nominum, quæ sunt neutri generis, et in *E* terminantur, ait Plinius, Cæsarem scisse eosdem esse ablativos, quales sunt dativi singulares. *Charis.* l. 1.

*AR* literis nomina neutralia terminata ait Cæsar, quod dativo, et ablativo pari jure funguntur: ut idem Plinius scribit. *Charis.* l. 1.

Jubar. Plinius ait, inter cætera etiam istud Cæsarem dedisse præceptum, quod neutra nomina *AR* nominativo clausa, per i dativum, ablativumque singulares ostendant: Jubar tamen, et Far ab hac regula disidere: nam huic jubari dicimus, ab hoc jubare, et huic farri, ab hoc farre. *Charis.* l. 1.

Ac ne illa ratio recepta est, quam Cæsar ponit in femininis, ut puppim, restim, pulvim: hoc enim modo et ab hoc cani, et ab hoc cane. *Charis.* l. 1.

Tribus III junctis, qualis posset syllaba pronuntiari? nam postremum I pro vocali recipiendum, quod Cæsari artis Grammaticæ doctissimo placitum fuisse a Victore quoque in arte Grammatica de syllabis comprobatur. *Priscian.* libr. 1.

V loco consonantis posita eamdem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Æoles digamma F, pro quo Cæsar hanc figuram F scribere voluit: quod quamvis illi recte visum est, tamen consuetudo antiqua superavit. *Prisc.* l. 1.

Hæc pollis pollinis: sic Charisius. Probus autem, et Cæsar, hoc polleni pollinis declinaverunt. *Prisc.* l. 6.

Præterea Cæsar declinat, pubis puberis: Probus, pubes puberis: quidam puber puberis. *Prisc.* l. 6.

Quamvis Cæsar non incongrue protulit ens a verbo sum, es, est. *Prisc.* l. 18.

Hoc lutum, atque macellum singulari exire memento, licet Ennius, ista macella dicat, et Cæsar luta. *Ex Capro.*

Lacrumæ, an Lacrymæ, maxumus, an Maximus, et si quæ similia sunt, scribi debeant, quæsitum. Terentius Varro tradidit, Cæsarem per I ejusmodi verba solitum esse enuntiare, et scribere, inde propter aucto-

ritatem tanti viri consuetudinem factam. Sed ego in antiquorum, etc. *Cassiodor.* ex *Anneo Cornuto de Orthograph.*

Varie etiam scriptitatum est, Mancupium, Aucupium, Manubiae: siquidem C. Cæsar per I scripsit, ut apparet ex titulis ipsius. *Ex Velio de Orthogr.*

An ideo minor est M. Tullius Orator, quod idem artis hujus (*Grammaticæ*) diligentissimus fuit, et in filio, ut in Epistolis apparet, recte loquendi usquequam asper quoque exactor? Aut vim C. Cæsaris frege-  
runt editi de *Analoga libri?* *Quinct. l. 1. cap. 7.*

### APOPHTHEGMATA.

Sed tamen ipse Cæsar habet peracre judicium: et, ut Servins frater tuus, quem literatissimum fuisse ju-  
dico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est,  
quod tritas haberet aures notandis generibus poetarum,  
et consuetudine legendi: sic audio Cæsarem, cum vo-  
lumina jam confecerit Απωφθεγμάτων, si quid afferatur  
ad eum pro meo, quod meum non sit, rejicere solere;  
quod eo nunc magis facit, quia vivunt mecum fere  
quotidie illius familiares. Incidunt autem in sermone  
vario multa, quæ fortasse illis cum dixi, nec illiterata,  
nec insulsa esse videantur. Hæc ad illum cum  
reliquis actis perforuntur. Ita enim ipse mandavit. Sic  
fit, ut, si quid præterea de me audiat, non audiendū puret. *Cic. libr. 9. epist. ad Famil. epist. 16. ad  
Pap. Pætum.*

### DICTA COLLECTANEA.

Feruntur et a puerō, et ab adolescentulo quædam  
scripta, etc. item Dicta collectanea, quos omnes libel-  
los vetuit Augustus publicari. *Suet. in Cæs.*

### EPHEMERIDES.

C. Julius Cæsar cum dimicaret in Gallia, et ab ho-  
ste raptus equo ejus portaretur armatus, occurrit  
quidam ex hostibus, qui eum nosset; et insultans ait \*  
Cecos Cæsar, quod Gallorum lingua, *Dimitte*, signi-  
ficat: et ita factum est, ut dimitteretur. Hoc autem  
ipse Cæsar in Ephemeride sua dicit, ubi propriam com-  
memorat felicitatem. *Servius in l. 11. Æneid. Virgilii.*

\* Alias Cetos Cæsar. Servius P. Danielis Cæsar,  
quod quid velit, docti examinent.

## LIBRI AUSPICIORUM.

Sed contra Julius Cæsar xvi. Auspiciorum libro negat, nundinis concionem advocari posse, id est, cum populo agi, ideoque nundinis Romanorum haberi comitia non posse: *Macrob. l. i. Saturn. c. 16.*

## AUGURALIA.

Cæsar in Auguralibus: si sincera pecus erat: *Prisc. libr. 6.*

## DE DIVINATIONE.

Genus eloquentiæ dumtaxat adolescens: adhuc Strabonis Cæsaris secutus videtur: cuius etiam ex Oratione, quæ inscribitur, Pro Sardis, ad verbum nonnulla transtulit in Divinationem suam. *Suet. in Cæsare. Erunt forte, qui hoc ad Orationum Fragmenta pertinere existimabunt, me non multum repugnante.*

## ASTRONOMICA.

Nam Julius Cæsar, ut Siderum motus, de quibus non indoctos libros reliquit, ab Ægyptiis disciplinis hausit: ita hoc quoque ex eadem institutione mutuatus est, ut ad Solis cursum finiendi anni tempus extenderet. *Macrob. l. i. Saturn. c. 26.*

Tres autem fuere sectæ, Chaldæa, Ægyptia, Græca: his addit apud nos quartam Cæsar Dictator, annos ad Solis cursum redigens singulos, qui prius antecedebat. *Plin. l. 18. c. 25.*

A Bruma in Favonium Cæsari nobilia sidera significant; Kal. Januarii matutino Canis occidens. *Paullo post*: Pridie Nonas Januarii Cæsari Delphinus matutino exoritur, et postero die Fidicula, quo Ægypto Sagitta vesperi occidit. *Paullo post*: a Favonio in æquinoctium vernum Cæsari significat xvii. Kal. Martii triduum variae, et viii. Kal. Hirundinis visu, et postero die Arcturi exortu vespertino, item iii. Nonas Martii Cæsar Cancri exortu id fieri observavit. *Paullo post*: Cæsar et Idus Martias ferales sibi annotavit Scorpionis occasu. *Paullo post*: iii. Nonas Aprilis in Atti-

ca Vergiliæ vesperi occultantur ; eadem postridie in Bœotia ; Cæsari autem , et Chaldæis , Nonis . *Paullo post* : Cæsari vi. Idus significatur imber Libræ occasu : xiv. Kal. Maji Ægypto Suculæ occidunt vesperi , sidus vehemens , et terra , marique turbidum , xvi. Atticæ , xv. Cæsari , continuoque triduo significat . *Paullo post* : vi. Nonas Maji Cæsari Suculæ matutino exoriuntur et viii. Idus Capella pluvialis . *Ex Plin.* 18. c. 26.

A Vergiliarum exortu significant Cæsari postridie Arcturi occasus matutini . *Paullo post* : xi. Kal. Cæsari Orionis gladius occidere incipit : iii. Non. Junii Cæsari , et Assyriæ Aquila vesperi oritur , etc. xi. Kal. ejusdem Orionis gladius Cæsari occidere incipit . *Ex Plin.* 1. 18. c. 27.

A Solstitio ad Fidiculæ occasum vi. Kal. Junii (al. Julii) Cæsari Orion exoritur : *Paullo post* : xviii. Kal. Augusti , Ægypto Aquila occidit matutino , Etesiarumque prodromi flatus incipiunt , quod Cæsar x. Kal. sentire Italiam existimavit , *Paullo post* : Aquila Atticæ matutino occidit : iii. Kal. regia in pectore Leonis stella matutino Cæsari immersitur . *Ex Plin.* 1. 18. cap. 28.

#### DE SIDERIBUS.

*Etiam aliquid Poeticum edidit.*

Sed nec aliquis pene Latinorum de hac arte Institutionis libros scripsit , nisi paucos versus Julius Cæsar , et ipsos tamen de alieno opere mutuatus . *Jul. Firmicus Matthes.* l. 2. initio .

Executus est etiam horum Siderum numerum græce Aratus , poeta dissertissimus ; latine vero Cæsar , et deus eloquentiæ Tullius . Sed hi tantum nomina ipsorum , et ortus , non autem apotelesmatum auctoritatem ediderunt : ita ut mihi videantur non aliqua Astrologiæ scientia , sed poetica potius elati licentia , docilis sermonis studia protulisse . *Jul. Firmicus Matthes.* libr. 8. cap. 5.

#### POEMATA.

Reliquit et de Analogia libros duos , et Anticato-nes totidem , ac præterea poema , quod inscribitur Iter . Quorum librorum primos , in transitu Alpium , cum ex citeriore Gallia et conventibus peractis , ad exercitum

rediret: sequentes sub tempus Mundensis prælii fecit: novissimum, dum ab Urbe in Hispaniam ulteriorem\* iv. et xx. die pervenit. *Suetonius in Cæsare* \* vii. et xx. legit ex *Strabone*, et *Appiano Casnubonus*.

Feruntur et a puero, et ab adolescentulo quædam scripta: ut *Laudes Herculis*, *Tragœdia Oedipus*, etc. quos omnes libellos vetuit Augustus publicari. *Sueton. in Cæsare*.

Olus quoque silvestre est trium foliorum, D. Julii carminibus præcipue; jocisque militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobavere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præniorum parsimoniam cavillantes. Est autem id cyma silvestre. *Plin. 19. c. 8.*

**Donatus**, seu potius *Suetonius*, in vita Terentii hos sub C. Julii Cæsaris nomine versus producit.

*Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,*  
*Poneris, et merito puri sermonis amator,*  
*Lenibus atque utinam scriptis adjuncta foret vis*  
*Comica, ut æquato virtus polleret honore*  
*Cum Græcis, neque in hac respectus parte jaceres.*  
*Unum hoc maceror, et doleo tibi deesse, Terenti.*

Sequens etiam Epigramma C. Julio Cæsari inscribunt, alii Germanico.

*Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebro,*  
*Pondere concretas frigore rupit aquas.*  
*Dumque imæ partes rapido traberentur ab amne,*  
*Abscidit tenerum lubrica testa caput.*  
*Orba quod inventum mater dum conderet urna,*  
*Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.*

**FELTRIA. PERPETUO. NIVIUM. DAMNATA.**  
**RIGORE.**

**TERRA. MIHI. POSTHAC. NON HABITANDA.**  
**VALE.**

Falsum Cæsari inscriptum est, etsi quidam in membra, alii in saxo extare dicant. Ajunt quoque Cæ-

saris Decretum Vitervii in Etruria inventum , hoc exemplio.

C. JULIUS. CÆSAR. M. TULLIUM. CICERONEM.  
OB. EGREGIAS. EJUS. VIRTUTES. SINGULARES.  
ANIMI. DOTES. PER. TOTUM. ORBEM. NOSTRIS.  
ARMIS. VIRTUTEQUE. PER. DOMITUM. SAL-  
VUM. ET. INCOLUMEM. ESSE. JUBEMUS. C.  
JABOLENUS.

Nugæ , Nugæ.

INCERTA.

Unguenta dicuntur a locis , ut Telinum , cuius Julius Cæsar meminit dicens : Corpusque suavi Telino unguimur : Hoc conficiebatur in Insula Telo , quæ est una ex Cycladibus , etc. Isidorus l. 4. Orig. cap. 12.

Insertum hoc ab Fulvio Ursino Fragmentis de Analogia , ut et illud ex Nonio in voce Cinis , nec non loc. Plini ex libr. 7. c. 3. ubi alloquitur M. T. Ciceronem. Quid habuerit causæ , cur hoc fecerit , comminisei non potui. Quocirca inter INCERTA referendum duxi. Ni- si quis potius Cæsari Straboni , non Dictatori , tribuen- dum arbitretur : si ad hunc modum addita una vocula scripseris , erit integer Senarius :

Corpusque suavi Telini unguine unguimur. Idem Ur- sinus ex Prisc. l. 8. Fragmentum hoc.

C. Cæsar , quæ res augurantur , οἰωνοκοποῦται , ad Auguralia transtulerat : ego prætermisi , cum isto Prisci- niani loco non C. Cæsar , sed L. Cæs. legatur. Non est quod corruptum aliquis existimet. Citatur nominativum L. Cæsar a Festo , in voce Majorem. Ex eodem fortassis est , quod apud Servium nuper ex Petr. Danielis , et Fuldanæ bibliothecæ membranis editum habemus , Com- mentario ad Æneid. Virgilii libr. 1. Occiso , inquit , Mezentio Ascanium , sicut J. Cæsar (verosimile mihi sit legendum L. Cæsar) scribit , Julium coeptum vocari di- cunt , vel quasi ἱσθολόν , id est , sagittandi peritum , vel a prima barba lanagine , quod λουλόν Græci dicunt , quæ ei tempore victoriæ nascebatur. Hæc ibi similiter ex- punxi , quod inter Fragmenta Epistolarum legebatur:

Vespera fatigatus , luce dormitans.

Non enim apud Charisium libr. 2. unde hæc descri-

pta sunt, nominatur Julius Cæsar, sed Aurelius Cæsar l. 11. sive xi. Epistolarum ad Frontonem. Quo comperto, auctoritatem Civis Romani insuper habui. Sed quid spuriis his diutius immoror, qui legitima, si quæ porro restant, Fragmenta colligo?

Apud Cæsarem, et Catulum, et Calvum lectum est: cum jam fulva cinis fueris. *Nonius in voce Cinis.*

Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triunphum, linguæque lauream merite, et facundiæ, Latinarumque literarum parens: atque (ut Dictator Cæsar hostis quondam tūus de te scripsit) omnium triumphorum lauream adeptæ majorem, quanto plus est, ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam imperii. *Plin. l. 7. c. 30. in fine, ubi de Cicerone.*

Cicero Causarum xiii.: re vendita iterum emptas; unde manifestum fit vendita non dici, sed aut venumdata, aut vendita, ut Cicero. C. Cæs. possessiones redimi, eas postea pluris venditas. *Diomedes l. 1.*

Esseda vehiculi, vel currus genus, quo soliti sunt pugnare Galli: Cæsar testis est libro ad Ciceronem iii. Multa millia equitum, atque essedariorum habet. Hinc et gladiatores essedarii dicuntur, qui curru certant. *Ju-nius Philargyrus in 3. Georg. Virgil.*

Augustus quoque in Epistolis ad C. Cæsarem scriptis emendat, quod is Calidum dicere, quam Caldum (*in libris forte de Analogia*) malit: non quia illud non sit latinum, sed quia sit odiosum, et, ut ipse græco verbo significavit; πεπεργού. *Quinctilian. libr. 1. c. 6.*

### C. JULII CÆSARIS DICTA.

Tu quæso, quicquid novi (multa autem exspecto) scribere ne pigrere: in his, de Sexto satis ne certum, maxime autem de Bruto nostro: de quo quidem ille, ad quem diverti, Cæsarem solitum dicere: Magni refert, hic quid velit: sed quidquid vult, valde vult. (U. C. quidquid volet, valde volet:) idque eum animadvertisse, cum pro Dejotaro Niciæ dixerit, valde vehementer eum visum, et libere dicere. *Cic. l. 14. Epist. ad Attic. epist. 1.*

Proxime cum Sextii rogatu apud eum fuisse, exspectaremque sedens, quoad vocarer, dixisse eum: Ego

dubitem, quin summo in odio sim, cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire possit? Atqui si quisquam est facilis, hic est; tamen non dubito, quin me male oderit. *Cic. l. 14. Epist. ad Attic. epist. 1.*

Ajebat, Cæsarem secum, quo tempore Sextii rogatu veni ad eum, cum exspectarem, sedens, dixisse: Ego nunc tam sim stultus, ut hunc ipsum facilem hominem, putem mihi esse amicum, cum tandem sedens meum commodum exspectet? *Cicer. l. 14. Epist. ad Attic. ep. 2. Idem cum eo, quod supra ex epist. prima attulimus.*

Quo gaudio elatus, non temperavit, quin paucos post dies frequenti curia jactaret, invitatis, et gementibus adversariis adeptum se, quæ concupisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitibus, ac negante quodam per contumeliam. Facile hoc ulli feminæ fore responderit quasi alludens, in Assyria quoque regnasse Semiramin; magnamque Asiæ partem Amazonas tenuisse quandam: *Suetonius in Cæs.*

Pharsalica acie cæsos, profligatosque adversarios prospicientem, hæc eum ad verbum dixisse refert Asinius Pollio: Hoc voluerunt; tantis rebus gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem. *Suetonius in Cæsare.*

Consecutusque cohortes ad Rubiconem flumen, qui provinciæ ejus finis erat, paululum constitit, ac reputans quantum moliretur, conversus ad proximos: Etiam nunc, inquit, regredi possumus; quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt. *Suet. in Cæs.*

Cunctanti ostentum tale factum est. Quidam eximia magnitudine, et forma, etc. Tunc Cæsar: Eatur, inquit, quo Deorum ostenta, et inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea est, inquit *Suet. in Cæs.*

Romani iter convertit; appellatisque de Rep. Patribus, validissimas Pompeji copias, quæ sub tribus Legatis M. Petrejo, et L. Afranio, et M. Varrone in Hispania erant, invasit; professus ante inter suos, ire se ad exercitum sine duce, et inde reversurum ad ducem sine exercitu. *Suet. in Cæs.*

Prolapsus in egressu navis, verso ad melius omne: Teneo te, inquit, Africa *Suet. in Cæs.*

Cum exspectatio adventus Jubæ terribilis esset, con-

vocatis ad concionem militibus, Scitote, inquit, paucissimis his diebus Regem affuturum cum x. legionibus, equitum xxx. M., levis armaturæ c. millibus, elephantis ccc. Proinde desinant quidam querere ultra, aut opinare; mihique, qui compertum habeo, credant; aut quidem vetustissima nave impositos, quocumque vento in quascumque terras jubebo avehi. *Suet. in Cæs.*

Jactare solitus, Milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse: nec milites eos pro concione, sed blan-diori nomine commilitones appellabat. (*etiam Quirites*) *Suet. in Cæs.*

Famem, et cæteras necessitates, etc. tantopere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompejus, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit, etc. *Idem ibidem.*

Quosdam infiniti generis ad amplissimos honores per-vexit. Cum ob id culparetur, professus est palam: Si grassatorum, et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum. *Idem ibidem.*

Interrogatus, cur repudiasset uxorem: Quoniam, in-quit, meos tam suspicione, quam crimine judico carere oportere. *Idem ibid.*

Acie Pharsalica proclamavit, ut civibus parceretur. *Idem ibid.*

Nec minoris impotentiae voces propalam edebat, ut T. Ampius scribit: Nihil esse Rempublicam, appellatio-nem modo, sine corpore, ac specie. Sullam nescisse li-teras, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines con-sideratius jam loqui secum, ac pro legibus habere, quæ dicat. *Idem ibid.*

Eoque arrogantiæ progressus est, ut Haruspice tri-stia, et sine corde exta sacro quodam nuntiante, fu-tura diceret lætiora, cum vellet: ne pro ostento ducen-dum, si pecudi cor defuisset. *Idem ibid.*

Triumphanti, et subsellia Tribunitia prætervehenti sibi unum e collegio Pontium Aquilam non assurrexisse, adeo indignatus, ut proclamavit: repeate ergo a me Aqui-lam Rempublicam Tribunus, nec desiterit per continuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione polliceri. Si tamen per Pontium Aquilam licuerit. *Suet. in Cæs.*

Plebi Regem se salutanti, Cæsarem se, non Regem esse respondit. *Suet. in Cæs.*

De quo genere optime C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse: Si cantas, male cantas, si legis, cantas. *Quinctilianus l. 1.*

Elevandi ratio est duplex, ut aut veniam quis, aut jactantiam minuat: quemadmodum C. Cæsar Pomponio ostendenti vulnus ore exceptum in seditione Sulpiciana, quod ipse se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur. Numquam fugiens respexeris, inquit. Aut crimen objectum ut Cicero, etc. *Quinctilianus l. 6.*

Est et illa ex ironia fictio, qua usus est C. Cæsar. Nam cum testis diceret a reo femina sua ferro petita, et esset facilis reprehensio, cur illam potissimum partem corporis vulnerare voluisse: Quid enim faceret, inquit, cum tu galeam, et loricam haberes? *Quinct. l. 6.*

Sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate. Nam et ipse Cæsar accusata acerbitate Marcelli, (sic enim appellabat) laudataque honorificentissime et equitate tua, et prudentia, repente præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne \* hominis quidem causa negaturum. (\* *Sic Victorius edidit, eumque secutus Lambinus, cui tamen omnis legendum videtur, ipsum vide*) *Cicero libr. 4. epist. ad Famil. ep. 4. ad Serv. Sulpicium.*

Demetrio Megæ Siculo Dolabella rogatu meo Civitatem a Cæsare impetravit; qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur. Dumque propter quosdam sordidos homines, qui Cæsaris beneficia vendebant, tabulam, in qua nomina civitate donatorum incisa essent, revelli jussisset, eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit: Nihil esse, quod de Mega vereretur; beneficium suum in eo manere. *Cicero l. 13. epist. ad Fam. epist. 36. ad Acilium.*

### DE C. JULIO CÆSARE.

Sed tamen, Brute, inquit Aticus, de Cæsare et ipse ita judico, et de hoc hujus generis acerrimo æstimatore sæpiissime audio; illum fere omnium Oratorum latine lo-

qui elegantissime , nec id solum domestica consuetudine, ut dudum de Læliorum , et Domitiorum familiis audiebamus, sed quamquam id quoque credo fuisse , tamen, ut esset perfecta illa bene loquendi salus , multis literis, et iis quidem reconditis , et exquisitis est consecutus, etc.

*Ex Cic. in Bruto.*

Sed perge , Pomponi , de Cæsare , et redde quæ restant. Solum quidem , inquit ille , et quasi fundamentum Oratoris , etc. Cæsar autem rationem adhibens , consuetudinem vitiosam , et corruptam pura , et incorrupta consuetudine emendat. Itaque cum ad hanc elegantiam verborum latinorum , quæ , etiamsi Orator non sis , et sis ingenuus civis Romanus , tamen necessaria est , adjungit ille oratoria ornamenta dicendi , tum vindicentur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc cum habeat præcipuam laudem in communibus , non video , cui debeat cedere : splendidam quamdam , minimeque veterotoriam rationem dicendi tenet , voce , motu , forma etiam magnifica , et generosa quodammodo. Tum Brutus : Orationes quidem ejus, etc. atque etiam Commentarios quosdam scripsit rerum suarum , valde quidem , inquam , probandos : nudi enim sunt , recti , et venusti , omni ornatu orationis tanquam veste detracto : sed dum voluit alios habere , parata unde sumerent , qui vellent scribere historiam , ineptis gratum fortasse fecit , qui volunt illam calamistris inurere , sanos quidem homines a scribendo deterruit , etc. *Ex Cic. in Bruto.*

Quid Oratorum ? quem huic antepones eorum , qui nihil aliud egerunt ? quis sententiis aut acutior , aut cerebrior ? quis verbis aut ornatiōr , aut elegantior ? *Ex Cic. ad Corn. Nepot. apud Suet. in Cæs.*

Sed bene loquendi de Catulis opinio non minor , saile vero conditus , et facetiis Cæsar vicit omnes. *Ex Cic. libr. I. de Offit.*

Reliqui et rerum suarum Commentarios Gallici , Civilisque belli Pompejani : nam Alexandrini , Africique , et Hispaniensis incertus auctor est : alii enim Oppium putant , alii Hirtium : qui etiam Gallici belli inovissimum , imperfectumque librum suppleverit. *Paullo post :* Pollio Asinius parum diligenter , parumque inte-

gra veritate compositos putat; cum Cæsar pleraque et quæ per alios erant gesta, temere crediderit, et quæ per se vel consulto, vel etiam memoria lapsus perperam ediderit, existimatque rescripturum, et correpturum fuisse. *Ex Suet. in Cæsar.*

C. vero Cæsar si tantum foro vacasset, non aliis ex nostris contra Ciceronem nominaretur; tanta in eo vis est, id acumen, ea concitatio, ut illum eodem animo dixisse, quo bellavit, appareat: exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia, *Ex Quintil. libr. 10.*

Quid tamen nocet vim Cæsaris, asperitatem Cœlii, diligentiam Polionis, judicium Calvi quibusdam in locis assumere? *Id. ibid.*

Hinc vim Cæsaris, in dolem Cœlii, subtilitatem Calidii, gravitatem Bruti, acumen Sulpicii, acerbitas Casii, diligentiam Polionis, dignitatem Messallæ, sanctitatem Calvi reperiemus *Id. libr. 12.*

At strictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar, amarior Cœlius, gravior Brutus, vehementior, et plenior, et valentior Cicero. *Ex Auctor. Dialog. de Orat.*

Δέγεται διέ καὶ φύναι πος λογους πολιτικούς ὁ Καῖσαρ ἀριξα, καὶ διαπονῆσαι φιλοτιμοτάτα τὴν φύσιν, ὡς τὰ δευτεραὶ μὲν ἀδηρίτως ἔχειν. *Ex Plut. in Cæs.*

Ἐν δὲ Ρώμῃ πολλή μὲν εὐπλάσια τῷ λογῳ περι τὰς συνηγορίας αὐτοῦ χάρις ἔξελαμπεν. *Idem ibid.*

Ac mihi ex Græcis orationes Lysiæ ostentat; ex nostris Gracchorum, Catonisque: quorum sane plurimæ sunt circumcisæ, et breves. Ego Lysiæ Demosthenem, Æschynem, Hyperidem, multosque præterera: Gracchis, et Catoni Polioneum, Cæsarem, Cœlium, in primis M. Tullium oppono, cuius oratio optima fertur esse, quæ maxima. *Ex Plin. l. 2. epist.*

Sed ego verear, ne me non satis deceat, quod dectuit M. Tullium, C. Calvum, Asinium Polionem, M. Messallam, etc. Divum Julium, Divum Augustum, Divum Nervam, Tib. Cæsarem, etc. *Id. libr. 5. epist.*

## INDEX RERUM

Juxta sectionem Transalpinam, margini adjectam.

\* Numeri sine litera præfixa libros belli Gallici notantur:  
cum C. belli Civilis: cum A. bellum Alexandrinum: cum  
Afr. Africanum: cum H. Hispaniense.

## A

- Acarania C. 3. 55.  
Acco rebellis 6. 4. et 43.  
et 7. 1.  
Achillas dux Ægyptius C.  
3. 104. Pompejum inter-  
ficit, ib. ab Arsinoe in-  
terficitur A. 4.  
Achilis, Memnonisque con-  
gressus H. 25.  
Acholla opp. Afr. 33.  
Acilla opp. Afr. 33.  
Adduasubis fluv. 1. 38.  
Adrumentum C. 2. 23. Afr. 3.  
Atuatica Tungri 6. 32.  
Aduatici 2. 4. et 6. 33. ex  
Cimbris octi 2. 29.  
Ædui 1. 10. fratres Roma-  
norum 1. 33. ab Ariobi-  
sto oppressi 1. 36.  
Ægimurus insul. Afr. 44.  
Æginium C. 3. 79.  
Ægypti duo claustra A. 76.  
Ægypto reges Cæsar con-  
stituit A. 33.  
L. Æmilius 1. 23.  
Ærarium sanctius C. 1. 14.  
Æstus marini intervalla 3.  
12.  
Ætolia C. 3. 35.  
Afranius legatus Pompeji  
in Hisp. C. 1. 38. seq. de-  
dit se Cæsari C. 1. 84. in-  
terficitur Afr. 95.  
Africæ limes per Alex. A. 14.  
Agar opp. Afr. 67.  
Agendicum opp. 6. 3. not.  
et 7. 10.  
Aliaclmon, vide Haliacmon.  
Alarii 1. 51.  
Alva Fuentis C. 1. 16.  
Albici populi C. 1. 34. et  
56.  
Alces animal 6. 27.  
Alesia opp. 7. 68. ejus ope-  
rosa obsidio 7. 69. seq.  
deditio 7. 89.  
Alexandria C. 3. 103. ab  
incendio tuta A. 1. suffo-  
sa A. 5.  
Alexandrini belli initia C.  
3. 112.  
Allobroges 1. 14.  
Alpes 1. 10. summe 3. 1.  
Amagetobria opp. 1. 31.  
Amanica C. 3. 40.  
Amantini C. 3. 12.  
Amanus mons C. 3. 31.  
Ambacti clientes 6. 15.

- Ambarri pop. 1. 11.  
 Ambialites pop. 3. 9.  
 Ambiani pop. 2. 4.  
 Ambibari pop. 7. 75.  
 Ambiorix princeps 5. 41.  
 Ambibareti 7. 75.  
 Ambibariti alii 4. 9.  
 Ambracia C. 3. 36.  
 Amicum P.R. appellari 1. 3.  
 Amphilochei pop. C. 3. 55.  
 Amphipolis C. 3. 102.  
 Anartes pop. 6. 25.  
 Anas fluv. C. 1. 38.  
 Añcalites pop. 5. 21.  
 Ancona C. 1. 11.  
 Andes pop. 2. 35.  
 Androsthene C. 3. 80.  
 Antiochia C. 3. 102.  
 Antiochus Comagenus C.  
     3. 4.  
 Anntistius Regius 6. 1. et  
     7. 83.  
 M. Antonius legatus 7. 81.  
     quaestor 8. 24.  
 Apollo morbos depellit 6. 16.  
 Apollonia *ad mare* C. 3. 78.  
 Aponiana insul. Afr. 2.  
 Apsus fluv. C. 3. 13.  
 Apulia 1. 14.  
 Aqua dulcis in litoribus A. 8.  
 Aquileja 1. 10.  
 Aquitania 3. 11.  
 Aquilaria *locus Afr.* C. 2. 23.  
 Arar fluv. 7. 89. et 1. 12.  
 Arduenna silva 5. 3. et 96. 31.  
 Arecomici Volcae 7. 7.  
 Arelate opp. C. 1. 36.  
 Ariarathes Cappadox A. 66.  
 Ariminum opp. C. 1. 11. et  
     12.  
 Ariobarzanes rex A. 66.  
 Ariovistus rex Germanorum  
     1. 31. in Galliam arcessi-  
     tus 1. 31. rex et amicus ab  
     Romanis appellatus 1. 43.  
 Gallice didicerat usu xiv.  
     annor. 1. 47. colloquitur  
     cum Cæsare 1. 43. et 44.  
     legatos Rom. in catenas  
     conjicit 1. 47., victus, et  
     fugatus 1. 53.  
 Ariovisti mors 5. 29.  
 Armenia minor A. 34.  
 Armorice civitates 5. 53.  
     et 7. 75.  
 Aretium opp. C. 1. 11.  
 Arsinoe A. 4. Ganymedem  
     regnum usurpat A. 4. ex  
     regno deducta A. 33.  
 Arverni pop. 1. 31. et 45.  
 Asculum opp. C. 1. 16. Pi-  
     cenum C. 1. 15.  
 Ascurum Afr. 23.  
 Asia propria A. 78.  
 Asparagium C. 3. 76. et 41.  
 Aspavia castell. H. 24.  
 Asta opp. H. 36.  
 Ategua H. 6.  
 Aternus fluv. C. 1. 16. not.  
 Attrebates pop. 2. 4.  
 Atuatuca *Eburonum castel-*  
     *lum* 6. 31. 3. 4. et C. 34.  
 Avaricum opp. 6. 13. ca-  
     ptum a Cæsare 7. 29.  
 Avaricensia præmia 7. 47.  
 Avelerci pop. 3. 17. et 2. 34.  
     Cemomagni 7. 75. Ebu-  
     rovices 3. 17.  
 Ausci pop. 3. 27.  
 Ausetani opp. C. 1. 60.  
 Auximum opp. C. 1. 12.  
 Axona fluv. 2. 5.

## B

- Bacenis silva 6. 10.  
 Bætis fluv. A. 59. H. 36.  
 Bæturia regio H. 22.  
 Bagrada fluv. C. 2. 24.  
 Baleares insulæ Afr. 23.  
 Baleares funditores 2. 7.  
 Batavorum insula 4. 10.  
 Belgæ fortissimi 1. 1. orti a  
     Germanis 2. 4. tert. pars  
     Galliarum 2. 1.  
 Belgium pars Belgicæ 5. 24.  
     not.  
 Bellocassi pop. 7. 75.  
 Bellonæ templum A. 66.  
 Bellovacî pop. 7. 59. et 2. 4.  
 Bellum servile 1. 40.  
 Berones pop. A. 53.  
 Bibracte Æduorum opp. 1.  
     23. et 7. 55.  
 Bibrax opp. 2. 6.  
 Bibroci pop 5. 23.  
 Bigerriones pop. 3. 27.  
 Bisons, bos cervi figura 6.  
     26. et 27. not.  
 Bituriges 1. 18. Cubi 7. 5.  
 Bogud rex A. 61.  
 Bogudis regnum Afr. 23.  
 Boja locus forsitan 7. 14.  
 Boji 1. 5. et 7. 9. Galliarum vir-  
     tute cogniti 1. 28.  
 Bos cervi figura 6. 26.  
 Bospori regnum datur Mi-  
     thridati Pergameno A. 78.  
 Brannovices 7. 75.  
 Bratuspantium 2. 13.  
 Britannia 4. 20. Gallis e-  
     tiam incognita 4. 20. ejus  
     descriptio 5. 12. seq.  
 Britanniam Cæsar invadit 4.  
     23. seq. et 5. 8.

- Britanni vitro se infi-  
     ciunt 5. 14.  
 Britannorum oppida silvæ  
     5. 21.  
 Brundusium C. 1. 24.  
 Brutii pop. C. 1. 30.  
 Bullidenses C. 3. 12.  
 Bullis opp. C. 3. 40.  
 Bursabulenses H. 22.  
 Buthrotum C. 3. 16.

## C

- Cabillonum opp. 7. 42.  
 Cadetes pop. 7. 75.  
 Cadurci pop. 7. 4. et 75.  
 Cæresi pop. 2. 4.  
 Cæsar Pharum occupat C.  
     3. 112. Ægypto potitur  
     A. 33. Pontum recipit A.  
     77. victus ad Dyrrachium  
     C. 3. 69. seq. vincit ad  
     Pharsalum C. 3. 93. et ad  
     Thapsum Afr. 83. seq. ad  
     Mundam H. 31.  
 Cæsari statua Trallibus con-  
     secreta C. 3. 105.  
 Calagurritani C. 1. 60.  
 Calenus Fufius C. 1. 87.  
 Q. Calenus legatus 8. 39.  
 Caletes pop. 2. 4. et 8. 7.  
 Calydon opp. Græc. C. 3. 35.  
 Camerinum C. 1. 16.  
 Candavia regio C. 3. 11. et  
     79.  
 Caninius Rebilus 7. 83. et  
     8. 24.  
 Canopus opp. A. 25.  
 Cantabri C. 1. 38. et 3. 26.  
 Cantium prom. 5. 13.  
 Canusium C. 1. 24.  
 Cappadocia A. 34.

- Capua C. 1. 14. et 3. 21.  
 Caralis opp. *Sardiniae* C. 1.  
     30. not.  
 Caralitani *Sardiniae* C. 1. 30.  
 Carcaso opp. 3. 20. not.  
 Carmona opp. C. 2. 19. not.  
     et 57.  
 Carmonenses in *Hisp.* C.  
     2. 19.  
 Carnutes pop. 2. 35.  
 Carruca opp. H. 27.  
 Casilinum C. 3. 21.  
 Cassi pop. 5. 21.  
 Cassiani A. 61.  
 Cassianum bellum 1. 13.  
 Cassius *Lucius* coss. occisus  
     1. 7. et 12.  
 Casticus *Sequanus* 1. 3.  
 Castulon ensis saltus C. 1. 38.  
 Catonis veteres inimicitiae  
     C. 1. 4. mors Afr. 88.  
 Caturiges pop. 1. 10.  
 Celtæ *Galli* 1. 1.  
 Celtiberi pop. C. 1. 38.  
 Celtiberia C. 1. 61.  
 Cenimagni *Britann.* 5. 24.  
 Cenomani pop. 7. 75.  
 Centrones pop. 1. 10. et 5. 39.  
 Centuriones jam primis or-  
     dinibus appropinquantes  
     5. 44. ordine distincti 1.  
     40. primorum ordinum  
     1. 41. et 5. 28.  
 Ceraniorum terra C. 3. 6.  
 Cercina insul. Afr. 8. et 34.  
 Cetrati milites *Hisp.* C.  
     1. 48.  
 Chara radix C. 3. 48.  
 Cherrhonesus apud *Ægypt.*  
     A. 10.  
 Cherusci pop. 6. 10.  
 Q. Cic. leg. 24. obsessus a  
     Nerviis 5. 41. seq. lauda-  
     tus a Cæsare 5. 52. oppu-  
     gnatus a Germanis 6. 35.  
     seq.  
 Cilicia C. 3. 102.  
 Cimbri pop. 1. 33.  
 Cinga fluv. C. 1. 48.  
 Cingetorix *princeps* 5. 3.  
 Cingulum opp. 2. 1. 15. a  
     Labieno conditum, ibid.  
 Cirta opp. Afr. 25.  
 Cisalpina Gallia 6. 1.  
 Cleopatra C. 3. 103.  
 Clodii cædes 7. 1.  
 Clupeæ opp. Afr. 2.  
 Clupeæ opp. *id.* C. 2. 23.  
     *vide not.*  
 Cocosates pop. 3. 27.  
 Cælii *Marci* oppressio C. 3.  
     22.  
 Cœlius Rufus C. 1. 2.  
 Comagenus Antiochus C.  
     3. 4.  
 Comana opp. A. 34.  
 Comana Cappadociæ A. 66.  
     templum A. 64.  
 Comana Pontica A. 34.  
 Comini Atrebæs 4. 27.  
 Comius rex 4. 21.  
 Compsa opp. 3. 22. not.  
 Codrusi pop. 2. 4. et 4. 6.  
 Confluens Mosæ et Rheni  
     4. 15.  
 P. Considius rei militaris  
     peritissimus 1. 21.  
 Corcyra insul. C. 3.  
 Corduba C. 2. 19. et H. 4.  
     et A. 52. caput *Hisp.* ul-  
     terioris H. 3.  
 Corfinium C. 1. 16.

Corus, *ventus* 5. 7.  
 Cosa-Etruria opp. C. 3. 22. not.  
 Cosanus sinus C. 1. 34.  
 Cotho *portus* Afr. 62.  
 M. Crassus quæstor 5. 24.  
 Crastinus incipit pugnam Phar-  
 salicam C. 3. 91.  
 Cretenses sagittarii 2. 7.  
 Curiosolite pop. 2. 34.  
 Curio trib. pl. 8. 52. C. 1. 3.  
 oppressus in Africa cum exer-  
 citu C. 2. 24.  
 Cyclades C. 3. 3.  
 Cyprus C. 3. 102.

## D

Daci pop. 6. 25.  
 Danubius, *ibid.*  
 Decetia opp. 7. 33.  
 Decumana porta 2. 24. et 3. 25.  
 Decurio equitum 1. 23.  
 Dejotarus rex A. 34.  
 Delphos Calenus recipit C. 3.  
 55.  
 Delta Ægyptium A. 27.  
 Diablentes pop. 3. 9.  
 Diana fanum Ephesinum C.  
 3. 33.  
 Divico Helvetiorum dux 1. 13.  
 Divitiacus princeps. 1. 3. rex  
 Suessionum 2. 4.  
 L. Domitius Ahenobarbus Pom-  
 pejanus C. 3. 78. et 83. not.  
 Cn. Domitius Calvinus Cæsa-  
 rianus C. 3. 78. et 83. not.  
 Druides Gallorum 6. 21. seq.  
 Dubis fluv. 1. 38.  
 Duracium opp. 8. 26.  
 Durocortum 6. 44. et 2. 3. not.  
 Dyrrhachium C. 1. 25. et 3. 5.

## E

Eburones pop. 2. 4. et 5. 47.  
 Eburovices pop. 3. 17.  
 Elayer fluv. 7. 34.  
 Elephanti ex Italia Afr. 72.  
 Eleutheri Cadurci 7. 25.  
 Elis Elidis, *urbs et regio* C.  
 3. 105.  
 Elustates pop. 3. 27.  
 Enipens sanguineus C. 3. 88. not.  
 Ephesia pecunia C. 3. 105.  
 Epidaurus Dalmatiae A. 44.  
 Epirus C. 3. 80.  
 Equitum in Gallis instituta 6.  
 14. seq.  
 Eratosthenes geographus 4. 26.  
 Esui, Ædui 1. 14.  
 Esus idolum Gall. 6. 15. not.  
 Evocati qui? C. 1. 17. not.  
 Euphranor Rhodius A. 15.

## F

Fabius legatus C. 1. 40. centu-  
 rio 7. 47.  
 Falces murales 3. 14.  
 Fanum opp. C. 1. 14.  
 Feminae Germanor. fatidicæ 1.  
 50.  
 Ferrariæ Biturigum 7. 22.  
 Formula, Darent operam coss.  
 ne quid resp. C. 1. 5. et 7.  
 Frentani pop. C. 1. 23.  
 Fufius Calenus C. 1. 87.  
 Fugitivi a saltu Pyrenæo C. 3.  
 19.

## G

Gabali pop. 7. 7.  
 Gabinius restituuit Ptolemæum  
 C. 3. 103. et A. 3.  
 Gabicius Illirici præses A. 42.

- Gades insul. et opp. H. 37.  
 Gætuli pop. Afr. 25.  
 Galba rex Suessionum 2. 4.  
 Serv. Galba legatus 3. 1. ad  
*Suet. Galb.*  
 Galli a Dite patre se ortos di-  
 xere 6. 18. defunctos crea-  
 mant 6. 19.  
 Gallia ulterior 1. 7. et 2. 2. la-  
 te dicta 1. 1. proprie dicta  
 2. 1. et 3. 11. citerior 8. 23.  
 Togata 8. 24. sub septem-  
 trionibus posita 1. 16.  
 Galliae divisio 1. 1.  
 Gallogæcia A. 67.  
 Gallorum mores 6. 10. et 12.  
 et 7. 40.  
 Gan, medes eunuchus potens A.  
 4. et 33.  
 Garites pop. 3. 27.  
 Garocelli pop. 1. 10.  
 Garunna fluv. 1. 1.  
 Garumni pop. 3. 27.  
 Gebenna mons 7. 8.  
 Genabum opp. 7. 3.  
 Genabensis cædes 7. 28.  
 Geneva 1. 6.  
 Genusus fluv. C. 3. 75.  
 Gergovia Bojorum 7. 9.  
 Germani Rhenum transeunt 1.  
 31.  
 Germanorum descriptio 1. 39.  
 mores 6. 20. seq. victus 6.  
 21. diti 6. 21. magistratus 6.  
 22. seqq. sortes et vaticina-  
 tiones in committendis præ-  
 liis 1. 50. aciei ratio 1. 51.  
 equestre prælium 1. 48.  
 Germaniam Cæsar intravit 4.  
 18. et 6. 9.  
 Gomphenses C. 3. 81.  
 Gomphi pop. C. 3. 80.  
 Gorduni pop. 5. 39.  
 Grudii pop. 5. 39.  
 H  
 Hadriaticum mare C. 1. 25.  
 Haliacmon fluv. C. 3. 37.  
 Harudes pop. 1. 31.  
 Hastatus primus C. 1. 46.  
 Helvetiæ divisio 1. 12.  
 Helvetii 1. 3.  
 Helveticorum virtus C. 1. 35.  
 Helvetii pop. 7. 7. et 75. et C.  
 1. 35.  
 Heracles Sentica C. 3. 79. Lyn-  
 cestidis, ib. not.  
 Hercinia silva 6. 24. ejus feræ  
 6. 25.  
 Herculis fanum C. 2. 18. sacra  
 extra urbes, ibid.  
 Herminius mons A. 48.  
 Hibernia 5. 13.  
 Hiempsal rex Afr. 56.  
 Hippo Regius opp. Afr. 96.  
 Hirtii, an Oppii supplementa  
 Cæsaris Vid. seriem oper.  
 Hispalis opp. H. 27.  
 Hispania ulterior H. 8.  
 I  
 Iadersini A. 42.  
 Iberus fluv. C. 1. 68.  
 Iberi pons C. 1. 62.  
 Icius portus, vide Itius.  
 Igilium insul. C. 1. 34.  
 Iguvium opp. C. 1. 12.  
 Ilverda opp. C. 1. 41. et 78.  
 Illurgavonenses C. 1. 60.  
 Illyricum regio 5. 1.  
 Illurgis opp. A. 57.  
 Imperatorem ex Victoria ap-

- pellari C. 2. 26.  
 Indutiomarus Princeps 5. 3.  
 Intercessio tribunorum C. 1. 7.  
 Issa insula A. 47. et C. 3. 9.  
 Italica *colonia Hisp.* C. 2. 20.  
 Italenses A. 52.  
 Itius portus 4. 23. not. et 5. 2.  
 Ituræ Afr. 26.  
 Iubæ regni fines Afr. 43. not.  
     mors Afr. 94.  
 Iulia lex C. 1. 14.  
 Iura mons 1. 2. et C. 1. 8.
- L
- Labienus legatus Cæsaris 1.  
     21. ad Pompejum defecit C.  
     3. 13. perit ad Mundam Afr.  
     16.  
 Lacetani pop. C. 1. 60.  
 Lapsana radix C. 3. 48. not.  
 Larinates C. 1. 23.  
 Larissa C. 3. 80.  
 Larissæi C. 3. 81.  
 Latinæ feriæ C. 3. 2.  
 Latobrigi 1. 5.  
 Legatus pro prætore 1. 21.  
 Legati Cæsaris C. Antistius Re-  
     ginus 6. 1. et 7. 83. M. An-  
     tonius 7. 81.  
 L. Arunculejus Cotta 2. II. et  
     4. 22.  
 Q. Calenus 8. 39.  
 C. Rebilus 8. 24.  
 Q. Cicero 5. 24.  
 C. Fabius 5. 24. et 8. 24.  
 Serv. Galba 3. 1. et Suet. Galb. 3.  
 T. Labien. legat. pro præt. 1.  
     21.  
 Q. Pedius 2. 2.  
 Munat. Plancus 5. 24. et 25.  
 L. Roscius 5. 53.
- T. Sextius 6. 1.  
 M. Silanus 6. 1.  
 Titurius Sabinus 2. 5. et 3. 17.  
     et 4. 22.  
 C. Trebonius 7. 81. et 8. 46.  
     P. Vatinus 8. 46.  
 Legio decima fortissima 1. 40.  
 Legionis distributio 1. 40. not.  
 Leimanus lacus 1. 2. et 8.  
 Lemovices 7. 4. et 75.  
 Lepontii pop. 4. 10.  
 Leptis opp. Afr. 10.  
 Leptitani C. 2. 38.  
 Levaci pop. 5. 39.  
 Leuci pop. 1. 40.  
 Lex Pompeja de ambitu C.  
     3. 1.  
 Lege Julia Capuam coloni de-  
     ducti C. 1. 14.  
 Lexobii pop. 3. 9.  
 Lexovii idem 7. 75.  
 Liberalia festum H. 31.  
 P. Ligarius a Cæsare necari  
     jussus Afr. 64.  
 Liger fluv. 3. 9.  
 Lilybæum Afr. 1.  
 Limonum pop. 8. 26.  
 Lingones pop. 1. 26.  
 Liscus princeps 1. 16.  
 Lissus opp. C. 3. 26.  
 Lucani pop. C. 1. 30.  
 Luceria C. 1. 24.  
 Luna causa aestuum maris 4.  
     29.  
 Lusitania C. 1. 38.  
 Lutetia Parisiorum 6. 3.  
 Lycomedes A. 66. not.

## M

- Macedonia pars Libera dicta  
 C. 3. 34.  
 Qq. 2

- Magius Cremonensis C. 1. 24.  
 Malaca opp. A. 64.  
 Malco Nabathæus A. 1.  
 Mandubii 7. 78. et 68.  
 Marcomanni 1. 51.  
 Marrucini pop. C. 1. 23.  
 Marsi pop. C. 1. 16.  
 Massilia C. 1. 34. et 2. 1.  
 Massiliensium xv. primi C. 1.  
     35.  
 Matisco opp. 7. 89.  
 Matrona fluv. 1. 1.  
 Mauritania Afr. 22. et C. 1. 6.  
     et 39.  
 Mazaca urbs A. 16.  
 Mediomatici pop. 4. 10.  
 Medrobrega opp. A. 48.  
 Meldæ pop. 5. 5.  
 Melodunum opp. 7. 58.  
 Menapii pop. 2. 4.  
 Mercurius Gallorum 6. 16.  
     Deus cognominatus ib. not.  
 M. Messala 1. 35.  
 Messana C. 2. 3. et C. 3. 101.  
 Metiosedum opp. 7. 61. not.  
 Metropolis *nomen prop.* C.  
     3. 81.  
 Metropolitæ C. Ib.  
 Milo ubi occisus C. 3. 22.  
 Minerva tradit initia operum  
     6. 16.  
 Mytilena, vide Mytilene.  
 Mona insul. 5. 13.  
 Morini pop. 2. 4. et 3. 9.  
 Mosa fluv. 4. 10.  
 Munatius Plancus 5. 24.  
 Munda H. 32.  
 Mundensis campus H. 27.  
 Murus xix. M. P. 1. 8.  
 Mororum Gallicorum forma 7.  
     23.
- Musculi C. 2. 10.  
 Mytilene C. 3. 102.
- N
- Nabatei Arabes A. 1.  
 Nabatæorum rex A. 1.  
 Nannetes pop. 3. 9.  
 Nantuates pop. 3. 1. et 4. 10.  
 Narbo urbs 3. 20.  
 Naupactus opp. C. 3. 35.  
 Neapolis Ital. C. 3. 21. Zengit.  
     Afr. 2.  
 Nemetes pop. 51. et 6. 25.  
 Nemrocenna 8. 52.  
 Tib. Nero pater imperatoris  
     A. 25.  
 Nervi pop. 2. 4. Q. Cicero-  
     nem obsident. 5. 42.  
 Nicomedes Bitynius A. 66.  
 Nicopolis Armeniæ A. 36.  
 Nili aqua limosa, atque turbida  
     A. 5.  
 Nitibriges 7. 7. eorum rex 7.  
     31.  
 Noreja opp. 1. 5. not.  
 Noricūs ager 1. 5. rex C. 1.  
     18.  
 Noviodonum opp. 2. 11. Æduo-  
     rum 7. 55. Biturigum 7. 12.  
 Numisjus. 1. 7.  
 Numidarum velocitas Afr. 69.  
 Numidæ gens Afr. 19. not. sine  
     frænis equitantur Afr. 19.  
 Numidia Afr. 22.  
 Nymphæum Illyridis C. 3. 26.
- O
- Obucula opp. A. 57.  
 Ocelum 1. 10.  
 Octodurus *vicus* 3. 1.  
 Octogesa opp. C. 1. 61.

- Ordines primi 5. 28. 44.  
 Orgetorix princeps. 1. 2. moritur 1. 4.  
 Oricum opp. C. 3. 8. et 78. et 40.  
 Orici portus, ibid.  
 Oscenses Hisp. C. 1. 60.  
 Osismii pop. 7. 75. et 2. 34. et 3. 9.
- P  
 Pæmani pop. 2. 4.  
 Pagi Helvetiorum 1. 12. Suevorum 1. 37. et 4. 1.  
 Palæopharsalus A. 48.  
 Palæste locus s. portus C. 3. 6.  
 Paludati exhibant in provincias C. 1. 6.  
 Parada opp. Afr. 87.  
 Paretonium A. 8.  
 Parisii 7. 4.  
 Parthicum bellum Cæsar molitur 8. 54.  
 Parthini pop. C. 3. 42.  
 Parthinorum opp. C. 3. 41. -pæsidiū C. 3. 11.  
 Peligni C. 1. 16.  
 Pelusium C. 3. 103.  
 Petra C. 3. 42.  
 Petrocorli pop. 7. 75.  
 Phalanx Germanorum 1. 24.  
 Pharitæ, Phari incolæ A. 17.  
 Pharus insul. C. 3. 112. et A. 14.  
 Philippus Trib. C. 1. 6.  
 Picenus ager C. 1. 12.  
 Pictones pop. 3. 11. et 8. 26. et 7. 4.  
 Plrustæ Illyric. pop. 5. 1.  
 Pisaurum opp. C. 1. 11. et 12.  
 Piso Aquitanus 4. 12. censor C. 1. 3.  
 L. Piso 1. 12.  
 M. Piso 1. 35.
- Pleumosii pop. 5. 39.  
 Pompeja lex de ambitu C. 1.  
 Pompejus Magnus vincitur C. 3. 94. fugit C. 3. 96. interficitur C. 3. 104.  
 Pompeji filii vincuntur H. 32.  
 Portæ castrorum 2. 24. not.  
 Portus Itius 5. 23. not. superior 4. 28. ulterior 4. 23.  
 Posthumiana castra H. 8.  
 Pothinus procurator regni C. 3. 108.  
 Prælium cum Ariovisto 1. 52.  
 Præciani pop. 3. 27.  
 Primipilus 1. 46.  
 Primorum ordinum centuriones 5. 28. et 1. 41. et 5. 37.  
 Ptolemais C. 3. 105.  
 Ptolemæus Auletes C. 3. 103. ejus testamentum C. 3. 108.  
 Ptolemæus puer C. 3. 103.  
 Pyrenæi montes 1. 1.  
 Pyrenæus saltus C. 1. 37. et 3. 19.
- R  
 Ravenna C. 1. 5.  
 Rauraci pop. 1. 5. et 6. 25. et 7. 75.  
 Rhedones pop. 2. 34.  
 Regem a S. R. appellari 1. 3. et 43. et C. 1. 4.  
 Remi pop. 2. 3.  
 Rhemi idem qui Remi not.  
 Rheni decursus 4. 10.  
 Rhenum flumen 1. 1.  
 Rhenus finit imperium R. 4. 16. ponte a Cæsare junctus 4. 17. seq. et 6. 8.  
 Rhodanus fluv. 1. 1.  
 Rhodiorum navalis belli initia A. 11.

- Roscillus allobrox C. 3. 79.  
 L. Roscius legatus C. 1. 10.  
 Rostra, suggestus C. 3. 21.  
 Ruspina opp. Afr. 7.  
 Rutheni pop. 1. 45. et 7. 7.  
 provinciales 7. 7.  
 Rutheni 7. 75. ipsi Rutheni.  
 S  
 Sabis fluv. 2. 16.  
 Sabura dux Jubæ C. 2. 38. seq.  
 Salona opp. A. 43.  
 Salonæ plur. C. 3. 8.  
 Salsum flumen H. 7.  
 Samarobriva opp. 5. 24. et 47.  
 Santones pop. 1. 10. et 7. 75.  
 Santoni pop. 3. 11.  
 Sardinia C. 1. 30.  
 Sarsura opp. Afr. 75.  
 Scaldis flumen 6. 33.  
 Scævæ scutum cxxx. feraminum  
 C. 3. 53.  
 Scapula seditionis caput H. 33.  
 Sedulius Lemovix 7. 88.  
 Seduni pop. 3. 1.  
 Sedusii pop. 1. 51.  
 Segni pop. 6. 31.  
 Segontiaci pop. 5. 21.  
 Segoviae Bæticæ A. 57.  
 Segusiani pop. 1. 10. et 7. 64.  
 Senatus extra urbem C. 1. 6.  
 Senones pop. 6. 2. et 3.  
 Septimius Pompeji interfector  
 C. 3. 104.  
 Sequana fluv. 1. 1.  
 Sequani pop. 7. 75. et 1. 2. et 3.  
 Servile bellum 1. 40.  
 Sesuvii pop. 2. 34.  
 T. Sextius 6. 1.  
 Sibutates pop. 3. 27.  
 Sicambri pop. 4. 16.  
 Sicoris fluv. C. 1. 40.
- M. Silanns 6. 1.  
 Silicense flumen A. 57.  
 Soldurii devoti 3. 22.  
 Soricaria H. 24.  
 Soritia H. 27.  
 Soriates pop. 3. 20.  
 Sotiam opp. 3. 21. not.  
 Suessiones pop. 2. 3.  
 Suevorum descriptio 4. 1. pagi  
 1. 37.  
 Sulla Publius C. 3. 51.  
 Sulmonenses C. 1. 18.  
 Sulpitius Rufus 4. 22.  
 Supplicatio xv. dier. 2. 35. xx.  
 dierum 4. 38.  
 T  
 Tamesis fluv. 5. 11.  
 Tarbelli pop. 3. 27.  
 Tarraco C. 1. 78.  
 Tarragonenses C. 1. 60.  
 Tarsus urbs A. 66.  
 Tarusates pop. 3. 27.  
 Tauris insul. A. 45.  
 Taurois, seu Taurentum, ea-  
 stell. C. 2. 4.  
 Taxus arbor 6. 32.  
 Tegea opp. Afr. 78.  
 Tenchteri pop. 4. 1.  
 Tergestini in Carnicis 8. 24.  
 Teutoni pop. 1. 33.  
 Thabenenses Afr. 77.  
 Thapsus opp. Afr. 79.  
 Theba Bœot. C. 3. 55.  
 Thessalia C. 36.  
 Thurinus ager C. 3. 21.  
 Tigurinus pagus 1. 12.  
 Tisdra Afr. 76.  
 Tisdrus Afr. 36.  
 Togata Gallia 8. 24.  
 Tolosa opp. 3. 20.  
 Tolosates 1. 10. et 7. 7.

- Tralles urbs C. 3. 105.  
 Transrhēnani 4. 16.  
 C. Trebonius legatus 5. 24. et  
     7. 81. et 8. 46.  
 Trāviri 4. 10. et 5. 53. et 1.  
     37.  
 Trinobantes Britanni 5. 20.  
 Triboci pop. 4. 10. qui et  
 Tribocci pop. 1. 52.  
 Tribuni cohortium C. 2. 20.  
 Tulingi pop. 1. 5.  
 Turones pop. 2. 35. et 7. 4.  
     V  
 Vacalos fluv. 4. 10. not.  
 Vacca opp. Afr. 74.  
 Vahalis fluv. 4. 10. not.  
 Valerius Flaccus C. 1. 30. et  
     C. 3. 53.  
 Valeriani milites C. 3. 48. not.  
 Valerius Procillus e vinculis li-  
     beratur 1. 53.  
 Valis, Vahalis fluv. 4. 10.  
 Vangiones pop. 1. 51.  
 Varum flumen C. 1. 87.  
 P. Vatinius legatus 8. 45.  
 Ubii proxime Rhenum incolunt  
     1. 53. et 4. 3.  
 Ubii in German. barb. 6. 29.  
 Ucubis opp. H. 7.  
 Vēlauni pop. 7. 75.  
 Vellaunodum 7. 11.  
 Velocasses 8. 7. et 2. 4.  
 Venas aquæ dulcis litora na-  
     turaliter habent A. 8.  
 Veneti pop. Gall. 2. 34. rei  
     nauticæ periti 3. 8.  
 Veneticum bellum 3. 18.  
 Ventisponte opp. H. 27.  
 Veragiri pop. 3. 1.  
 Vercingetorix 7. 89.  
 Vergiliarum signum Afr. 47.
- Vergilius Thapsi præfector Afr.  
     79.  
 Vergobretus Æduorum magi-  
     stratus 1. 16.  
 Vereductus 1. 17.  
 Veromandui pop. 2. 4.  
 Vesontio Sequanorum opp. 1.  
     39.  
 Vetones opp. C. 1. 38.  
 Vexillo proposito ad arma con-  
     vocatur 2. 20.  
 Vibullius C. 3. 15. not.  
 Victimæ Gallorum humanæ 6.  
     16.  
 Vienna urbs 7. 9.  
 Vinæ viminibus contextæ C. 2. 2.  
 Ulia opp. A. 61. not. H. 3. 1.  
 Unelli pop. 3. 7. et 7. 75.  
 Vocates pop. 3. 23. et 27.  
 Vocio rex 1. 53.  
 Vocontri 1. 10.  
 Vogesus mons 4. 10.  
 Volcae Arecomici C. 1. 35. et  
     7. 7. Tectosages 6. 14.  
 C. Volusenus Quadratus 4. 21.  
     et 8. 23.  
 Urbi genus pagus 1. 27.  
 Uri boves 6. 27.  
 Ursao opp. H. 41.  
 Ursaconensium civitas H. 28.  
 Usceta opp. Afr. 89.  
 Usipetes pop. 4. 1.  
 Utica C. 1. 31. et C. 2. 14. Afr.  
     87.  
 Uxellodunum opp. 8. 32.  
 Uzita opp. Afr. 41.  
     Z  
 Zama opp. Afr. 91.  
 Zamenses Afr. 91. et seq.  
 Zela opp. Afr. 72.  
 Zetta opp. Afr. 68.

INDEX  
LATINITATIS.

A

- A** Gallicis armis cognovit, *ex* 1. 22.  
**Ab** Arimino mittit C. 1. 11. *cum præpositione, vide not.*  
**Ab** Dite 6. 18.  
**Ab** Druidibus, *ibid.*  
**Ab** latere 7. 82.  
**Ab** legionibus C. 1. 87.  
**Ab** quibus 4. 22. et 23.  
**Ab** se 4. 6.  
**Ab** spe C. 2. 40.  
**Ab** Zela A. 72.  
**Abdere** se in silvas 1. 12. *tabernaculi* 1. 39.  
**Abdicare** se munere C. 3. 2.  
**Abditus** latet 2. 20.  
**Abesse** bello 7. 63.  
**Abest** illi diligentia ad H. 40.  
**Abfuerunt** tantum, ut A. 22.  
**Abrogare** cui fidem 6. 23.  
**Abscindere** cervicem H. 20. *funes* 3. 14.  
**Non** absimili forma 3. 14.  
**Absolvere** opera 8. 15.  
**Abstinere** infantibus 7. 47. *se cibo* 8. 44. *prælio* 1. 22.  
**Abstractus** commeatu C. 3. 78.  
**Abstrahere** in servitutem 7. 42. *et 14.*  
**Absumitur** oratio frustra A. 7.  
**Accedunt** ad suspiciones res certissimæ 1. 19.  
**Accelerare** iter C. 2. 39.  
**Acceptam** cui salutem referre C. 3. 57.  
**Acceptus** plebi 1. 3.  
**Accessiones** facere A. 22. et 48.  
**Accidat** si quid Romanis 1. 18.  
**Accidit** contra opinionem 3. 9. *pejus* 1. 31. *quid cui per vim* 3. 22.  
**Accidunt** tela gravius 3. 14. *non frustra* 3. 25.  
**Accidere** arbores 6. 27.  
**Accipere** male adversarios Afr. 18. *quid rumore, ac fama* 6. 20.  
**Accitæ** copiæ 8. 31.  
**Acclivis** paulatim ab imo 3. 19.  
**Acclivitas** 2. 18.  
**Accommodare** insignia 2. 21.  
**Accommoda** iora 3. 13.  
**Accuratius** ædificare 6. 22.  
**Acerbe** quid accipere H. 30.  
**Acerbitas** inimicorum C. 1. 32.  
**Acerrimæ** tempestates 8. 5.  
**Acervatim** præcipitare se de A. 31.  
**Aciem** instruere 1. 22.  
**Actuarias** naves 5. 1. *navigia* C. 1. 27.  
**Acutissimi** homines Afr. 3.  
**Ad** duodecim numero 1. 5.  
**Ad** duodecim millium numero C. 3. 53.  
**Ad** hominum millibus iv. *occisis* 2. 33.  
**Ad** quadraginta millia 2. 4.  
**Ad** manus cominus redire Afr. 18.  
**Ad** mare versus Afr. 80.

- Ad mare versus Afr. 80.  
 Ad multam noctem 1. 26.  
 Ad unum omnes 5. 37. et 6. 40.  
 Ad unum subauditō omnes C. 3.  
 14. 14.  
 Ad urbem cum imperio esse,  
 manere 6. 1.  
 Adaquari, aquari 8. 41.  
 Adaugere Afr. 1. numerum A. 12.  
 Addicere bona in publicum C. 2.  
 18. quem servituti 7. 77.  
 Adduci in potestatem cuius A.  
 76. negligentiam Afr. 66.  
 Adductus inopia rerum 1. 27. O-  
 ratione 1. 3. precibus 1. 16.  
 pudore 1. 39. rebus 1. 3.  
 Adæquare cursum 1. 48.  
 Adequitare ad quem 1. 46.  
 Affectus valetudine C. 1. 31.  
 vulneribus H. 23.  
 Afferre facultatem profugiendi  
 A. 76. manum cui H. 42.  
 Afferre, nuntiare C. 3. 15.  
 Afficere quem lætitia 5. 48. ti-  
 more H. 31. vulneribus H. 12.  
 Affigere pilum pectori Afr. 16.  
 Affingere rumoribus 7. 1.  
 Afflictantur naves in vadis 3. 12.  
 Affligere pondere 6. 26.  
 Aggredi facinus H. 15.  
 Aggregare se ad amicitiam cu-  
 jus 4. 26.  
 Aggressus oppugnare, particip.  
 C. 3. 80.  
 Adigere in sua verba per jusju-  
 randum C. 2. 18. pecus 7. 17.  
 Adicere telum 3. 13. et 2. 21.  
 Aditum commendationis ad  
 quem habere per C. 1. 74.  
 sermonis cum quo habere 5.  
 41. pedibus habere, adiri  
 posse, 3. 12.  
 Aditus cui non est eo 2. 16.  
 Adjudicare cui magistratum 7.  
 37.  
 Adjuvat multum ad rem 5. 1.  
 Adlegi suffragio 6. 13.  
 Alluitur oppidum mari C. 2. 1.  
 Admaturare 7. 54.  
 administrare belum C. 1. 25.  
 cædem H. 39. et reficere  
 amissa C. 2. 15.  
 Administratio portus C. 1. 25.  
 Administris uti ad 6. 61.  
 Admittere in se facinus 3. 9.  
 Admodum magnus 7. 56.  
 Admonitu cuius C. 3. 92.  
 Adnare naves (*ad naves*) C. 2.  
 44.  
 Adolescens summæ spei 7. 63.  
 Adornare naves contra C. 1. 26.  
 Acquiescere cui Afr. 10.  
 Adscendere jugum montis 1. 21.  
 Adscensu alio mittere 7. 50.  
 collis 8. 14.  
 Adscensu in circuitu 1. 21.  
 Adsciscere socios 1. 5.  
 Assignare culpæ cuius, quod  
 Afr. 3.  
 Assuefactus superari 6. 24.  
 Assuescere ad homines 6. 28.  
 Assumere sibi licentiam Afr. 85.  
 Adversa nox 4. 28.  
 Adversati sunt prælium facere  
 H. 14.  
 Adversissimus ventus C. 3. 107.  
 Adverso flumine proficiisci 7.  
 60. pectore resistere Afr. 82.  
 Adversum os 5. 36.  
 Adversus remp. facere C. 1. 2.  
 Advertere animum Afr. 20.  
 Advolare ad hostem 5. 17.

- Ad urbem esse 6. 1.  
 Adūta templi C. 3. 105.  
 Adificare naves 3. 9.  
 Adilitia potestas Afr. 33.  
 Adilitas C. 3. 16.  
 Aderrime 1. 13.  
 Adualiter declivis 2. 18.  
 Adquare cum quo C. 1. 4.  
 Adquata dimicatio A. 46.  
 Adquatum omnium periculum  
1. 25.  
 Adquinocpii dies 4. 36.  
 Adquissimæ regiones 7. 74.  
 Adquitas animi 6. 22. conditio-  
num 1. 40.  
 Adquo Marte dimicare 7. 19.  
pede congregri H. 38. prælio  
discedere C. 3. 112.  
 Adquis locus 7. 28.  
 Aerariæ secturæ 3. 21.  
 Aeratae naves C. 2. 3.  
 Aestatis non multum superest.  
5. 22.  
 Aestimare ex 3. 20.  
 Aestivorum tempus 8. 6.  
 Aestuaria 2. 28.  
 Aestu minuente 3. 12.  
 Aestu se ex alto incitat 3. 12.  
 ad Aestus vitandos 6. 22.  
 per Aetatem inutilis ad 2. 16.  
 Africus ventus C. 3. 26.  
 Agere bellum 3. 28. hiemem in  
5. 22. perterritos 4. 12. tur-  
res 3. 21. vineas 2. 12.  
 Aggerere terram C. 3. 49.  
 Agmen explicare 8. 14.  
 Agri latissimi feracissimumque  
2. 4.  
 Alacritas animi C. 3. 92.  
 Alariæ cohortes 1. 73. et C. 2. 18.  
 Alaril, milites 2. 51.  
 Albente cœlo C. 1. 68. et Afr. 80.  
 Albescente cœlo Afr. 11.  
 Alces, animal 6. 27.  
 Alere civitatem 7. 33. equita-  
tum Afr. 8. se copiis cuius 4. 4.  
suo sumptu equitatum 1. 18.  
 In alia omnia ire 8. 53.  
 Alias, alias 2. 29. et 5. 57.  
 Alienata pene mente 6. 41.  
 Alienissimis sua credere 6. 31.  
 Alieno animo esse in quem C. 1.  
6. loco, *iniquo* 1. 15.  
 Aliquantulus numerus frumenti  
Af. 21.  
 Alitur diutius controversia 7.  
32.  
 Altercari cum quo C. 3. 19.  
 Alterum tantum H. 30.  
 Altior aqua C. 1. 25.  
 Altissimum flumen C. 3. 77. et  
1. 2.  
 Altitudo fluminis 1. 9. maris 4.  
25.  
 in altitudinem castra munire 2.  
5. depressa vallis 8. 9.  
 in alto mari 4. 24.  
 in altum dare vela Afr. 53. pro-  
vectæ naves 4. 28.  
 Altus, et erectus animus Afr. 10.  
 Aluntur vires 6. 21.  
 Aluræ tenuiter confectæ 3. 13.  
 Ambacti clientesque 6. 15.  
 Ambitus damnari C. 3. 1.  
 Ambulatoriæ turres A. 2.  
 Amentum 5. 48.  
 Amicissime de quo loqui C. 2.  
17.  
 Amicissimum præsidium 1. 42.  
 Amicitiæ cuius se dedere 3. 22.  
 Amicitiam cuius cupidissime  
appetere 1. 40.

- Ampliare honorem H. 42.  
 Amplificare auctoritatem cuius  
     2. 14.  
 Amplius v. m. passuum inter-  
     erat 1. 15. x. millia passuum 2.  
     16. viii. millibus passuum 2. 7.  
 Anceps terror C. 3. 72.  
 Anchoræ catenis revinctæ 3. 13.  
 Anchorarii funes C. 2. 9.  
 Anchoras jacere 4. 28. tollere  
     4. 23. et C. 1. 31.  
 In anchoris commorari Afr. 63.  
     exspectare 4. 23.  
 Anfractus intercedit 7. 46.  
 Angiportus A. 2.  
 Angusta fides C. 3. 1.  
 Anguste uti re frumentaria C.  
     3. 16.  
 Angustiæ rei frumentariæ C. 2.  
     17.  
 Angustiis a quo premi 3. 18.  
 In angustiis res est C. 1. 54.  
 Angustissimæ fauces C. 1. 25.  
 Angustius provenit frumentum  
     5. 24.  
 In angusto res est 2. 25.  
 Angustos fines habere 1. 3.  
 Animadvertere in quem 1. 19.  
 Animi avertuntur a quo 1. 20.  
 Animi magnitudo 2. 27. singu-  
     laris vir 8. 28.  
 Animo bono in quem esse 1. 6.  
 Animis concidere 8. 19.  
 In animo habeo ad vos mittere  
     H. 26.  
 Ad animum cui occurrere 7. 85.  
 Animus augetur cui 7. 70. in-  
     tentus in re 3. 22. reliquit  
     eum 6. 38.  
 Annona crescit C. 1. 52.  
 Annonæ charitas Afr. 47.  
 Annotinus 5. 8.  
 Annus consularis C. 3. 1.  
 Annuum spatium C. 3. 3.  
 Antecedere agmen 7. 12. ætate  
     C. 3. 108.  
 Antecessores equites Afr. 12.  
 Antecursor 5. 47. et C. 3. 36. et  
     C. 1. 16.  
 Anteire opibus C. 1. 32.  
 Antemittere, *præmittere* 1. 21.  
 Antennas demittere A. 45.  
 Antesignans C. 1. 43.  
 Antevertere consiliis 7. 7.  
 Antiquitus 7. 22. et 2. 4.  
 Anuli ferrei 5. 12.  
 Anxium quem res habet Afr. 71.  
 Aperta loca 2. 20.  
 Apertioribus locis C. 3. 84.  
 Aperto, ac vasto mari 3. 12. la-  
     tere 7. 82.  
 Apertus homo Afr. 73.  
 Apparet lux 7. 82.  
 Apparitores Afr. 37.  
 Appellare alium judicem C. 3.  
     20. nomine C. 2. 35. cohør-  
     tarique milites 5. 33.  
 Appellere turres ad C. 1. 26.  
 Appetere gladio C. 2. 35.  
 Appetit dies 6. 35.  
 Applicare naves ad terram C. 3.  
     101. se ad arborem 6. 27.  
 Appropere Afr. 61.  
 Appropinquatum est locis C. 1.  
     79.  
 Aquatio 4. 11. copiosa H. 8.  
 Aquatores C. 1. 73. et H. 21.  
 Aquatum venire 8. 40.  
 Aquilifer 5. 37.  
 Arbiter et communis amicus C.  
     3. 109.  
 Arcessere quem mercede 1. 31.

- Arcessiri 5. 11.  
 Ardentia studia militum A. 22.  
 Arduus adscensus 2. 33. et 8. 40.  
 Argento circumcludere 6. 28.  
 Aridum subst. 4. 24. et 26.  
**Aries machina oppugnantium** 2.  
 32. et Afr. 1. **defendentium**  
 4. 17.  
 Armamenta 3. 14.  
 Armare naves 5. 1.  
 Armatura levis 2. 10.  
**In armis esse** 1. 49. et 2. 3. erant  
 parati, ut 2. 9. permanere 8.  
 45.  
**Sub armis** conquiescere C. 1.  
 42. morari C. 1. 41.  
 Arripere sibi imperium H. 42.  
 Arroganter facere 1. 40.  
 Arrogantia uti 1. 46.  
**Sine articulis** crura 6. 26.  
 Artificio decernere Afr. 14. viii-  
 cere 7. 29.  
 Arctiores silvæ 7. 18.  
 Arundinum radices C. 3. 58.  
 Aspernari ab omnibus passive  
 Afr. 93.  
 Asseres C. 2. 2.  
 Asses et asseres differunt C. 2.  
 9. not.  
 Attenuare C. 3. 89.  
 Attexere ex 5. 40.  
 Attingere fines populi 2. 15. re-  
 gionem Afr. 19. cum navibus  
 4. 23. attingit aries murum  
 2. 32.  
 Attribuere cui equum C. 1. 14.  
 naves 7. 60.  
 Auctionari C. 3. 20.  
 Auctionem facere Afr. 97.  
 Auctor armorum dux 8. 47.  
 Auctore, atque agente eo C. 1.  
 26.
- Auctori cui credere C. 2. 38.  
 Auctoribus certis quid compe-  
 rire C. 2. 18.  
 Auctoritate præstare inter 2.  
 15.  
 Aucupari accessum cujus Afr. 58.  
 occasionem Afr. 3.  
 Audacissime Afr. 6.  
 Audacius subsistere 1. 15.  
 Audacter, et fortiter C. 1. 1. te-  
 la conjicere 4. 24.  
 Audiens dicto miles 1. 39.  
 Auditionem levem pro re com-  
 perta habere 7. 42.  
 Auditiones 4. 5.  
 Ex aversione H. 22.  
 Aversos proterere C. 2. 41.  
 Avertere iter a quo 1. 16. seab  
 amicitia C. 1. 4.  
 Augeri lætitia, ac voluntate  
 Afr. 34.  
 Auriga 4. 33.  
 Ausu suo gerere quid A. 43.  
 Autumni pestilentia C. 3. 87.  
 Auxilia suppetias veniunt Afr. 5.  
 Auxilium rei reperitur 3. 15.  
 Auxiliares 3. 35. et H. 30.  
 Auxiliari pedites 8. 5.
- B
- Ballistæ C. 2. 2.  
 Balteus 5. 44.  
 Basilica A. 52.  
 Belle habere H. 32.  
 Bellica laus 6. 23.  
 Bellicosissimæ gentes 8. 24.  
 provinciæ C. 1. 85.  
 Belligerandi studium agricultu-  
 ra commutare 6. 22.  
 Bellum agere 3. 28. facere 3.  
 29.

Beneficiarii C. 1. 75.  
 Beneficio silvarum 2. 20.  
 Bene longe egredi H. 25.  
 Magna multitudo H. 4.  
 Magna pars muri H. 13.  
 Magnum tempus H. 12.  
 Multa vulnera H. 12.  
 Bidui via abesse 6. 7.  
 Bipartito 1. 25.  
 Bipedalis materia C. 2. 10.  
 Bis millies sestertium Afr. 90.  
 Bonitas agrorum 1. 28.  
 Brachia, munitiones A. 30. H.  
 13.  
 Brevitas nostra contemptui est  
 2. 30.  
 Sub bruma nox est 5. 13.  
 Brumalis dies 8. 4.  
 Buccinator. C. 2. 35.

## C

Cadunt non omnia secunda C.  
 3. 73.  
 Cæcum vallum C. 1. 28.  
 Ex cæde refugere 8. 36.  
 Cædem facere H. 15. et 23.  
 Cædere silvas 3. 29.  
 Cælatum opus H. 25.  
 Cæmoniæ gravissimæ 7. 2.  
 Cæruleus color 5. 14.  
 Cæspites, vide cespites.  
 Calamitatem inferre cui 1. 12.  
 et 2. 14.  
 Calcaribus incendere 8. 48.  
 Calcatæ H. 16.  
 Calones 2. 24.  
 Campestris munitio 7. 81.  
 Canalibus immissa aqua C. 2. 10.  
 Cancelli, septa Afr. 15.  
 Cantus tubarum 8. 20.  
 Capita fluminis, ἐκβολαι 4. 70.

not. tignorum extrema C. 2. 9.  
 Capite demisso terram intueri  
 1. 32.  
 Capitis damnatur C. 3. 110.  
 poena 7. 71.  
 Caput fontis 8. 41.  
 Capiunt portum naves 4. 36.  
 Caprea 6. 27.  
 Capreoli, lignei C. 2. 10.  
 Captus Germanorum 4. 3.  
 Carere crimine 8. procœm. pa-  
 tria, civitateque Afr. 22.  
 Carina planior 3. 1/3.  
 Carpere agmen extremum Afr.  
 75. atque impedire C. 1. 78.  
 Carpi vocibus cuius 3. 17.  
 Carræ complura H. 6.  
 Carri singuli ducerentur 1. 6.  
 Currorum numerus 1. 3.  
 Cassides 7. 45.  
 Castellani A. 42.  
 Castra habere contra quem 1.  
 44. movere ex loco 1. 15. po-  
 nere A. 52.  
 Castris castra ponere, oppone-  
 re, 7. 35. convertere C. 1. 81.  
 In eo casu diœi C. 2. 5.  
 Casu magno accidit 6. 30.  
 Ad casum extremum deducta  
 res 3. 5.  
 Ne casu quidem minimo 6. 42.  
 Casus adversus 8. 13.  
 Catapultæ C. 2. 9. et Afr. 31.  
 Catascopus Afr. 26.  
 Catenæ ferreæ 3. 23.  
 In catenæ quem conjicere 1. 17.  
 Catenis vinclum trahere 1. 53.  
 Catervatim per fugere Afr. 32.  
 Cavere a C. 1. 21. inter se de 7.  
 2. obsidibus de 6. 2.  
 Causa una omnium est 6. 32.

- Causæ dictionis diem consti-**  
 tuere 1. 4. satis est, quare 1.  
 19.
- Causam dicere ex vinculis 1. 4.**  
**Per causam frumentandi Afr. 73.**  
 valetudinis quid facere C. 3.  
 87.
- Causa virtutis, (virtutis causa)**  
 6. 40.
- Causula parvula Afr. 54.**
- Cautes timere 3. 13.**
- Celari cui A. 7.**
- Celeritati studere C. 3. 79.**
- Celerius opinione 2. 3.**
- Censere deditioñem in concilio**  
 7. 77.
- Censu habito 1. 29.**
- Centones C. 2. 9.**
- Centuriatim producti milites**  
 C. 1. 76.
- Centurionibus omnium ordinum**  
 adhibitis 1. 40.
- Cernere coram 6. 8.**
- Certamen prælii A. 16.**
- Certamine acri fit prælium 8.**  
 28.
- Certiorem fieri per explorato-**  
 res 4. 4.
- Certo vento vehi Afr. 2.**
- Cervi, instrum. milit. 7. 72.**
- Cespites circumcidere 5. 42.**  
 comportare 3. 25.
- Cetratae cohortes C. 1. 39.**
- Chara, radix C. 3. 48.**
- Cibariorum inopia 3. 18.**
- Cippi, in munitionibus, 7. 73.**
- Ut Circino circumductum 1. 38.**
- Circiter meridiem 1. 50. no-**  
 tem A. 86.
- Circuitis castris 3. 25.**
- Circulari, cætus facere C. 1. 64.**
- Circumcirca H. 41.**
- Circuncisus ex omni parte col-**  
 lis 7. 36.
- Circumcludere quid argento 6.**  
 28. vallo H. 32.
- Circum esse C. 2. 10.**
- Circumfundere turmas Afr. 78.**
- Circumfusa multitudine 6. 34.**
- Circumfusi cedentibus 8. 29.**
- Circumjicere multitudinem mæ-**  
 nibus 2. 6.
- Circummittere 5. 51.**
- Circummitti in omnes partes 7.**  
 63.
- Circummunire oppidum vallo**  
 C. 1. 18.
- Circumununitio oppidi C. 1. 19.**
- Circommunitus castellis 2. 30.**
- Circumplecti locum opere 7.**  
 83. oppidum H. 32.
- Circumpositi oppido colles A.**  
 72.
- Circum provinciam Afr. 26. 8.**  
 habere 1. 18.
- Circumsistunt naves 3. 15.**
- Ne circumsisteretur 7. 43.**
- Circumspicere animo 6. 5. sus-**  
 5. 31.
- Circumvallare hostem H. 32.**  
 urbem 7. 11.
- Circumvallati hostes 7. 44.**
- Circumvehi collibus 7. 45.**
- Circumvenitur Pharon A. 14.**
- circumvenire montem opere C.**  
 3. 97. quem per fidem 1. 46.
- Circumveniri a quo insidias 2.**  
 42.
- Citatim contendere in locum**  
 Af. 80.
- Citatum flumen fertur 4. 19.**
- Citissime 4. 33.**

- Civitas, *natio, populus* 1. 2. *vi-*  
*de notas, et sic s̄epissime de*  
*unius urbis civibus et terri-*  
*torio, Tolosa, Carcasone,*  
*Narbone* 3. 20.  
 Civitatem quem donare 1. 47.  
 Clamore facto Afr. 80. sublatu-  
 7. 81.  
 Clariore voce dicere 5. 30.  
 Claritate nominis praeeditus Afr.  
 22.  
 Classiarii A. 12.  
 Classicum canitur apud ducem  
 C. 3. 82.  
 Claudere agmen 1. 25.  
 Clementia, ac mansuetudine uti-  
 in quem 2. 14.  
 Coacervare cadavera 2. 27.  
 Coacta lana C. 3. 44. not.  
 Coactu cuius quid facere 5. 27.  
 Coagmenta lapidum C. 3. 105.  
 Coagmentare trabes 7. 23.  
 Coangustari H. 5. et 23.  
 Coacervari portis angustis 7.  
 70.  
 Coempti equi 7. 55.  
 Cogere equitatum 1. 15. mul-  
 titudinem 1. 4. naves in 3. 9.  
 undique 1. 4.  
 Cogiri supplicium cuius 8. 38.  
 Ad cogitationem reliquam se  
 recipere C. 3. 17.  
 Cognitiones hominum 6. 22.  
 Cognitionis magnae nomo 7. 32.  
 Cognitus hostis C. 3. 38.  
 Cognoscere de 4. 11. et 7. 75.  
 et statuere de A. 78. quid  
 ab armis ex 1. 22.  
 Conibere milites a præda Af. 3.  
 Cohibet timor hoc facere 8. 23.  
 Cohortati magnopere 2. 5.  
 Collabefieri C. 2. 6.  
 Collatione 8. 8.  
 In collatu pari esse conditione  
 H. 31.  
 Colligere auctoritatem 6. 120.  
 se ex timore C. 65.  
 Collis ab fumo æqua iter decli-  
 vis 2. 18. ad planitiam redit  
 2. 8. ex planicie editus 2. 8.  
 dejectus ib. fastigiatus ibid.  
 Collocare atque administrare  
 res 3. 4. quem cui 1. 18.  
 Colloquia habere C. 3. 19.  
 Collonicæ cohontes C. 2. 19.  
 Columbaria pecunia C. 3. 32.  
 Columella C. 2. 10.  
 Comitatus, *passive* 7. 47.  
 Comitatus, *curba comitans*, C.  
 1. 48.  
 Commicatibus duobus reportare  
 exercitum 5. 23.  
 Commendare se fugæ Afr. 34.  
 Commendationem formæ habe-  
 re A. 41.  
 Commentarios conficere 8. pro-  
 œm.  
 Commissura pluteorum atque  
 aggeris 7. 72.  
 Committere prælium 1. 22. et  
 4. 14. rem prælio C. 3. 74.  
 Non committere, ut 1. 46.  
 Communicari cui an Latinum?  
 C. 3. 18. not.  
 Communicare cum quo de C. 3.  
 18. gloriam 8. 19. præmium  
 7. 37. honorem 6. 13.  
 Compar prælium facere H. 23.  
 Comparare fugam 4. 18. alicui,  
 cum quo 8. procem. se ad  
 Afr. 14. et 7. 79.  
 Compendio capti ex direptis 7.

43. privato, *questui* C. 3. 32.  
 Compertum quid a quo habere  
 per 1. 44.  
 Complanare opera A. 63.  
 Complere montem hominibus  
 1. 24. murum *armatis* 7. 12.  
 naves militibus C. 1. 56.  
 quem bona spe C. 2. 21.  
 In complexum cuius venire C.  
 3. 8.  
 Componere controversias C. 1.  
 9.  
 Compositio *pacis* C. 1. 26. et  
 C. 3. 57. et 19.  
 Comprehendere ignem, conci-  
 pere 5. 43.  
 Comprimere lacrymas cuius A.  
 24.  
 Conata perficere 1. 3.  
 Conatum efficere H. 16.  
 Concelebrare fama et literis  
 C. 3. 72.  
 Concessu cuius habere 7. 20.  
 Concidere animis 8. 19.  
 Concidere fugientes 2. 11.  
 Conciliare quem cui 5. 4. re-  
 gnum cui 1. 3.  
 Concilium commune 2. 4. di-  
 mittere 1. 18. in diem cer-  
 tam indicere 1. 30.  
 Concinunt signa C. 3. 92.  
 Concionari apud C. 1. 7.  
 Pro concione dixit Afr. 19.  
 Concipere in se scelus C. 1. 74.  
 Concipit flammarum turris C. 2.  
 14.  
 Concisa aestuariis itinera 3. 9.  
 Concita tela Afr. 83.  
 Concitat cursu C. 1. 70.  
 Concitator bellum 8. 38. multi-  
 tudinis 8. 21.  
 Conclamare vasa C. 1. 66. vi-  
 ctoria 5. 37.  
 Conclamari *absolue* C. 1. 67.  
 et C. 3. 75.  
 Conclusio diutina C. 2. 22.  
 Conclusum mare 3. 9.  
 Concrepare armis 7. 21.  
 Concubinus H. 33.  
 Concurrere ad arma 2. 20.  
 Concurritur ad 7. 4.  
 Concursare C. 1. 28. et 5. 33.  
 et 50.  
 Concursum est eo 2. 33.  
 Concursum facere H. 22. 23.  
 Concursus magui domum cuius  
 fiunt C. 1. 53.  
 Condemnari iniuritatis 7. 19.  
 Condensare Afr. 13.  
 Condensæ turmæ Afr. 14.  
 Condensum olivetum arboribus  
 Afr. 50.  
 Conditionem conferre cui, ut  
 Afr. 25. pacis accipere 2. 15.  
 Conditionibus impositis A. 65.  
 Conditionum æquitas 1. 40.  
 Condocere Af. 19.  
 Condocefacere elephantes Afr.  
 27. tirones Afr. 71.  
 Condonare, donare 8. 4. preci-  
 bus cuius 1. 20. præterita 1. 20.  
 Conducere eo 1. 4.  
 Conductor C. 3. 21.  
 Confecta hiems 6. 3. vigilia  
 prima 7. 3.  
 Confectis bellis 1. 54.  
 Confectus ætate 6. 31. itineris  
 C. 2. 39. siti, inopialaque Afr.  
 53. vulneribus C. 3. 9.  
 Conferre animum ad A. 9.  
 Castra castris 8. 9. castra oppo-  
 do A. 36.

- Conferta equitum acies Afr. 13.      bere 6. 19.  
 Conferri milites. 2. 25.  
 Confertissima acies 1. 24.  
 Confertissimum agmen 2. 23.  
 Confestim 4. 32.  
 Confidere bellum 1. 30. et A. 77. delectum 6. 1. iter 4. 4.  
 Et 2. 12. millia centum 2. 4. prælium H. 30. sermonem C. 1. 8. tempus in loco C. 3. 28.  
 Confici in fuga 8. 19. vulneribus 5. 45.  
 Confidentialia A. 52.  
 Confidere animo et spe Afr. 1. sibi in quo Afr. 19.  
 Confieri difficilis 7. 58.  
 Configere turres A. 2.  
 Coafinum 5. 24.  
 Confirmare homines C. 1. 15. quem animo ad 5. 49. libertati C. 1. 14. se animo ad C. 2. 4. se auxilio C. 1. 29.  
 Confixus clavis ferreis 3. 13.  
 Conflare bellum 8. 6.  
 Conflictari annona gravi Afr. 14. inopia C. 1. 52. incommodis 5. 35.  
 Ad confluentem Mosæ et Rheni 4. 15.  
 Confusum agmen 8. 14. congregandi armis 1. 36. impari numero C. 1. 40.  
 Congressus est classi cum 3. 13.  
 Conjectura judicare de C. 3. 78. sciri non potest A. 58.  
 Conjecturam capere ex 7. 35.  
 Conjicere animos in terrorem Afr. 16. in fugam 7. 62. et C. 1. 82. prælium in noctem Afr. 52. quem in locum 2. 16.  
 Conjunctum rationem rei ha-
- bere sibi quos 8. 32.  
 Conjurare contra quem 2. 1. inter se 3. 8. in bonam partem 7. 1.  
 Conjurationem facere 1. 2. et 8. 1.  
 Connici virtute in C. 1. 46.  
 Conquiescere meridie 7. 46.  
 Conquisitor A. 2.  
 Consecendere classem Afr. 10. et 13. navem 4. 23.  
 Conscientia animi Afr. 31. et C. 3. 60. facti 8. 38. peccatorum Afr. 28.  
 Consciscere sibi mortem 3. 22. et 1. 4.  
 Conscium sibi esse, quam 8. 44.  
 Conscribere legiones 2. 2.  
 Consecratus locus 6. 13.  
 Consectari hostem 6. 7. naves 3. 15.  
 Consensu communii 1. 30.  
 Consequitur eum in re celeritas 8. 31.  
 Conserere manum C. 1. 20.  
 Couferta multitudo A. 30.  
 Consideratior factus est Afr. 73.  
 Considerare, castra metari 1. 21. et 31. et 48.  
 Considunt in loco, habitant 6. 13. contra 7. 58. et 79.  
 Consiliandi causa C. 1. 19.  
 Consiliantibus eis hæc C. 1. 73.  
 Consilii magni viri 3. 5. res est 7. 38. sui est 1. 21.  
 Consilio aliquo quid facere 3. 6. deorum fieri 1. 12.  
 Consilium duplex munitionis 8. 10.  
 Consimilis 5. 12. figura 6. 26.

- fugæ profectio 2. 11.  
 Consistere fluctibus 4. 24.  
 Conspectus patens Afr. 41.  
 In conspectu cuius adsistere  
6. 18.  
 In conspectum regionis venire  
Afr. 2.  
 Conspicari 1. 25. 5. 9.  
 Conspicatæ equitatum cohortes  
C. 1. 24.  
 Conspirare 3. 10.  
 Constanter nuntiare 2. 2.  
 Constat victoria morte viro-  
rum 7. 19.  
 Consternati confugiunt 8. 19.  
 sunt animo 7. 30.  
 Consternere cratibus 4. 17.  
 Constipare se 5. 43.  
 Constipatus C. 3. 46.  
 Constituere de 6. 13.  
 Constrata palus pontibus 8. 14.  
 Constratæ naves C. 3. 27. et  
A. 17.  
 Consuefacere quem Afr. 73.  
 Ex consuetudine Afr. 89. et  
I. 52.  
 In consuetudinem licentiae ve-  
nire C. 3. 110. se adducere  
4. 1.  
 Consuetudinis hoc est 4. 5.  
 Consuetudo fert 6. 7. et 8. 12.  
 itineris 2. 17. pervulgata A.  
74.  
 Consuetus bellare Afr. 73.  
 Consuevit hoc accidere 5. 33.  
 Consularis annus C. 3. 1.  
 Consultare de 5. 53. exitu for-  
tunarum 7. 77.  
 Consulto 5. 16.  
 Consulunt, quid agant 7. 83.  
 Consumere pabulum 7. 18. quem  
 ferro Afr. 94. tela C. 1. 46.  
 Consumi fame 7. 20. siti 8. 41.  
 Consurgere ex insidiis C. 3. 37.  
 Consurgitur ex consilio 5. 31.  
 Contabulare murum 7. 22. tur-  
res 5. 40.  
 Contabulatio C. 2. 9.  
 Ex contagione incommodi 6. 13.  
 Contaminare scelere hospitium  
H. 16.  
 Contaminatus facinore 7. 43.  
 Contegete in tecta ædes 8. 5.  
 In contemptionem cui venire  
5. 49.  
 Contemptui esse 2. 30.  
 In contemptum cui venire 3. 17.  
 Contendere bello 7. 67. duolo 1.  
13. inter se de 5. 3. ire 1. 10.  
 maximis itineribus 1. 7. præ-  
lio 8. 47. virtute 1. 13.  
 Contentione summa dimicare  
8. 29.  
 Conterritus metu H. 22. et 25.  
 Contestari deos, ut 4. 25.  
 Contignatio C. 2. 9.  
 Continens flamma 8. 15. labor  
7. 24. labor totius diei C.  
3. 97.  
 Continenter bellum gerere 1. 1.  
 ire 1. 26. pugnare 3. 5.  
 Continentes silvæ, ac paludes  
3. 28.  
 Continentia bella 5. 11.  
 Continenti impetu 7. 28.  
 Continentior in pecunia C. 1. 23.  
 Continere in occulto 2. 18. in-  
tra silvas 2. 18. regionem in-  
pace 8. 49. se castris 1. 40.  
 Continere suos a prælio 1. 15.  
 Continentur mare montibus 4. 23.  
 Contingunt inter se trabes 7. 23.

- Continuare iter C. 3. 11. laborem C. 1. 62.  
 Continuatio imbrium 3. 29.  
 Continui dies 5. 13. complures dies 4. 34.  
 Continuos dies quid facere 1. 48.  
 Contortum viribus pilum Afr. 16.  
 Contra atque 4. 13. et C. 3. 12. consistere 2. 17. quem castra habere 1. 44. venire ob viam 7. 28.  
 Contrahere sibi pœnam 8. 22.  
 Contributi populi C. 1. 60.  
 In controversiam quid deducere 7. 63.  
 Contumelia verborum 5. 58.  
 Contumeliam perferunt naves 3. 13.  
 Contumeliam accipere 7. 10.  
 Contumeliosæ voces. C. 1. 69.  
 Convallis 3. 20. et 5. 32.  
 Convehere C. 2. 15.  
 Convellere gratiam cuius 8. 50. munitiones 8. 26.  
 Convenire aliquem 1. 27.  
 Conventus Campanus C. 1. 14.  
 Conventus agere 1. 54. perage re 5. 1.  
 Conversa signa inferre 1. 25.  
 Converttere castra castris C. 1. 81. iter in 7. 56.  
 Converti in terrorem Afr. 40.  
 Convicio correptus C. 1. 2.  
 Convulnerare Afr. 5. hostes jal culis Afr. 7.  
 Coortum est bellum 3. 7.  
 Copia, sing. copiæ, milites Afr. 10.  
 Copia expedita Afr. 80.  
 Copiæ plur. cibaria 4. 4. et C.
10. opes 2. 10. et 4. 10.  
 Copiam frumenti facere cui 1. 28.  
 Copiosa provincia ad alendos exercitus A. 42.  
 Copiosissimi agri 8. 2.  
 Copiosissimum oppidum 1. 23.  
 Coram adesse 1. 32. cernere 6. 8.  
 Corbis H. 5.  
 Coronæ valli, muri 8. 9.  
 Corona militum cingere 7. 72.  
 Coronis castra inædificare 8. 9.  
 Corpus navium C. 1. 54.  
 Corus ventus 5. 7.  
 Crassitudo 3. 13. parietum C. 2. 8.  
 Crates in militia C. 1. 25. et 5. 40.  
 Cratibus aditus expedire 7. 86.  
 Creberrima ædificia 5. 12.  
 Cremari igni 1. 4.  
 Crepitus gladiorum H. 31.  
 Crescit flumen ex nive 7. 55.  
 Crinibus mulierum præsectis tormenta effecerunt C. 3. 9.  
 In cruce suffigere Afr. 66.  
 In crucem tollere H. 20.  
 Crucialbiliter interfici Afr. 46.  
 Cum cruciatu necare 5. 45.  
 Per cruciatum quem dare cui 7. 71.  
 In cruciatum summum veire 1. 31.  
 Cruciatus perferre 1. 32.  
 Cruelitate naturæ asperius facere 8. 44.  
 Cujusque modi generis naviculae Afr. 23.  
 Culmina Alpium 3. 2.  
 Culpam rei conjicere in 4. 27.  
 Cum tum præcipue A. 75.

- Cunctatio aliquot dierum 3. 18.  
 Cuneatim consistere 7. 28.  
 Cuneus, militum 6. 40.  
 Cuniculi aperti 7. 22. tecti 8. 41.  
 Cuniculis subtrahere aggerem  
     7. 22.  
 Cuniculos agere 3. 21.  
 Cupa 8. 42.  
 Cupere cui 1. 18. quid summe  
     C. 3. 15.  
 Cupidius insequi 1. 15.  
 Cupidus bellandi 1. 3. rerum  
     novarum 1. 18.  
 Cursu magno contendere 3. 19.  
 Custodes cui ponere 1. 20.
- D
- Dare hostem in fugam 4. 26. se  
     in conspectum oppidi H. 4.  
     se quieti C. 2. 14.  
 Dativus iv. declin. in u. 1. 16.  
     not.  
 De media nocte 7. 45.  
 De nocte proficisci C. 1. 51.  
 De tertia vigilia 1. 12.  
 Decedere provincia 8. 50.  
 Decernere de bello H. 5. quæ-  
     stionem de 7. 43.  
 Decessus æstus 3. 13.  
 Decidere equo 1. 48.  
 Decimæ legionis laus 1. 40.  
 Declive fastigium 8. 14.  
 Declivis, ac præceps locus 4. 33.  
 Declivitas 7. 85.  
 Decreto cuius non stare 6. 13.  
 Decumana porta 2. 24.  
 Decumanus miles Afr. 16.  
 Pro decumis octavas pendere  
     Afr. 98.  
 Decurritur ad S. C. C. 1. 5.  
 Decursus planitiei H. 29.
- Decusso præsidio Afr. 50.  
 Dediscre disciplinam C. 3. 110.  
 Dedititii 1. 27. et A. 9.  
 Deditio facta 2. 33.  
 In deditioem accipere 1. 28.  
     et 2. 13. recipere 3. 21. ve-  
     nire C. 3. 99. et 6. 3.  
 Deditioem facere H. 27. et 36.  
 Deducere præsidia 2. 33. quem  
     ad sententiam 2. 10. rem ad  
     arma C. 1. 4. se clam ex con-  
     spectu H. 18.  
 Deductio navium 5. 2.  
 Deerrant naves Afr. 8. et 11.  
 Deesse saluti communi 5. 33.  
 Defatigatione factum est, ut  
     3. 19.  
 Defectio 3. 10.  
 Defendere ab incendio 7. 23. ab  
     injuria 5. 20. bellum 1. 44.  
 Bellum illatum 2. 29. ictus C.  
     2. 9. injurias, ulcisci C. 1. 7.  
     se ab hoste 1. 11. se a con-  
     tumeliis C. 1. 22.  
 Defendit se ipsum locus 7. 20.  
 Deferre rem ad concilium 3. 23.  
 Defessus diuturnitate pugnae  
     3. 4.  
 Deficere animo 7. 30. et C. 1.  
     19. et C. 3. 112. metu Afr. 11.  
 Deficeretur a viribus C. 3. 64.  
     not.  
 Deficiunt eum omnia 5. 33.  
     quem vires lassitudine C. 2.  
     41. quem sanguis, viresque 7.  
     50. tela pugnantes 3. 5.  
 Definire locum H. 30.  
 Deforme opus in speciem 7. 23.  
 Deformia jumenta 4. 2.  
 Defugere alicujus aditum, ser-  
     monemque 6. 12.

- Degenerare a moribus A. 24.  
 Dejectus collis 2. 22. spe 1. 8.  
 Dejicire se per 3. 26.  
 Dejici opinione 5. 48. principa-  
 tu 7. 63.  
 Delectus confidere 6. 1. habere  
 C. 1. 2.  
 Delegare causam peccati mor-  
 tuis 8. 22.  
 Deligata ad anchoram navis 4.  
 28. et 5. 9.  
 Deligere domicilio locum 1. 30.  
 Delitescere in 4. 32.  
 Dementia summa est. 4. 13.  
 Demesso frumento 4. 32.  
 Demigrare de 4. 19. undique  
 diligenter 8. 7.  
 Demissa loca 7. 72.  
 Demissiores ripæ A. 29.  
 Demississime, atque subjectissi-  
 me C. 1. 84.  
 Demittere se animo 7. 29. in  
 locum 5. 32.  
 Demorari eruptiones C. 1. 81.  
 iter 3. 6.  
 Demotus præjudicio C. 2. 32.  
 Denegare cui auxilia 8. 45.  
 Densiores silvæ 3. 29.  
 Densissima flamma 8. 16.  
 Denuntiare cui, ut C. 2. 20.  
 Depelli a consiliis C. 3. 73.  
 Dependere stipendum 1. 44.  
 Deperdere nihil sui 1. 43. o-  
 pinionem 5. 54.  
 Deperierant naves tempestate  
 5. 23.  
 Deperiit magna pars C. 3. 87.  
 Deponere magistratum 7. 33.  
 memoriam rei C. 2. 28. onus  
 jumentis C. 1. 80. terrorem  
 Afr. 48.
- Depopulari agros 2. 7.  
 Depopulata Gallia 7. 77.  
 Deposcer ad mortem C. 3.  
 1. 0. supplicium 8. 38.  
 Deposcer quem præmiis 7. 1.  
 sibi munus C. 1. 57.  
 Depositulare sibi auxilia H. 1.  
 Deprecandi causa legatos mit-  
 tere 6. 4.  
 Deprecari, ac petere quid 2. 31.  
 a militibus Afr. 85. mortem  
 7. 40. periculum C. 1. 5. et A.  
 57. precibus amovere 4. 7.  
 sibi vitam Afr. 89.  
 Deprecatio inertiae 8. proœm.  
 Deprecatore quo impetrare 1.  
 9.  
 Depressus locus Afr. 51.  
 Deprimere fossam 8. 9.  
 Depugnare cominus Afr. 7.  
 Derelictæ naves ab æstu 3. 13.  
 Derivare flumen 8. 40.  
 Derivatum inter se flumen A. 27.  
 Descendere ad consilium 5. 29.  
 Verborum contumelias C. 3.  
 83. vim atque ad arma 7. 33.  
 Desectis auribus 7. 4.  
 Deserti præsidio Afr. 83.  
 Desertor, ac proditor 6. 23.  
 Desiderare milites, amisisse C.  
 3. 71.  
 Designare quem oratione 1. 18.  
 Desilire ad pedes 4. 12. ex 4. 2.  
 et 25.  
 Desistere a defensione C. 2. 12.  
 fuga 4. 12. pertinacia 1. 42.  
 oppugnatione C. 2. 13.  
 Despectus habere, in alto si-  
 tum esse 2. 29.  
 Despectus propinq. in mare 3.

- Desperare sibi 5. 50. suis fortunis 3. 12.  
 Desperationem salutis afferre 8. 43.  
 Despicere patientiam cuius Afr. 30.  
 Destinare, *attингere* 7. 22. *consequi ibid.* falces. *ibid.* rates anchoris C. 1. 25.  
 Destinatam in fugam mentem habere Afr. 88.  
 Destinati operi milites 7. 72.  
 Desuper vulnerare quem 1. 52.  
 Detergere ædificium A. 13.  
 Detensa tabernacula C. 3. 85.  
 Detergere remos C. 1. 58. et A. 15.  
 Deterrire, ne 1. 17. quin 2. 3.  
 Detestari quem omnibus precibus 6. 31.  
 Detimenta accipere C. 3. 31.  
 Detimentum reconcinnare C. 2. 15. sarcire C. 3. 67.  
 Detrudere in proclive A. 76.  
 Deturbare de loco 7. 81.  
 Devehere equis 1. 43.  
 Devenire ab opere in locum 2. 21.  
 Devexa loca 7. 88.  
 Devocare in dubium fortunas suas 6. 7.  
 Devolvere de muro in C. 2. 11. devoti, *clientes* 3. 22.  
 Devovere Marti prædam 6. 16. se amicitiae cuius 3. 22.  
 Deurere oppidum H. 27.  
 Dextram cuius prehendere 1. 20.  
 Dextrorsus Afr. 75.  
 Dicare se in clientelam cui 6. 11. in servitutem cui 6. 22.  
 Dicare jus *ibid.*
- Dicrota triremis A. 47.  
 Dictio causæ 1. 4.  
 Dictitare, *dicere* C. 3. 22.  
 Dicto audiens esse 5. 54. et 1. 39.  
 Diducere manus hostium C. 3. 40.  
 Diem constituere cum quo 1. 8. dicere, qua 1. 6. ex die duce-re, qua 1. 6. ex die ducere 1. 16.  
 Ad diem hæc facta sunt 2. 5.  
 Diem longiorem decadendi postulare A. 71.  
 Diem sumere ad deliberandum 1. 7.  
 Dies instat 1. 26. transeunt 3. 2.  
 Differre ignem in omnem locum 5. 43. in posterum 7. 11.  
 Differunt Germani ab hac consuetudine 6. 20.  
 Differt ventus ignem C. 2. 14.  
 Difficillimum anni tempus 8. 6.  
 Difficilis, atque impedita palus 7. 19.  
 Difficultas hiemis 8. 5. et A. 44. navigandi 3. 12. viarum 7. 56.  
 In difficultate magna res est C. 3. 75.  
 Difficultate 1. 20. belli gerendi 3. 10. in difficultatibus eius res est, ne 7. 35.  
 Diffluere in plures partes 4. 1.  
 Diffugere prælum C. 1. 82.  
 Diffunduntur rami 6. 21.  
 Digitus pollex 3. 13.  
 Digredi a loco Afr. 7.  
 Diligenterque, industrieque 7. 60.  
 Dimenso opere 2. 19.  
 Diminuere quid de jure, aut

- legibus 7. 33.  
 Diminutæ copiæ 7. 31.  
 Dimittere auctoritatem Afr. 48. oppugnationem 7. 17. ri-  
     pas relinquere 5. 18. se in lo-  
     cum 7. 28. victoriam 7. 52.  
 Directo itinere abest locus C. 2. 24.  
 Dirempto prælio Afr. 19.  
 Dirigere aciem Afr. 13.  
 Dirimere colloquium 1. 46.  
     prælium C. 1. 40.  
 Ditissimæ tempestates A. 43.  
 Diruere cœlum H. 42.  
 Discedere ab armis 5. 41. et C.  
     1. 9. a bello 7. 33. a senten-  
     tia C. 1. 2.  
 Disceditur a consilio 7. 2.  
 Disceptare de 7. 37. jure 8. 55.  
     et C. 3. 107.  
 Discessionem facere 8. 52.  
 Discinctus H. 22.  
 Disclusis quibus 4. 17.  
 Discutere nivem 7. 8.  
 Dispar genus 7. 39.  
 Disparare 7. 28.  
 Dispari prælio contendere 5. 16.  
 Dispartitis copiis Afr. 67.  
 Dispergi opere 3. 28.  
 Dispoliare quem armis 2. 31.  
 Dispositos, directosque oculos  
     ad quid habere Afr. 26.  
 Dissimiliter se gerere Afr. 54.  
 Distare paribus intervallis 7.  
     23.  
 Distat junctura 4. 17.  
 Distentus in opere H. 12.  
 Distinendæ manus causa A. 17.  
 Distinet flumen legiones 7. 59.  
 Distribuere jura in quos A. 78.  
 Distringere gladium C. 1. 25.  
 Sub dictione, atque imperio es-  
     se 1. 32. et potestate esse  
     Afr. 77.  
 Diversissima pars religionis 8.  
     24.  
 Divinam rem facere Afr. 86.  
 Diurna, nocturnaque itinera 1.  
     38.  
 Diutina lætitia 5. 52.  
 Diutinus labor C. 2. 13.  
 Divulgare consilium C. 1. 20.  
 Docere quem C. 1. 3.  
 Docti usu C. 3. 50.  
 Documentum constituere Afr.  
     54.  
 Dolabratibus cacuminibus 7. 73.  
 Dolere graviter ex re 1. 14.  
 Per dolum dimicare Afr. 73.  
 Domesticum bellum 5. 9.  
 Domum redditio 1. 5.  
 Dormitum ire Afr. 88.  
 Dorsum jugi æquum 7. 44.  
 Dubia victoria 7. 80.  
 Dubitanter A. 14.  
 Dubitatione nulla interposita  
     7. 40. sublata A. 7. minus  
     dubitacionis datur cui 1. 14.  
 Dubium non habere quem H.  
     29.  
 Ducere bellum 1. 38. in hiemem  
     C. 1. 61. longius rem 7. 11.  
     ordinem C. 13. et Afr. 45.  
     primum pilum 5. 35. quem  
     in numero hostium 6. 31.  
     vallum in 8. 33.  
 Duci ad necem Afr. 28. diu-  
     tius, *procrastinari* 1. 16.  
 Duodetrigesimus dies Afr. 98.  
 Duplicare iter diei C. 3. 75.  
     numerum 4. 36.  
 Durare se labore 6. 27.

- Durissimae tempestates 8. 5.  
 Durissimum tempus anni 7. 8.  
 Duritiæ studere 6. 20.  
 Durius consulere vitæ suæ C. 1. 22.  
**Dynastæ C. 3. 3.**
- E**
- Edicere cui, ut Afr. 31.  
 Edictum proponere Afr. 46.  
 Editissimus collis A. 72.  
 Edocere quem nuntiis C. 3. 108. quid 7. 38.  
**Edocti, quæ pronuntiarent 7. 20.**  
 Edoctus vetusto usu Afr. 27.  
 Educere copias ex hibernis 1. 10. gladium 5. 44. pugio-nem H. 18.  
**Effarcire intervalla saxis 7. 23.**  
 Effeminare animos 1. 1.  
**Efferre se gloria H. 23.**  
**Efferri in vulgus 1. 46.**  
**Efferuntur consilia 7. 1.**  
 Effossis oculis 7. 4.  
 Effundere se in agros 5. 19.  
**Egressus optimus e mari, locus appellendi 5. 8.**  
**Ejicere naves, appellere C. 3. 25. et 5. 28. se ex castris 4. 15. silvis 5. 15. ex navibus A. 17.**  
**Elatus iracundia 8. 19. studio C. 1. 45. stulta arrogan-tia C. 3. 59.**  
**Elegantia scribendi 8. proœm.**  
**Elicere hostem ex silvis 7. 32.**  
**Eliditur navis C. 3. 27.**  
**Ellipsis τοῦ ὀρπίτ 3. 4. et A. 1.**  
**Eludi fallaciis A. 24.**  
**Eminens jugum in mare C. 2. 24.**
- Eminentia promontoria C. 2. 2.  
 Emittere tela H. 13.  
 Enim pro autem 5. 7. et C. 2. 32.  
**Enixe quem juvare C. 3. 36.**  
**Enuntiare consilia hostibus 1. 17. rem per indicium 1. 4.**  
**Ephippiati equites 4. 2.**  
**Ephippium ibid.**  
**Ephibatæ A. 11. et Afr. 20.**  
**Epulæ amplissimæ 6. 28.**  
**Equestre prælium 1. 18.**  
**Ex equis colloqui 1. 43.**  
**Equitatus magnos raro exem-plo plur. C. 1. 61.**  
**Equit. specie, ac simulatione 7. 45.**  
**Equo admisso accorrere 1. 22. conferre in C. 3. 94.**  
**Per quos dispositos nuntii lati C. 3. 101.**  
**Equum detrahere cui 1. 42.**  
**Erectus animus Afr. 10.**  
**Ergastula solvere C. 3. 22.**  
**Ericius portis objectus C. 3. 67.**  
**Eripere se per aliquem, ne 1. 4.**  
**Errabundæ naves Afr. 2.**  
**Error navium Afr. 7.**  
**Erumpunt se portis foras C. 2. 14.**  
**Eruptionem facere 1. 33. por-tis 3. 6.**  
**Eruptione pugnare ex oppido 7. 76.**  
**Esseda, currus 4. 24.**  
**Essedarii ibid.**  
**Essendum 4. 32.**  
**Etesiæ C. 3. 107.**  
**Eventum rei experiri 3. 3.**  
**Eventus navium 4. 31.**  
**Evitare casum 8. 20.**

- Evocare nominatim 3. 20.  
 Evocati 7. 65. centuriones C. 1. 17. not.  
 Evolant ex silvis hostes 3. 28.  
 Exacta hiems 6. 1. Prope aestas 3. 28.  
 Exactores C. 3. 32.  
 Exæquare cum quo C. 1. 4.  
 Exaggerare mortem morti H. 5.  
 Exanimare se 6. 30.  
 Exanimari 5. 44.  
 Exanimati, anbelantes 3. 19. et 2. 23.  
 Exanimatus ad pondus 5. 12.  
 Examinatum verberibus corpus 3. 38.  
 Exanimatus cursu, et lassitudine 2. 23.  
 Exarescit fons æstibus C. 3. 69.  
 Exarsit gravius dolore 5. 4.  
 Exaudire 5. 30.  
 Excedere domo 4. 14. ex pristina consuetudine Afr. 73. prælio 2. 25.  
 Exceptare quem 7. 47.  
 Excepti uri parvuli 6. 27.  
 Excipit quem eventus C. 1. 21.  
 Excitarre turres C. 1. 25.  
 Exercitus literis H. 4.  
 Exclusus tempore 6. 30.  
 Excruciare quem fame, vinculisque 7. 20.  
 Excubare ad mare C. 1. 73. ad opus 7. 24. in armis 6. 11.  
 Excurbitores 7. 69.  
 In excubitu esse H. 6.  
 Exculcari terra 7. 73.  
 Excusiones facere 2. 30.  
 Excusare se de 4. 22.  
 Sine excusatione hiemis Afr. 26.  
 Exemplum introducere C. 1. 7.
- Exercitatio pugnarum 3. 19.  
 Exercitatissimus in armis 3. 36.  
 Exesus locus spelunca H. 59.  
 Exhaurire terram 5. 42.  
 Ex humili loco ad dignitatem sumam perduci 7. 39.  
 Exigue dierum xxx. frumentum habere 7. 71.  
 Exiguitas, paucitas 3. 23. temporis 2. 21. et 23.  
 Exinanire region. frumento Afr. 20.  
 Exinanita provincia A. 43.  
 Exinanitæ civitates C. 1. 48.  
 Exiere e finibus 1. 5.  
 Existimatio vulgi 1. 20.  
 Existunt subito, erumpunt Afr. 7.  
 Exitum fortunæ eundem ferre 2. 8.  
 Exonerare naves Afr. 8.  
 Expedire arma 7. 18. naves C. 2. 4. sibi locum ad C. 2. 9.  
 Expeditæ in occulto vinæ 7. 27.  
 Expediti in armis milites C. 1. 42.  
 In expeditionem mittere milites 5. 10.  
 Expeditiores ad iter C. 1. 81.  
 Expeditus omnibus membris 4. 24.  
 Expellere dubitationem rei 5. 48. memoriam rei C. 1. 34.  
 Expiare incommodum 5. 52.  
 Expiata exempla C. 1. 7.  
 Expiato suo dolore 8. 48.  
 Expletur altitudo 7. 23.  
 Explicare agmen 8. 14. consilium C. 1. 7. 8. rem frumentariam 8. 4. se turmatim C. 3. 93. sumptus A. 32.  
 Explicitius consilium C. 1. 78.

- Explorata omnia habere de 6. 5.  
 Exporrigere in longitudinem Afr. 78. munitiones Afr. 43.  
 Exposcere a Deo C. 2. 5.  
 Expositæ copiæ in collibus 4.  
     23.  
 Expressit agger turres 7. 22.  
 Exquirere sententias 3. 3.  
 Ex rupibus planitiem nactus C.  
     1. 70.  
 Exsanguis metu Afr. 90.  
 Exscindere portas 7. 50.  
 Exserti humeri ibid.  
 Existere ex loco, erumpere  
     Afr. 69. subito Afr. 7.  
 Exsolvere æs alienum A. 49.  
 Expectatio fit utrumque A. 14.  
 Expectatissimus triumphus 8.  
     5<sup>1</sup>.  
 Expirata nondum anima Afr.  
     88.  
 Expoliare quem dignitate 8.  
     50.  
 Extare ex aqua solo capite 5.  
     18.  
 Extinguere rumores C. 1. 60.  
 Extincta gloria rei militaris  
     5. 29.  
 Exultare gloria H. 14.  
 Extendere se itineribus C. 3.  
     76.  
 Exterior hostis 7. 74.  
 Exterritus timore pœnæ 7. 43.  
     et 7. 77.  
 Extimescendi rerum casus 3. 13.  
 Extorqueri cui beneficium C.  
     1. 9. obsides 7. 54.  
 Extrahere diem mora C. 1. 32.  
 Extrahitur æstas 5. 22.  
 Extraordinarius honor C. 1. 32.  
 Extreme res 2. 25.  
 Extrema fortuna 7. 40.  
 Extremum diei tempus 8. 15.  
     et H. 16.  
 Extrusum aggere mare 3. 12.  
 Exturbatis campo copiis Afr.  
     40.  
 Exuere quem armis 3. 6. et H.  
     9.  
 Exurere oppida 1. 5.  
 Εὐφημία 1. 18. not.
- F
- Facere bellum 3. 29.  
 Facere bene magnam manum  
     H. 22. prælium 1. 13.  
 Facilia redigere ex difficillimis  
     2. 27.  
 Facinus in se admittere 3. 9.  
 Factio paucor. oppressus C.  
     1. 22.  
 Facultas ad ignoscendum H.  
     12. circumfundere Afr. 78.  
     summa omnium erat 1. 38.  
 Facultatem dare ad 1. 38. libe-  
     ram habere 8. 32. navium  
     habere 3. 9. sui colligendi  
     host. relinquere 3. 6.  
 Facultates magnas comparare  
     1. 18. omnium rerum præ-  
     bere C. 1. 4.  
 Falcatæ quadrigæ A. 75.  
 Falces murales 3. 14. laqueis a-  
     vertere 7. 22. præacutæ 3. 14.  
 Falcibus vallum rescindere 7.  
     86.  
 Fallacissimæ disciplinæ A. 24.  
 Fama percrebuit per orbem C.  
     3. 43. præcurrit Afr. 87.  
 Famem tolerare aliquo 1. 28.  
 Fame extrema 7. 17.  
 Familia gladiatoriæ C. 1. 14.

- Familiam armare, *famulos* C.  
1. 75.  
Fasces stramentorum 8. 15.  
Fas non putant 5. 12.  
Fastigiatus collis 2. 8.  
Fastigium altitudinis 7. 69.  
Fauces portus C. 1. 25. et C.  
3. 24.  
Felicitas loci A. 74.  
Feminis crassitudine stipites 7.  
73.  
Ferire pugione A. 52.  
Feritas Germanorum 8. 25.  
Feroculus Afr. 16.  
Ferramenta 5. 42.  
Ferrariæ magnæ 7. 22.  
Ferreæ manus C. 2. 6.  
Ferre conditionem cui, ut Afr.  
25. quid dolore magno 7. 63.  
sermonibus C. 2. 17.  
Ferri in aliam partem 2. 24.  
studio spectandi A. 20.  
Fert consuetudo 6. 7.  
Fertilissima agri regio 7. 13.  
Fertilitas loci 2. 4.  
Fertur flumen 8. 40.  
Fervefacta jacula 5. 43. pix.  
7. 22.  
Festinare ac propérare A. 71.  
Festinatio celeris, H. 2.  
Fibulis distinere 4. 17.  
In fidem, atque potestatem cu-  
jus se permittere 2. 3. veni-  
re 2. 13.  
Fidem cui facere jurejurando  
4. 11. cuius invocare 8. 48.  
cuius sequi 4. 21. dare inter-  
se 1. 3. rerum cui abrogare  
6. 23. habere 1. 19. servare  
de 6. 35.  
Fide egregia 1. 19.
- Fiducia loci 7. 19.  
Fiduciaria opera C. 2. 17.  
Fiduciarium regnum A. 23.  
Figi telis A. 30.  
Filiis, filiabus A. 33. not.  
Finem facere injuriis 1. 33.  
oppugnandi nox fecit 2. 6.  
orandi facere 1. 20.  
Finem umbilici usque Afr. 85.  
Finire temporis spatia numero  
noctium 6. 18.  
Finitimum bellum C. 2. 38.  
Finit Rhenus imperium R. 4.  
16.  
Firmare locum munitionibus 6.  
29. obsidibus 8. 48. pacem  
4. 28. quem ex terrore Afr.  
18.  
Firmitas materiae C. 2. 11.  
Firmiter insistere 4. 26.  
Firmitudo 3. 13. operis 4. 17.  
Fistucis adigere 4. 17.  
Flagitare quem frumentum 1.  
16.  
Flatus vento pulvis Afr. 52.  
Flectit se silva 6. 25.  
Fletu magno petere 1. 32.  
Florens civitas 4. 3.  
Florentissimæ res 1. 30.  
Fluctuum, tempestatumque ma-  
gnitudo 3. 13.  
Flumen Apsus C. 3. 19. diffi-  
cili transitu 6. 7.  
Flumine adverso 7. 60. secun-  
do 7. 60.  
Foramina scuti C. 3. 53.  
Fores portis imponere 8. 9.  
Fors quo tulerat 8. 19.  
Fortissima ligna C. 2. 2.  
Fortissimum oppidum A. 66.  
Fortuna parvis momentis ma-

- gnas rerum commutations In fuga sibi subsidium ponere  
 effecit C. 3. 68. 2. 11.  
 Fortunæ gratiam habere, quod Fugere conspectum cuius 7. 30.  
 C. 3. 73. Conventus hominum C. 1.  
 19. ex cæde 7. 38.  
 Fortunam eamdem experiri 2. Fugiens laboris C. 1. 69.  
 16. industria sublevare C. 3. Fundæ libriles 7. 81.  
 73. Fundere glandes Afr. 20.  
 Fortunas consumere 1. 12. Funditor 2. 7.  
 Frangitur animus 8. 53. Funditus ad internetionem Afr.  
 Fraternum nomen longe ab his 52. Deleri de prælio A. 27.  
 abest 1. 36. Funes distinent antennas 3. 14.  
 Fratres, consanguineique popu- Funesta laus H. 17.  
 li 2. 3. Funus facere cui H. 31.  
 Fraudare stipendum cuius C. Furore, atque amentia impelli  
 3. 59. 1. 40.  
 Frænati equi 8. 15. Fusilis glans 5. 43.  
 Frænatus equitatus Afr. 59.  
 Frequentare copias Afr. 20.  
 Frequentiam cui præstare 8.  
 50.  
 Frequentissimi conveniunt 4.  
 11.  
 Una fronte castra munire C. 1.  
 80.  
 Fructum percipere pro labore  
 7. 27.  
 Frumentariae provinciæ C. 3.  
 37.  
 Frumentaria navis C. 3. 96.  
 Frumentari 4. 12. et 8. 35.  
 Frumentatio 6. 39. et 7. 16.  
 Frumentatum profici sci Afr. 9.  
 Fugæ se mandare 1. 12. com-  
 mendare Afr. 34.  
 Fugam facere C. 2. 3. repri-  
 mere 3. 14.  
 In fugam conjicere 7. 62. et 3.  
 6. hostem dare 4. 26.  
 Ex fuga evadere 3. 19.  
 Fuga salutem petere C. 2. 42.  
 et 4. 14.
- In fuga sibi subsidium ponere  
 2. 11.  
 Fugere conspectum cuius 7. 30.  
 Conventus hominum C. 1.  
 19. ex cæde 7. 38.  
 Fugiens laboris C. 1. 69.  
 Fundæ libriles 7. 81.  
 Fundere glandes Afr. 20.  
 Funditor 2. 7.  
 Funditus ad internetionem Afr.  
 52. Deleri de prælio A. 27.  
 Funes distinent antennas 3. 14.  
 Funesta laus H. 17.  
 Funus facere cui H. 31.  
 Furore, atque amentia impelli  
 1. 40.  
 Fusilis glans 5. 43.
- G
- Gæsum, telum 3. 4.  
 Galeare milites Afr. 12.  
 Generatim copias constituere,  
 per genera not. 1. 51. di-  
 stribui in 7. 19. gratias age-  
 re C. 2. 21.  
 Genere amplissimo natus 4.  
 12.  
 Gerere factum H. 16. inimici-  
 tias cum C. 1. 3. præ se ani-  
 mum altum Afr. 10. quid in  
 colloquio 1. 46. rem gladiis  
 7. 88.  
 Glandes fundere Afr. 20. ex ar-  
 gilla 5. 43.  
 Glastum 5. 14. not.  
 Gleba sevi, ac picis 7. 25.  
 Gloriaris insolenter 1. 14.  
 Gradu certo accedere 8. 9.  
 De gradu dejici A. 54.  
 Græcis literis 1. 29. et 6.  
 14.

Satis grandis peditatus Afr. 18.  
 Grando saxea Afr. 47.  
 Gratiam plurimum , minimum  
   posse 1. 20.  
 Gratia valere C. 2. 44.  
 Gratiam referre pro C. 1. 23.  
 Gravatus pondere Afr. 47.  
 Gravioris ætatis homines 3. 16.  
 Graviter quid ferre 5. 4.  
 Gravius quid ei accidit ab il-  
   lo 1. 20.  
 Grex locupletum A. 49.  
 Grimus excellens natura H. 8.  
 Gubernator 3. 9.  
 Gustare leporem 5. 12.  
 Gymnasia A. 13.

## H

Habere quem pro hoste 1. 44.  
 Haberi peritissimum rei 1. 21.  
 Habetur accessus periculo H.  
   30.  
 Habitus magnæ auctorit. vir  
   7. 77.  
 Hæsitare 7. 19.  
 Hamus ferreus 7. 73.  
 Harpagones 7. 83. et C. 1. 57.  
   in herbis sunt frumenta C.  
   1. 48. in hiberna exercitum  
   deducere 1. 54.  
 In hibernis exercitum colloca-  
   care 3. 29.  
 Hibernis trinis hiemare 5. 33.  
 Hibridæ libertini Afr. 19.  
 Hiemare in provincia 2. 1.  
 Hippotoxotæ C. 3. 4. Afr. 19.  
 Homines Galli 2. 50.  
 Honestissime se recipere Afr.  
   31.  
 Honorifice appellare 8. 49.  
 Honoris causa 2. 15.

Horrea constituere C. 3. 42.  
 Hostili modo A. 59.  
 Hortatu cuius C. 3. 86.  
 Ex humili loco ad dignitatem  
   summam perduci 7. 39.  
 Multo humiliorem , infirmio-  
   remque facere quem 4. 3.  
 Humiliores opposit. potentio-  
   ribus 6. 21.  
 Humilis convallis H. 25. par-  
   vaque turris C. 2. 8.  
 Humilitas , tenuis potentia , 5.  
   27. animi C. 1. 15. navium  
   5. 1.

## I

Iacere aggerem C. 1. 25. et 2.  
   2. lapides in murum 2. 6.  
   moles in mare Afr. 26. tela  
   tormentis 8. 41.  
 Iactare rem, multa verba face-  
   re, 1. 18.  
 Iactis in mare molibus C. 2.  
   112.  
 Iacturæ , impedia , largitiones,  
   6. 11.  
 Iactura honoris C. 1. 9.  
 Iacturam facere, sumptus A. 49.  
 Iactus facere H. 9. ignis C. 2. 2.  
 Per Iactus ignem mittere H. 1.  
 Ictu pilorum transfixum scutum  
   1. 25.  
 Ictus graviter Afr. 19. vulnera  
   Afr. 84.  
 Idonea loca castellis A. 6r.  
 Id quod, quasi ἐκ παρεβόει 4.  
   29. et 7. 66. et 8. 10.  
 Ignarus, quid agatur 8. 43.  
 Ignaviter Afr. 81.  
 Ignobilis, atque humilis civitas  
   5. 28.

- Ignota peccata, *dimissa*, Afr. 31.  
 Illo adverb. C. 3. 78. et H. 4.  
 Ubi illuxit C. 1. 23.  
 Imæ radices montis 8. 40.  
 Imbecillitas animi 7. 77. materiæ C. 2. 15.  
 Immanis magnitudo 6. 15.  
 Immolare homines pro victimis 6. 16.  
 Immunitatem omnium rerum habere 6. 13.  
 Imperatus omnibus rebus C. 1. 30.  
 Impar prælum A. 29.  
 Impedimenta, et carri 4. 14.  
 Impedimenti loco esse C. 3. 17.  
 Impedire quem in jure suo 1. 36.  
 Impediri ad committendum H. 30. flumine 7. 35.  
 Impeditiores loci 3. 18.  
 Impeditis animis 5. 7.  
 Impeditissimæ silvæ 8. 18.  
 Impeditissima itinera C. 3. 75.  
 impeditos aggredi 1. 12.  
 Impeditus, atque iniquus locus 6. 7.  
 Imperare cui militum numerum 1. 7.  
 Imperata facere 2. 3.  
 Imperat fieri 5. 1.  
 Imperatorem prælio appellari C. 3. 71.  
 Imperatorias partes sibi sumere C. 3. 51.  
 Imperat hostem prævallari A. 19.  
 Ad imperatum non venire 6. 2.  
 Imperfectus pons 6. 34.  
 Imperia administrare, manda-re, 2. 22. perferrere 1. 17.  
 Imperia imperantes C. 3. 32.  
 novi generis C. 1. 85.  
 Imperiis novis studere 2. 1.  
 Cum imperio esse 6. 1.  
 Imperium civitatis obtainere 1.  
 3. totius belli 2. 4.  
 Imperitus rerum 1. 44. et 5.  
 27.  
 Impertrare a quo de salute 5.  
 36.  
 Impetum facere in quem 46. 4.  
 sustinere 8. 18.  
 Impetus maris apertus 3. 8.  
 ventorum sustinere 3. 13.  
 Implorare auxilium a quo 1. 31.  
 Imponere vulnus 8. 48. necessitatem 8. 49.  
 Importatitium frumentum Afr. 20.  
 Importunitatem cuius sedare Afr. 87.  
 Impositis conditionibus A. 65.  
 Impressionem facere in fines 8.  
 6. hostem Afr. 78.  
 De improviso celeriusque omniū opinione 2. 3.  
 Imprudentes naves Afr. 11.  
 Imprudentibus omnibus 8. 36.  
 Impugnare dignitatem cuius 8.  
 53.  
 Impulsi nuntiis 5. 26.  
 Impunitas diuturnior 1. 14.  
 Impunitate peccare Afr. 65.  
 Inædificare 8. 5. castra coroni 8. 9.  
 Inæquare terra C. 1. 27.  
 Incautus, atque imparatus 6.  
 29.  
 Incendia facere 5. 19.  
 Incendit res dolore A. 29.  
 Incensus calcaribus equus 8. 48.

- Incerta itinera 5. 37.  
 In incerto sunt omnia A. 16.  
 Incertus locorum Afr. 7.  
 Incessit dolor ex incommmodo  
     C. 3. 74. timor A. 7.  
 Si incidet bellum 2. 14.  
 Incidit terror exercitui C. 3.  
     13.  
 Incitat se naves in hostem C.  
     3. 14.  
 Incitare cogitationes cuius 8.  
     10. cursum 2. 26. lintres 7.  
     60.  
 Incitato equo 4. 12.  
 Incitat se vis aquæ 4. 17.  
 Inclinat se fortuna C. 1. 52.  
 Incolere agros 8. 7. ripas 2. 3.  
     trans flumen 1. 5.  
 Incommodum accipere 7. 29.  
     et A. 40. 42. et 43. naturæ A.  
     44.  
 Inconsultius procedere C. 1.  
     45.  
 Increbuit auster C. 3. 25.  
 Incredibilis auditu Afr. 4. 7.  
 Increpitare, atque incursum 2.  
     15. vocibus 2. 30.  
 Incumbere in bellum animo et  
     opibus 7. 76.  
 Incursus navium C. 1. 25.  
 Incursare quem vehementer 1.  
     40.  
 Indagine munitus campus 8.  
     18.  
 Per indicem certior factus, est  
     Afr. 65.  
 Indicio cuius contendere quo 6.  
     29.  
 Indicta causa interfici 7. 38.  
 Indignari de H. 18.  
 Indignissime 7. 38.  
 Indignitas rei 7. 56.  
 Indignitates, contumeliasque  
     perferre 2. 14.  
 Indilgentius quid servare 2. 33.  
 Inducere coria super C. 1. 10.  
     scuta pellibus 2. 33.  
 Induciis dies erat petitus 4. 12.  
 Inductus spe salutis 1. 27.  
 Induere galeas 2. 21. se stimu-  
     lis 7. 82. vallis 7. 73.  
 Indulgere præcipue civitati 7.  
     40.  
 Ineunte æstate 2. 2.  
 Infamia rei 7. 56.  
 Infamiam habent latrocinia 6.  
     23.  
 Infatuare quem verbis Afr. 16.  
 Infecta re redire 6. 11.  
 Inferior animo 3. 24.  
 Inferiores ætate, aut viribus 8.  
     14.  
 Inferre controversiam de C. 1.  
     86.  
 Calamitatem cui 2. 14. terro-  
     rem 8. 52.  
 Infesta itinera 3. 79. lancea 8.  
     48. signa 6. 7.  
 Infestare munitiones A. 3.  
 Injicere se vitro 8. 14.  
 Infidelitas 8. 23.  
 Infimæ radices montis C. 1. 42.  
 Infinita magnitudo 6. 9.  
 Infinitus equitatus Afr. 1.  
 Infirma civitas 7. 17. navis 4.  
     36.  
 Infirmitas populi 4. 5. virium  
     7. 26.  
 Inflammatus audacia Afr. 19.  
     spe, ibid.  
 Inflari re, superbire 8. 10.  
 Inflatuer, atque incitatur ani-

- mus 8. 12.  
 Inflatius adv. C. 3. 79. perscri-  
     bere C. 2. 17.  
 Inflatius pollicitationibus C. 3.  
     108.  
 Influit lacum flumen 1. 8.  
 Infra quid magnitudine esse 6.  
     27.  
 Infringere conatus cuius C. 2. 21.  
 Insulæ supplicum C. 2. 12.  
 Infundere sibi quid H. 33.  
 Ingeniosissimi homines A. 3.  
 Ingratus in referenda gratia C.  
     3. 1.  
 Ingrevescit annona C. 1. 52.  
 Ingredi in temp. Afr. 22. ser-  
     monem C. 3. 13. intra fines  
     2. 4.  
 Inibi Afr. 23.  
 Injectum cui studium 1. 46.  
 Injicitur cui alacritas, studium-  
     que 1. 46.  
 Inimicitias privatas habere cum  
     C. 3. 16.  
 Inimico in quem animo esse 1.  
     7. et 5. 44.  
 Iniqua pugna H. 5.  
 Iniquior locus 2. 10.  
 Iniquitas rerum 2. 22.  
 Inire consulatum C. 1. 5. nu-  
     merum 7. 76.  
 Initia æstate proxima 1. 35.  
     hieme 3. 7.  
 Initium capere a 1. 1. fit fugæ  
     a 1. 18. facit transeundi 2.  
     9. silvarum 3. 28.  
 Initio consilio 2. 33.  
 Injungere cui onus C. 2. 18. ex-  
     peditionem 8. 6. servitutem  
     7. 77.  
 Injuriam accipere a 2. 33.
- Injussu suo 1. 19. et 3. 89.  
 Innata cupiditas belli 1. 41. te-  
     meritas 7. 42.  
 Inopinans, et inscius 4. 4.  
 Inopinantes 7. 82.  
 Inopinatum malum C. 2. 12.  
 In primis vero A. 1.  
 Insciente quo 1. 19. et 5. 7.  
 Inscientia, levitasque vulgi 7.  
     43.  
 Inscitia locorum 3. 9.  
 Inscius, inopinansque 4. 4.  
 Inscius quid geratur 7. 77.  
 Insectatus ab hoste, passive  
     Afr. 71. ut Plaut. Cap. 3. 4.  
     insectabit.  
 Insequenti nocte 8. 23.  
 Insequi quem gladio 2. 23.  
 Inservire omnibus rebus, quo  
     8. 8.  
 Insidias collocare in 5. 32. dis-  
     ponere 8. 12.  
 Ex insidiis collocare 3. 20.  
 Insidiosa natio Afr. 10.  
 Insignia ducum 2. 21.  
 Insignis calamitas 1. 12.  
 Insimulatus proditionis 7. 20.  
 Insinuare se inter 4. 53.  
 Insistere in jugo 4. 33.  
 Insistit totus et mente, et ani-  
     mo in bellum 6. 5.  
 Insolens belli C. 2. 36.  
 Inspectante eo C. 2. 20.  
 Inspectantibus adversariis Afr.  
     76. nobis 7. 25.  
 Instabilem motum habere 4. 23.  
 Instaurare bellum A. 42.  
 Insternere vestimentis H. 33.  
 Instituto cujus facere 7. 24.  
 Instrumentum hibernorum 5.  
     31. militare 6. 39.

- Insuetus, *adsuetus* 4. 24.  
 Insueta corpora ad C. 1. 78.  
 Insuetus labor 7. 30. navigan-  
     di 5. 6.  
 In summa A. 71.  
 Insuper injicere C. 2. 9.  
 Integer a labore 3. 26.  
 Integere fossam cratibus 7. 73.  
     tentoria 8. 5.  
 Integerrima omnia sunt ad C.  
     1. 85.  
 Integris rebus 8. 32. viribus re-  
     pugnare 3. 4.  
 De integro pugnare H. 35.  
 In integrum restituere C. 3. 1.  
 Intempsa nox Afr. 47.  
 Intentare manus H. 22.  
 Intenti oculi, mentesque ad  
     3. 25.  
 Intercedere, *protestari* 8. 52.  
 Intercedunt silvæ 1. 39.  
 Intercepta epistola 5. 48.  
 Intercessio C. 1. 2. tribunitia  
     C. 1. 7.  
 Intercidere venas fontis 8. 43.  
 Intercipere H. 27.  
 Intercipi adventu 5. 39.  
 Intercisi colles vallibus A. 73.  
     spatio A. 73.  
 Intercisum jugum A. 8. 14.  
 Intercludere cui fugam 7. 11.  
     quem commeatu 1. 48. re  
         frumentaria 1. 23.  
 Interclusa itinera 3. 3.  
 Interclusus omni exitu 7. 44.  
 Interdicere cui aqua, et igni 6.  
     43. loco 1. 46.  
 Interdiu Afr. 91.  
 Interesse casibus belli A. 75.  
     quantopere 2. 5.  
 Interjecto brevi spatio 3. 4.
- Interjectum spatum Afr. 59.  
 Interjicere aliquos 7. 80.  
 Interitio centurionum H. 24.  
 Intermissa collibus planities 7.  
     70.  
 Intermissæ paribus spatiis tra-  
     bes 7. 23.  
 Intermissa paullum flamma 5.  
     43.  
 Non intermissa tempora ad la-  
     borem 5. 11.  
 Intermissis magistratibus 7. 33.  
 Intermisso brevi tempore 4.  
     34. vento 5. 8. uno die 7. 81.  
 Intermittere neque diem, ne-  
     que noctem 5. 38. tempus a  
     labore C. 1. 32.  
 Intermittit flumen 1. 38. hostis  
     2. 25.  
 Internetio exercitus 1. 13.  
 Ad internetionem funditus de-  
     lieri Afr. 52.  
 Gentem redigere 2. 28.  
 Internuntii C. 1. 20.  
 Interpellare dicentem C. 2. 3.  
     victoriam C. 3. 70.  
 Interponere fidem cui 5. 6. in  
     re omni A. 63.  
 Interposita causa 1. 42.  
 Interpretes quotidiani 19.  
 Interrumpere colloquium C. 1.  
     75. orationem C. 3. 19. pon-  
         tem 7. 19. et C. 1. 16.  
 Interscindere aggerem 7. 24.  
     pontem 2. 9.  
 Intersepire A. 6.  
 Intervallo pedum duorum 4. 17.  
     Interventu noctis 3. 15.  
 Intexere quid coriis 7. 22.  
 Intexta vimina 2. 33.  
 Intoleranda frigora 8. 4.

- Intolerantius adv. 7. 51.  
 Intorquere talum H. 38.  
 Intrinsecus adoriri aciem Afr. 17.  
 Introducere exemplum in rep. C. 1. 7. exercitum in 2. 10.  
 Introitus C. 1. 21. præclusi 5. 9.  
 Intromittere subsidio H. 34.  
 Introrsus pertinet silva 6. 9.  
 Introrumpere 5. 51.  
 Invenire ex quo, cognoscere 2. 16.  
 In versus 7. 8.  
 Inveterascit consuetudo 5. 41.  
     exercitus in 2. 1. miles C. 1. 44.  
 Inventerasse bello C. 3. 110.  
 Invicem in armis esse 4. 1. integrati succedunt defatigatis 7. 85. præliari 8. 19. re quiescere C. 3. 98.  
 Invisus, non visus, C. 2. 4.  
 Inultum pati quid 8. 48.  
 Invocare fidem cuius ibidem.  
 Involare ad A. 52.  
 Inutilis ad 4. 29.  
 Ire iter constitutum Afr. 6.  
 Inceptum Afr. 75. subsidio cui 7. 62.  
 Irridicule 1. 42.  
 Irrisi esse C. 2. 15.  
 Irrumpere oppidum C. 2. 27.  
 Istius ætatis cum esset Afr. 22.  
 Iter angustum, et difficile con vertere 1. 6. facile, et expeditum idem. Habere ad C. 1. 24. paucorum dierum 4. 7.  
 Ex itinere locum oppugnare 2. 6.  
 Itineribus maximis 1. 7.  
 Iuba equi 1. 48.  
 Iussit, ne an Cæsaris C. 3. 98.  
     not.  
 Iudicavissent sibi ipsi 7. 52.  
 Iudicium optimum de quo facere 1. 41. senatus servare 1. 45.  
 Iugulationem facere H. 16. et 22.  
 Iugum montis summum 1. 21.  
 Sub jugum mittere 1. 7.  
 Iugi collibus occupatis 7. 36.  
 In jugo consistere 6. 39.  
 Iumenta prava 4. 2.  
 Iunctura tignorum 4. 17.  
 Lungere equum equo 8. 48.  
 Jurare in verba C. 1. 76.  
 Iurejurando obstringere quem 1. 31.  
 Iuris sui civitas 8. 52.  
 In jus adire C. 1. 87.  
 Ius dicere 6. 22.  
 Ius jurandum inter se dare sanctissimum 7. 66.  
 Ius legatorum conservare 3. 16.  
 Ius suum exequi armis 1. 4.  
 Iusta altitudo 7. 23. funera conficere 6. 19. magnitudo ad Afr. 44.  
 Iustus timor 8. 48.

## L

- Labefacta magna parte muri C. 2. 22.  
 Labi spe 5. 55.  
 Laberetur plebs propter imprudentiam 5. 3.  
 Laborantibus subsidio mittens 1. 52.  
 Laborare ab re frumentaria 7. 10. animo, ut 7. 31. ex ære alieno C. 3. 22.

- Laborem sumere 4. 14.  
 Laboris summi esse 4. 2.  
 Labra cornuum 6. 27.  
 Labra summa distabant 7. 72.  
 Lacessere hostem 4. 34. prælio  
     1. 15. et C. 1. 42. et C. 1. 81.  
 Lacrymas tenere 1. 39.  
 Cum lacrymis multis comple-  
     cti quem 1. 20.  
 Lædere fidem 6. 7.  
 Languide, negligenterque Afr.  
     18.  
 Languidius versari in opere 7.  
     27.  
 Lanista Afr. 71.  
 Lapidare H. 22.  
 Lapilli minutii Afr. 27.  
 Capsana radix C. 3. 48. not.  
 Largiter posse apud quem 1.  
     18.  
 Laterculus C. 2. 9.  
 Ab latere aperto 4. 26.  
 Latere aperto adgredi 1. 25.  
 Lateritium C. 2. 9. murus C.  
     2. 15.  
 Lateritia turris C. 2. 11.  
 Lati sunt nuntii C. 3. 101.  
 Latitudo fossæ 2. 12.  
 Latius fama percrebuit C. 3. 79.  
     perscribere C. 2. 17.  
 Latissimum flumen 2. 27.  
 Iator C. 1. 5.  
 Latrociniis se alere 8. 47.  
 Laus bellica 6. 23.  
 Legatio communis 3. 8.  
 Legionem ad quem suscipe-  
     re 1. 3.  
 Legatos mittere de re 1. 27.  
     2. 2., et C. 1. 32.  
 Legitimum tempus C. 1. 32.  
 Legumina C. 3. 46.
- Lenis ventus 4. 18.  
 Lenitas fluminis 1. 12.  
 Leniter acclivis 2. 29. et 7. 19.  
     declivis 7. 83. consequi Afr.  
     12. iter facere Afr. 6.  
 Lentius agere A. 71.  
 Lenunculus navigium C. 2. 43.  
 Lenunculari, ibid. notis.  
 Lex, pactio, fædus 1. 3.  
 Libenti animo Afr. 33.  
 Libentissimo animo C. 1. 15.  
 Liber abire 7. 56.  
 Liberaliter oratione prosequi  
     2. 5.  
 Liberius, atque audacius dice-  
     re 1. 8.  
 Libertas vitæ 4. 1.  
 Libertatem eripere cui 1. 17.  
 Libertati natura studere 3. 10.  
 Ad libram quid facere C. 3. 40.  
 Libriles fundæ 7. 81.  
 Licentia nocturni temporis C.  
     1. 21.  
 Liceri contra 1. 18.  
 Lignari Afr. 31.  
 Lignatio 5. 39.  
 Lignatores 5. 26.  
 Lilium ex similitudine 7. 73.  
 Limosa aqua A. 5.  
 Linguae scientia 1. 47.  
 Lingula terræ, montis 3. 12.  
 Lini inopia 3. 13.  
 Linter 1. 53.  
 Lintribus, et scaphis C. 2. 28.  
 Liquescit aqua A. 5.  
 Litata est internectio H. 24.  
 Litem æstimare 5. 1.  
 Litore constituere naves 4. 23.  
 Literis confisos minus memo-  
     riæ studere 6. 14.  
 Loca completa multitudine 3. 3.

Locatum castellum in monte  
     Afr. 36.  
 Loci patentes 1. 10. frumentarii ibid.  
 In loco eo res est 2. 26.  
 Loco eodem quem habere, quo  
     1. 26. illustriore natus 6. 18.  
     quem pellere Afr. 9. summo  
     natus 5. 39.  
 Locum amicitiae apud quem te-  
     nere 1. 20. capere ex omni  
     prospectu A. 15. misericor-  
     diae relinquere C. 1. 84.  
 Locus opportunus, atque ido-  
     neus 2. 8.  
 Longe amplissimus 3. 8.  
 Non longe ex loco 5. 12.  
 Longe millia passuum xv. A.  
     7. 16.  
 Longinqua consuetudo 1. 47.  
     oppugnatio C. 3. 80.  
 Longinquæ nationis 7. 77.  
 Longinquitas temporis C. 1. 29.  
 In longiorem diem quid con-  
     ferre 1. 40.  
 Longurii 7. 84. et C. 3. 46.  
 Longuriis adfixum 3. 14.  
 Loqui ad hunc modum 2. 31.  
 Loricatus elephantus Afr. 72.  
 Loricula viminea 8. 9.  
 Prima luce 1. 22.  
 Sub lucem 7. 61.  
 Luciferare maleficium H. 36.  
 Luctuosa peraicies H. 17.  
 Ludus, locus gladiatorum, C.  
     1. 14.  
 Luminibus jam accensis Afr.  
     56.  
 Luna nova 1. 50. plena 4. 29.  
 Lunata castra Afr. 80.  
 Lustrare exercitum. 8. 52.

M

Maceriam transcendere 7. 70.  
 Machinationes instituere 2. 30.  
     tantæ altitudinis 2. 31.  
 Magistratus creator annuus 1.  
     16.  
 Magistratu summo præesse 1.  
     16.  
 Magnificentia 8. 51.  
 Magnitudo aquæ C. 1. 40.  
 Non magnopere servare ordi-  
     nes C. 1. 44.  
 Majores natu 2. 13.  
 Malacia, atque tranquillitas 3.  
     15.  
 Maleficium C. 1. 22.  
 Sine maleficio ullo iter facere  
     1. 7. transire 1. 9.  
 Male haberi C. 1. 81. vagari  
     Afr. 21.  
 Mali navium 3. 14.  
 Malis commissis turrium 7. 22.  
 Malleolis A. 14.  
 Mandare cui magistratum C.  
     3. 59.  
 Mandata dare Afr. 2.  
 In mandatis cui quid dare 1.  
     43.  
 Cum mandatis mittere 1. 35.  
 A mane diei Afr. 41.  
 Primo mane Afr. 62.  
 Manere ad exercitum 5. 53.  
 Manatur 5. 31.  
 Manipulares C. 3. 53.  
 Manipulos laxare 2. 25.  
 Manipulos militum 6. 35.  
 Mansuefieri 6. 27.  
 Manubalistæ 7. 25. not.  
 Manufactus tumultus A. 72.  
 Manumittere servitia Afr. 88.  
 manus dare cui, cedere 5. 31.

- Per manus tractus 6. 37.  
 Manus tendere ad 2. 13.  
 Mare conclusum 3. 9.  
 Mare Oceanus 3. 7.  
 Mari uti 3. 8.  
 Maritimæ res 4. 23.  
 Marte pari prælium inire 8.  
     19.  
 Matara, tellum 1. 26.  
 Materia, trabes 4. 18. et C. 2.  
     11. 3. 29.  
 Materiari 7. 73.  
 Materies arida 7. 24.  
 In matrimonium filiam cui dare 1. 3.  
 Maturæ hiemes 4. 29.  
 Maturare proficiisci 1. 7. face.  
     re 2. 5.  
 Maturessere frumenta incipi-  
     ent 6. 28.  
 A maturitate multum abesse C.  
     1. 48.  
 Maturime rebus occurrere 1.  
     33.  
 Mederi inopiaz 5. 24.  
 Ad medium noctem 5. 31.  
 De medio quem tollere H. 1.  
 Mediterraneæ regiones 5. 12.  
 Memoriae studere 6. 14.  
 Paullo supra memoriam hanc  
     6. 18.  
 Memoriam injuriarum depone-  
     re 1. 14.  
 Memoriam prodere 1. 13.  
 Memoria cuius sollicitus 8. 34.  
 Mens resistens ad calamitates  
     3. 19.  
 Mensuræ certæ ex aqua 5. 13.  
     itinerum 6. 24.  
 Mente alienata 6. 40.  
 Mente, atque animo C. 1. 21.
- Mercari victum Afr. 62.  
 Merces habitationis annua C.  
     3. 21.  
 Meridiano tempore C. 3. 75.  
 Metatis castris 8. 15.  
 Metiri frumentum militibus 1.  
     16.  
 Ad milliarium octavum H. 23.  
 Quam minimum spatii 3. 19.  
 Minus 11. passum millia 2. 7.  
 Minuta prælia Afr. 29.  
 Minutatim Afr. 31. cedere Afr.  
     78.  
 Mirifica corpora Afr. 40.  
 Mirificum, et optandum tempus  
     H. 29.  
 Miserari fortunam 7. 1. mor-  
     tem suam C. 2. 41. pericu-  
     lum 1. 39.  
 In misericordia consistere C. 1.  
     85.  
 Miserrima rei memoria 8. 34.  
 Missi sunt facti H. 12.  
 Missum quem facere Afr. 54.  
 Missionis præmium ferre C. 1.  
     86.  
 Misso senatu ad vesperum C.  
     1. 3.  
 Missu Cæsaris 5. 27.  
 Missus telorum H. 17.  
 Mitissime appellare quem 7. 43.  
 Mittere frumentatum 4. 31.  
     lapillos contra Afr. 37. lega-  
     tos 8. 4. rogatum auxilium  
     1. 11.  
 Signa timoris dare C. 1. 71.  
     tela Afr. 71. 38.  
 Mitti oratio ex ore alterius  
     videtur C. 1. 2.  
 Mobilis in consiliis capiendis  
     4. 5.

- Mobilitas animi, et levitas 2.  
1. equitum 4. 33.
- Mobiliter, celeriterque 3. 10.  
et A. 17.
- Moderari, ac flectere equos 4.  
33. rem 8. 52.
- Moderatus insequi 8. 12.
- Modum certum agri habere 6.  
21.
- In modum coronæ Afr. 70.
- Ad modum hunc factæ naves  
3. 13.
- Moles adæquata mœnibus 3. 12.
- Molimentum 1. 34.
- Molita cibaria 1. 5.
- Molire clivum 7. 46.
- Mollis mens 3. 19.
- Mollities animi 7. 20. et C.  
77.
- Momenta parva C. 1. 21. et  
C. 3. 68.
- Momento levi æstimare quid  
7. 39.
- Momentum magnum adferre  
ad C. 1. 51.
- Momentum magnum in utram-  
que partem habere C. 3. 70.
- Mons impendebat 1. 6.
- Montibus contineri 3. 1.
- Montosa loca C. 1. 66. et C.  
3. 42.
- Mora diei illata C. 3. 75. in-  
terposisa ibid.
- Morentur auxilia 7. 78.
- Morari, atque impedire iter cu-  
jus 7. 40. dextram cujus 5.  
44. paulisper apud 1. 7. quem  
a spe C. 2. 39.
- Moratur circumdare 8. 24.
- Non moratur dolorem suum,  
quia A. 55.
- Moratur id redditum C. 3. 82.
- Mortem sibi consciscere 1. 4.
- Mortiferum vulnus 8. 23.
- Ad motum fortunæ se movere  
C. 2. 37.
- Motus regionis 5. 5.
- Movere castra Afr. 6. quem lo-  
co C. 3. 74. se loco 3. 15.
- Mulio 7. 45.
- Ad multam noctem 1. 26.
- Multa nocte 3. 26.
- Multctare agris 7. 54.
- Multitudinem tantum posse 2.  
8.
- Multo die 1. 22.
- Munera amplissima mittere 1.  
43.
- Munimenta instar muri 2. 17.
- Munitissima manu castra 5. 57.
- Munitum manu oppidum 3. 23.
- Munus militiæ sustinere 6. 17.
- Muralia pila 5. 40.
- Muralis falx 3. 14.
- Ex muro quid petere 2. 13.
- Musculi, machina 7. 84. et 2.  
10.
- Mutilus cornibus 6. 26.
- Mutuari auxilia a quo ad 8. 21.  
pecuniam C. 3. 60.
- Mutuas pecunias sumere a C.  
39.
- Pro mutuo C. 3. 32.
- Myoparo, navis A. 46.

## N

- Nardus H. 33.
- Nascitur initium belli 8. 6. col-  
lis pari acclivitate 2. 18.
- Nata a timore profectio 7. 43.
- Natus amplissimo genere 4. 12.  
imperio 7. 37.

- Natum est victoriæ initium A.  
76.  
Natus murus 6. 9.  
Ad naturale, ac domesticum bo-  
num A. 12.  
Naturalis tumulus A. 72.  
Naturaliter innata alacritas C.  
3. 92.  
Navalia castra 5. 22.  
Naves præparatæ ad incendium  
C. 3. 101.  
Navibus transire flumen 4. 17.  
Navicula 1. 53. et C. 2. 3.  
Navigatio impedita 3. 9.  
Navigiolum parvum Afr. 63.  
Navigium minus C. 3. 28.  
Navis e portu profecta 3. 14.  
ornatissima ibid. paratissi-  
ma ibid.  
Nausea confectus C. 3. 28.  
Nauticarum rerum scientia 3. 8.  
Nebula crassissima H. 6.  
Ad necem duci Afr. 28.  
Necessarii, et consanguinei po-  
puli 1. 11.  
Ad necessitatem constituta æ-  
dificia 8. 5.  
Necessitates 7. 89. privatæ C.  
1. 8.  
Necessitudines regni, amici-  
tiæ C. 3. 106.  
Necubi 7. 35. negotiandi cau-  
sa consistere. 7. 42.  
Negotium cui dare, ut 2. 2.  
Ad neminem unum, nemini so-  
li C. 3. 18.  
Neque multum abfuit, quin C.  
2. 33.  
Nequidquam implorare C. 1. 1.  
quærere fugam 8. 19.  
Neu, perturbarentur 2. 21.
- Nihil aliud, nisi Afr. 69.  
Nihilo secius 4. 17.  
Nimbus ingens exortus est Afr.  
47.  
Niti ad faciendum quid 7. 63.  
contra quem C. 2. 37.  
Nix altissima 7. 8. produxit ex  
montibus C. 1. 48.  
Nobilis fama 7. 77.  
Nobilitas omnis 1. 31.  
Nobilitatem virtutis, et gene-  
ris habere summam 8. 45.  
habet locus A. 72.  
De media nocte 7. 45.  
Nocte multa 3. 26. et 7. 28.  
De nocte proficisci C. 1. 51.  
Nocte media 2. 7.  
Noctis tempus H. 12.  
Nocturna concilia 5. 53.  
Nomen capere ex 1. 13.  
Nominatim conspectus 1. 29.  
quos appellare 2. 25.  
Nomine obsidum 3. 40. prædæ  
8. 4. suo quem odisse 1. 18.  
Non aliter jam sentire, quin  
7. 44.  
Non nemo Afr. 3.  
Notare ignominia C. 3. 74. ar-  
mis, cohibere C. 1. 7.  
Notitiam feminæ habere 6. 21.  
Novis rebus studere 1. 9.  
Novissimum agmen 1. 15.  
Novus homo Afr. 57.  
Nudare naves militibus A. 11.  
Nudata castra 2. 23.  
Nudata pars defensoribus 3. 4.  
Nudo corpore pugnare 1. 25.  
Numerare pecuniam, sölvere  
Afr. 64.  
Numero additur numerabili-  
bus 1. 1. et 2. 4. et C. 3. 53.

- hostium quem habere 6. 6.  
 Numerum inire 7. 76.  
 Numerus frumenti 8. 38. et Afr.  
     8.  
 Nutcupatis votis C. 1. 6.  
 Nuptum collocare 1. 18.  
 Nutricius C. 3. 108. et 112.
- O
- Obærati 1. 4.  
 Obcæcatus metu, ac terrore  
     Afr. 40.  
 Obducere fossam 2. 8.  
 Objectare quid cui C. 3. 48.  
 Objectatio C. 3. 60.  
 Objectu plutei C. 2. 15.  
 Objicere auribus hominum H.  
     30.  
 Obire omnia per se 5. 33.  
 Obligare vulnus Afr. 88.  
 Obliquum iter C. 1. 70.  
 Obsequentia, obsequium 7. 29.  
 Obsessio 7. 36.  
 Obsessus omnibus rebus C. 1. 84.  
 Obsidere vias 5. 40.  
 Obsidibus civitatem firmare 8.  
     27.  
 Obsidione premere hostem 7.  
     32.  
 Obsistere C. 7. 29.  
 Obstinate 5. 6.  
 Obstringere quem jurejurando  
     1. 31. beneficio 1. 9.  
 Obtectus armis C. 3. 19.  
 Obtemperare imperio cuius 4.  
     21.  
 Obvenire cui 2. 23.  
 Obviām contra venire 7. 38.  
     procedere 8. 51.  
 Occasio temporis C. 3. 79.  
 Occasionēm querere C. 2. 14.
- Occulte constituere inter se 7.  
     83.  
 Occultare se inter 7. 38.  
 Occultissime C. 3. 67.  
 Ex occulto insidiari 6. 33.  
 In occulto quæri 1. 32.  
 In occultum se abdere 7. 30.  
 Occultus locus 5. 32.  
 Occupatum animum habere in  
     A. 15.  
 Occurrere bello 4. 6. subsidio  
     Afr. 18.  
 Occusare gladio 5. 4.  
 Ad Oceanum versus 6. 32.  
 Oceanum mare C. 3. 7. vastis-  
     mo, et apertissimo Oceano  
     3. 9.  
 Ab octavis ordinibus C. 3. 53.  
 Octoni ordines 7. 73.  
 Sub oculis acceptum detrimen-  
     tum C. 1. 71.  
 Sub oculis omnium dimicare 5.  
     16.  
 Oculis judicare 1. 12.  
 Offendere pedem H. 23.  
 Offensio animi 1. 19.  
 Offerre se hostibus 4. 12. ultro  
     morti 7. 77.  
 Officere iter Afr. 61. prospe-  
     ctui A. 52.  
 Officinae armorum C. 1. 34.  
 Officinas ferrarias instruere  
     Afr. 20.  
 In officio continere 3. 11.  
 Ab officio discedere 1. 40.  
 Officium quotidianum itineris  
     C. 1. 80.  
 Olivetum arboribus condensum  
     Afr. 50.  
 Oneraria navis 4. 22.  
 Onus injungere 8. 6.

- Onusta remigum triremis Afr. 69.  
 In opere esse 8. 24.  
 Opere munitus locus 5. 9.  
 Operosa machinatio A. 9.  
 Operose 8. proœm.  
 Opima coena H. 35.  
 Opinione celerius 2. 3.  
 Propter opinionem virtutis 2. 8.  
 Opinionem habere virtutis 7. 83.  
     virtutis capere 8. 8. rei per-  
     ferre ad 2. 35. timoris præ-  
     bere 3. 17.  
 Oppidum Uxitæ Afr. 58.  
 Oppidanus 2. 7.  
 Opplere lapidibus A. 19.  
 Opportunissimus, ac fructuo-  
     sissimus locus 1. 30.  
 Opportunitas datur 3. 17.  
 Opportunitatem summam ha-  
     bet ad 7. 23.  
 Opportunitates loci 3. 12.  
 Oppressus luce 8. 14.  
 Oppugnare impetu 2. 6.  
 Oppugnationis scientia 7. 29.  
 Si quid opus est facto 1. 42.  
 Ora maritima 3. 8.  
 Orare precibus 7. 78. et Afr. 91.  
 In orbem consistere 5. 33.  
 Orbem facere 4. 37. et A. 40.  
 In orbem se recipere A. 49.  
 Ordinatim sequi Afr. 12. strue-  
     re C. 2. 10.  
 Ordinem ducere apud quem, C. 3.  
     104. in ordines ampliores. C.  
     1. 77. inferiores legionum 6.  
     39. militiae octavi C. 3. 53.  
     primi 5. 44. et 6. 6.  
 Oriuntur Belgæ, habitare inci-  
     piunt 1. 1.  
 Oritur silva 6. 24.  
 Ostentare se inani simulatione  
     7. 15. ostiaria pecunia C. 3.  
     31. P  
 Pabulari 5. 17. et 3. 65.  
 Pabulatio 7. 16.  
 Pabulatores 5. 17. C. 1. 40. et  
     80.  
 Pabulum consumere 7. 18.  
 De pace ad quem venire 2. 6.  
 Pacem redimere datis obsidi-  
     bus 1. 37.  
 Per pactiones C. 3. 19.  
 Pactiones interponere A. 71.  
 Paludatus C. 1. 6.  
 Palus non magna 2. 9.  
 Palustris locus 7. 20.  
 Panicum, frumentum C. 2. 22.  
 Parare arma contra 8. 55. bel-  
     lum 8. 2.  
 Fugam 7. 61. se ad casum 7.  
     41. sibi fuga salutem Afr. 85.  
 Parat exspectare 7. 71.  
 Paratissimus animus 8. 42.  
 Paratus ad pericula subeundz  
     1. 5.  
 Paratus animo 7. 19. decertare  
     1. 44.  
 Parce, et paullatim metiri fru-  
     mentum 7. 71.  
 Parcendo longius toleratur A.  
     71. parentare cui 7. 15.  
 Parere sibi salutem per C. 3.  
     99. fuga Afr. 50.  
 Partiri exercitum 3. 10. inter-  
     se officia C. 1. 38.  
 Partitis temporibus 7. 24.  
 Partito exercitu 6. 32.  
 Parvula causa C. 3. 72. procli-  
     vitæ Afr. 37. prælia 5. 10. et  
     2. 30.

- Ab parvulis studere labori 6.  
     20.  
 Parvulum detrimentum 5. 52.  
 Passim fugere 4. 14.  
 Passis manibus petere 2. 13.  
     implorare 1. 51. obtestari 7.  
     47.  
 Palmis petere C. 3. 98.  
 Passus capillus 7. 48.  
 Patefacere iter per 3. 1.  
 Patentioribus locis 7. 28.  
 Patere in latitudinem 1. 2. et  
     2. 7.  
 Patet latitudo 6. 23. planities  
     in 7. 69. silva in longitudi-  
     nem 6. 29.  
 Patienter ferre 7. 77. et C. 1.  
     85.  
 Patres familie C. 2. 44.  
 Patrocinari loco H. 29.  
 Pavimentum C. 5. 105.  
 Paulatim proceditur C. 1. 80.  
 Paullulum frumenti C. 1. 78.  
 Paullum abfuit, quin C. 2. 35.  
 Paullum modo 4. 25.  
 Peccare cuius nomine A. 50.  
 Peccare in quo 1. 47.  
 Peccatorum conscientia Afr.  
     28.  
 Pecuniaria res C. 3. 59.  
 Pedale lignum C. 2. 2.  
 Pedalis trabs 3. 13.  
 Pedem referre 4. 25.  
 Pede presso appropinquare H.  
     29.  
 Pedestre prælium 4. 24. H. 15.  
 Pedestria itinera 3. 9.  
 Pedibus præliari 4. 2.  
 Peditatus 5. 38.  
 Pelagus petere remis H. 40.  
 Sub pellibus contineri 3. 29.  
     hiemare C. 3. 13.  
 Pellibus scuta inducere 2. 33.  
 Pendere pœnas 6. 8.  
 Penes quem sunt amissa C. 1.  
     87.  
 Pensionibus pecuniam solvere  
     A. 90.  
 Penteris, *navis* A. 47.  
 Per ætatem, *propter* 2. 16.  
 Peracto consulatu C. 1. 11.  
 Peragitatus a quo C. 1. 80.  
 Percitus ira Afr. 46.  
 Percrebuit fama per C. 3. 43.  
 Percurrere conventus omnes 8.  
     46.  
 Per temonem 4. 35.  
 Percunctatio 5. 13.  
 Percutere caput gladio 8. 23.  
     foedera A. 44. securi H. 21.  
 Percuti gladio brachium Afr.  
     85.  
 Perditi homines 3. 17.  
 Perdolere C. 2. 15.  
 Perducitur res disputatione ad  
     medianam noctem 5. 31.  
 Perendino die 5. 32.  
 Perennis fons 8. 43.  
 Perequitare per 7. 66.  
 Perfacile factu 1. 3. et. 7. 64.  
 Perficere bellum C. 2. 13. cur-  
     sum C. 2. 3.  
 Per fidem quem circumvenire  
     1. 46.  
 Perforare triremem A. 25.  
 Perfringere hostium phalan-  
     gem 1. 25.  
 Perfuga 1. 22.  
 Perfugere ad quem 1. 27.  
 Pergere ad castra 3. 18. iter  
     coëptum Afr. 69.  
 Periclitari quid 2. 8.

- Periclitatur vita 6. 33.  
 A periculo abesse 2. 11.  
 In periculo versari 2. 26.  
 Periculum facere fortunæ 8.  
     34. præstare C. 3. 17.  
 Perimpeditus locus Afr. 58.  
 Periti regionum C. 1. 17.  
 Peritissimus rei militaris 1. 21.  
 Peritus scientia mirabilis Afr. 31.  
 Perlui in flumine 6. 20.  
 Permistos cum 7. 62.  
 Permittere se in quem, *irruere* 8. 48. tela longius 8. 9.  
 Permoveri animo 7. 53.  
 Permulcere cujus animum 4. 6.  
 Ad perpendicularm dirigere 4.  
     17.  
 Perperam pervenire H. 12.  
 Perpetuæ paludes 6. 5. silvæ ib.  
     trabes 7. 23.  
 Persequi bello quem 1. 13. in-  
     jurias suas 7. 28.  
     mortem cujus 7. 38.  
 Perseverare cursum Afr. 18.  
 Perspeculari de vallo Afr. 31.  
 Perstare in sententia 7. 26. et  
     Afr. 91.  
 Pertentare vadum A. 17.  
 Pertinaciter 8. 41.  
 Pertinent ad summas Alpes  
     *pertingunt* 3. 1.  
 Pertinet silva a flumine ad 5. 3.  
 Pertingere a loco ad C. 3. 68.  
 Pertractare bestiam manibus  
     Afr. 74.  
 Perturbari animo 2. 21.  
 Pervulgare C. 2. 19. et A. 72.  
 Pestilentia conflictari C. 2. 2.  
     consumpsit multos C. 3. 87.  
 Petere, ac deprecari quid 2. 31.  
     auxilium 8. 4.
- Petitio sacerdotii 8. 50.  
 Petulantia Afr. 54.  
 Phalangæ, ligna rotunda C. 2.  
     10.  
 Pila conjicere in hostes 1. 52.  
     jacere in 6. 7.  
 Pilum mittere in hostes 5. 44.  
 Pinnae 5. 40.  
 Piscatoriæ naves C. 2. 4.  
 Placide, leniterque procedere  
     Afr. 70. progreedi 6. 7.  
 Placiria C. 1. 43. not. et H. 7.  
 Planities adjecta 3. 1.  
 Plebes, ac multitudo A. 5.  
 Plene perfectæ munitiones 3. 3.  
 Plenissimæ viæ C. 2. 25.  
 Plenissima legio 3. 2.  
 Plenus spei, atque animi C. 2. 5.  
 Plumbum album 5. 12.  
 Plutei, machinæ C. 2. 9. et C.  
     1. 25.  
 Plutei turrium, *tabulæ* 7. 25.  
 Pœnam sibi contrahere 8. 22.  
 Pœna sequitur damnatum, ut  
     1. 4.  
 Pœnas a quo repetere 1. 30.  
     persolvere 1. 12.  
 Pœnit, quod C. 2. 32.  
 Pollere plurimum in C. 1. 4.  
 Pollicitationibus magnis cui  
     persuadere 3. 18.  
 Pondere adfigere 6. 27.  
 Et pondo argenti xx. millia C.  
     2. 18.  
 Ponere arma 4. 37. castra pro  
     oppido 7. 36 insidias. H. 40.  
     salutis auxilium in re 5. 48.  
 Pons erat in flumine 2. 5.  
 Pontem interscindere 2. 9.  
 Pontes consternere 8. 9.  
 Pontones C. 3. 29.

- Porrecta loca 2. 19.  
 Porrigere aciem Afr. 17.  
 Portibus ratis 3. 12.  
 Portoria 1. 18. et A. 13.  
 Posita contra regiones provin-  
   cia 3. 9. sub septemtrionibus  
   1. 16.  
 Positum certame in 3. 14.  
 Positus est vicus in valle 3. 1.  
 Positum munitum oppidum A.  
   72.  
 Posse largiter apud quem 1.  
   18. nihil equitatu 2. 17. quid  
     virtute 2. 8.  
 Possessionibus expellere 6. 21.  
 Post castra quæ erant 2. 5.  
 Posteritatis rationem habere  
   C. 1. 13.  
 Posterum diēm constituere 3.  
   23.  
 Post montem se occultare 7.  
   83.  
 Postulationes 1. 15.  
 Potentatus 1. 31.  
 Potentiam cujus diminuere 1.  
   18.  
 In potestatem habere C. 1. 25.  
 Potestatem pugnandi facere  
   cui 1. 50. sui facere 1. 40. et  
   H. 24. vitæ, necisque in quem  
     habere 1. 16. et 6. 18.  
 Pотiorem vita rem habere C.  
   1. 9.  
 Potiri Galliæ 1. 3. hostium A.  
   18. imperio 1. 2. præda 8. 5.  
     victoria 3. 24.  
 Præacutæ falces 3. 14. trabes 2.  
   29.  
 Præaltum jugum Afr. 37.  
 Præbita facultas 8. proœm.  
 Præcavere sibi, ne 1. 38.  
 Præcedere virtute quem 1. 1.  
 Præceps locus 8. 42.  
 Præcidere manus cui 8. 44.  
 Præcipere animo quid, anteca-  
   pere coloniis C. 3. 87. trium-  
     phi lætitiam 8. 51. opinio-  
      ne 7. 9.  
 Præcipitare muro C. 2. 11. se  
   in flumen 4. 15.  
 Præcipitat hiems C. 3. 25.  
 Præcipitem quem mittere de  
   H. 15.  
 Præcipites se fugæ mandabant  
   2. 24.  
 Præcisis manibus H. 12.  
 Præclarissime re gesta A. 30.  
 Præcludere portas C. 2. 19.  
 Præcurrere ante C. 2. 34. ce-  
   leritate 7. 9.  
 Præcurrit fama Afr. 87.  
 Præditus diligentia Afr. 22.  
 Præducere 7. 69. fossas viis C.  
   1. 27.  
 Præfecturæ oppida, a coloniis,  
   et munipiis opposita C. 1.  
   15. not.  
 Præferre se cui 2. 27.  
 Præfixi cuspidibus asseres C.  
   2. 2.  
 Præfulgens H. 25.  
 Præjudicia belli Africi C. 2. 32.  
 Prælium facere H. 23.  
 Præmeruere cui 7. 49.  
 Præmunire C. 3. 58.  
 Prænuntiare adventus cujus A.  
   92.  
 Præoccupare iter C. 3. 13. vias  
   7. 26.  
 Præoccupat timor animos 6.  
   46.  
 Præoptant emittere 1. 25.

- Præpedire mentes timore H. 3.      Präustus 5. 40.  
 Præpendere C. 2. 9.      Precibus detestari, *imprecatione* 6. 30.  
 Præpilata pila Afr. 72.      Precibus omnibus petere, ut  
 Præponere hibernis quem 1.      5. 6.  
     54.  
 Prærumpuntur funes falcibus      Prehensiones, *machinae co-*  
     3. 14.      *bleares* C. 2. 9.  
 Præruptæ ripæ 6. 6.      Prima luce 1. 22.  
 Præruptissima saxa 8. 32.      Primi civitatis 2. 3.  
 Præruptus descensus 8. 40.      Primipilus 2. 25.  
 Præscriptione honesta, *prætex-*      Primum pilum ducere 5. 35. et  
     tu 3. 32.      6. 31.  
 Præscripto cujus facere quid      Primum tum etiam accedebat  
     C. 1. 87.      3. 2.  
 Ad præscriptum alterius 1. 35.      Princeps consilii 2. 14. pri-  
 Præsectis crinibus C. 3. 9.      mus 2. 12. et Afr. 83. prior  
 Præsensisse 5. 43.      centurio C. 3. 64. sceleris 8.  
 Præsentí animo loqui Afr. 46.      38.  
     se interimere Afr. 88.  
 præsentissimo animo pugnare      Principatum obtainere 1. 17.  
     A. 40.  
 Præsentire, et animo provide-      Principatu dejici 7. 63.  
     re 7. 30.  
 Præsepire aditus C. 1. 27.  
 Præsepto aditu 7. 77.  
 Præsidia deducere 2. 33.  
 Præsidium literarum 9. 13.  
 Præsidium parare saluti H. 39.  
     sibi capere fuga H. 38.  
 Præstare auctoritate inter 2.  
     15. gratiam parem in Afr. 40.  
 Præstolari adventu cujus C.      23.  
 Præter castra proficisci Afr.  
     68.  
 Prætermittere diem 4. 13.  
 Prætextati, pueri A. 58.  
 Prætoria cohors C. 1. 75.  
 Prætorium C. 1. 76.  
 Prævallare pontem A. 19.  
 Prævertere rei 7. 33.
- Präustus 5. 40.  
      Precibus detestari, *imprecatione* 6. 30.  
      Precibus omnibus petere, ut  
     5. 6.  
      Prehensiones, *machinae co-*  
     *bleares* C. 2. 9.  
      Prima luce 1. 22.  
      Primi civitatis 2. 3.  
      Primipilus 2. 25.  
      Primum pilum ducere 5. 35. et  
     6. 31.  
      Primum tum etiam accedebat  
     3. 2.  
      Princeps consilii 2. 14. pri-  
     mus 2. 12. et Afr. 83. prior  
     centurio C. 3. 64. sceleris 8.  
     38.  
      Principatum obtainere 1. 17.  
      Principatu dejici 7. 63.  
      Principes primi fugiunt Afr. 83.  
      Privatim a quo petere de 5. 3.  
      Plus posse, quam 1. 17.  
      Privatus ager, ac seperatus 4. 1.  
      Pro iuguo C. 3. 32.  
      Pro id est tamquam, ut pro  
     perfuga 3. 18. pro arbitrio  
     C. 3. 109.  
      Pro castris copias constituere  
     1. 51.  
      Pro oppido castra 7. 36.  
      Pro portis esse in statione 4. 32.  
      Pro suggestu pronuntiare 6. 3.  
      Proboscide erecta Afr. 84.  
      Pro viso quid renuntiare 1. 22.  
      Quantum processerunt opera  
     C. 1. 81.  
      Procedit opus C. 1. 82.  
      Processum nullum habet virtus  
     A. 29.  
      Processus particip. progressus

- Afr. 75.  
**P**roclinatam rem adjuvare 7. 42.  
 Proclivia omnia sunt iis Afr. 10.  
 Proclivitas parvula Afr. 37.  
 Procumbere cui ad pedes 7. 15.  
 Procumbunt frumenta imbris  
6. 42.  
**I**n procuratione regni esse C.  
3. 104. et 108.  
 Prodere memoriam. 1. 13.  
 Proditio oppidi C. 3. 21.  
 Producere copias pro castris 1.  
48. rem in hiemem 4. 30.  
vitam aliqua re Afr. 24.  
 Producitur res C. 1. 83.  
 Præliari armis C. 3. 74. con-  
tra 8. 28.  
 Prælia secunda facere 3. 1.  
 Prælio facto C. 3. 111.  
 Prælium adversum 1. 18. face-  
re 1. 13. restituere 1. 53.  
 Profectio, iter 1. 3. et C. 6. 4.  
 Profectum nequidquam est quo  
minus 3. 4.  
 Profectus ad iter C. 2. 69.  
 Profere in conspectu 7. 48.  
munitiones C. 1. 8.  
 Proficere celeritate 5. 28. ni-  
hil in 7. 20. plus 7. 82.  
 Proficitur nihil his rebus 3. 21.  
parum ad 7. 66.  
 Profiteri se adjutorem ad rem  
5. 38.  
 Profundere gaudio lacrymas A.  
24.  
 Profudit se multitudo C. 3. 93.  
 Prognatus A. 6.  
 Prohibere portu C. 1. 31. itine-  
re 1. 30. senatu C. 3. 23. a  
contumeliis C. 1. 23. vim ho-  
stium A. 1. 11. quo minus 8.  
34.
- Prohiberi egressu C. 1. 84.  
 Projectus, ac proditus a C. 1. 30.  
 Projicere lacrymas A. 24. se ad  
pedes 1. 27. se ex navi 4. 25.  
virtutem patriam 2. 15.  
 Prolatio diei C. 3. 32.  
 Proloqui verba Afr. 35.  
 Ex promerito suo Afr. 90.  
 Promiscue 6. 20.  
 Promissus capillus 5. 24.  
 Promontoria eminentia C. 2. 23.  
 Promovere castra 1. 48. in la-  
titudinem Afr. 14. machi-  
nations 2. 31.  
 Pronuntiato signo 8. 15.  
 Propinqua dies 4. 36.  
 Propinquitas hostium 2. 20.  
 Propinquitates silvarum 6. 10.  
 Propinquitatibus, affinitatibus-  
que conjuncti. 2. 4.  
 Propius locum movere castra  
7. 18. et 20. quem accedere  
ibidem.  
 Proponere edictum C. 3. 102.  
 Propositam sibi spem habere  
H. 22.  
 Propositorum tenere C. 1. 83.  
 Propter castra prætergredi  
Afr. 73.  
 Propripare se portis foras C. 2.  
12. sese subito C. 1. 80.  
 Prorumpebat fons 8. 41.  
 Proruptæ munitiones 3. 26.  
 Prosequi oratione 2. 5. voci-  
bus C. 1. 69.  
 Prospectum adimere 7. 81.  
 Prospetus impeditur 2. 22.  
 Prospicere rei frumentariæ 1.  
23.  
 Protegere scutis 5. 44.  
 Proterere hostem in fuga 8. 48.

- Provenerat frumentum angustius 5. 24.  
 Proventus felicitas, *felix evenitus*, C. 2. 38.  
 In provinciam redigere I. 45.  
 Provisa re frumentaria 2. 2.  
 Provisum est ab eo, ne 7. 20.  
     et 3. 3.  
 Provocare ad jus C. 1. 3.  
 Provolare subito 2. 19.  
 Proxime ab vallo H. 15.  
 Proximum dignitati suæ ducebatur 8. 24.  
 Proximus mare, *ad mare* 3.  
     7. not.  
 Publicani in sorte C. 3. 32.  
 Puer ætate C. 3. 103.  
 A pueris exercitati A. 12.  
 Pugnæ rationem insistere 3. 14.  
 Pugnare inter se præliis Afr. 29.  
 Pulsus remorum 3. 13.  
 Punctum temporis C. 2. 14. et Afr. 16.  
 Pupium altitudo 3. 14.  
 Purgare se 4. 13.  
 Purgatus cui 1. 28.  
 Purissimi campi Afr. 19.  
 Puteos facere Afr. 51. fodere  
     A. 9.  
 Pyra H. 33.  
 Pyram constituere Afr. 91.
- Q
- Quadrageni pedes 7. 23.  
 Quadratum agmen 8. 8. saxum  
     A. 2.  
 Quæstionem habere de quo 6.  
     18.  
 Questionis est res 6. 4.  
 Quæstorius vir Afr. 34.  
 Quæstui habere C. 3. 60.
- Quæstus pecunia 6. 16.  
 Quam ad causam C. 3. 88.  
 Quam documque fors obtulerat  
     A. 22.  
 Post diem iv. quam 4. 28.  
 Quaternæ cohortes C. 1. 83.  
 Quater tantus Afr. 19.  
 Queri gravius, quod I. 16.  
 Querimonia, et miseratio C.  
     1. 85.  
 Quietissime se recipere C. 3.  
     46.  
 Quieto, et æquo animo ferre  
     C. 1. 85.  
 In quicuntem dispositi ordines  
     7. 73.  
 Quin post deterrere 2. 3.  
 Quinqueremis Afr. 63.  
 Id quod erat suspicatus 4. 32.  
 Quod nisi, quod redundante,  
     ut in quod si, I. 44. quod si  
     (in principio) I. 40. et 15.  
     et C. 45.  
 Quoquo versus 3. 23. et 7. 4.  
     dimittere C. 1. 36.
- R
- Radices collis 7. 69. montis 8.  
     40. et C. 1. 42.  
 Rapidissimum flumen C. 1. 50.  
 Rapiditas fluminis 4. 7. et C.  
     1. 62.  
 Raptare legiones huc atque illic Afr. 73.  
 Raptim, atque turbate agere C.  
     1. 5.  
 Rari propugnabant 5. 9.  
 Pro rata parte C. 1. 17.  
 Ratione, ac consilio vincere 1.  
     40.  
 Ea ratione fecit, quod I. 28.

- In ratione quantum est 8. 6.  
 Rebello facta 3. 10. et 4. 39.  
 Recens prælum 4. 13.  
 Recentes succedebant defatigatis 5. 16.  
 Recentioribus viribus equites Afr. 78.  
 Receptaculum C. 2. 8. et Afr. 9.  
 In receptu H. 25.  
 Receptu sibi consulere C. 3. 69.  
 Receptui canere 7. 47. et Afr. 40. timere C. 3. 69.  
 Receptum habere ad 6. 8. et C. 1. 1. expeditum 4. 33.  
 Receptus fugitivis substantiv. C. 3. 110.  
 Recessum dare cui 5. 43.  
 Recidit casus ad 7. 1.  
 Recipere se fuga 1. 11. ex timore. 4. 34.  
 Recipit casus rem C. 1. 78.  
 Recipere quem domum hospitio C. 2. 20. se ex pavore 2. 12. honestissime Afr. 31. in 3. 6.  
 Recipi tecto 7. 66.  
 Reciproci pronominis neglectio Afr. 79.  
 Reclinatus paullum modo 6. 26.  
 Recondita templi C. 3. 105.  
 Recreare se a timore A. 27.  
 Recta regione 7. 46.  
 Recto itinere contendere ad C. 1. 69.  
 Recurrere ad conditiones C. 2. 16.  
 Recusare de stipendio 1. 44.  
 Periculum pro 7. 19. quo minus 1. 31.  
 Redacti in castra H. 15.  
 Reddere cui jus 6. 12. judicia in quem C. 2. 18.  
 Redemptio sacramenti A. 56.  
 Redimere parvo pretio 1. 18. voluntate cuius largitione C. 1. 39.  
 Redintegrare animum 2. 25. copias 7. 31. prælum 1. 25. et Afr. 18. redintegratur spes 7. 25.  
 Redit ad arbitrium ejus summa rerum 6. 10.  
 Reditum habere in locum 8. 24.  
 Reditur cominus ad manus Afr. 18.  
 Reditus in amicitiam patet 8. 3.  
 Referrentur naves eo 4. 28.  
 Reficere exercitum ex labore, atque inopia 7. 32. equos C. 2. 42. naves 4. 29. quem quiete a labore 8. 1. sese ex labore 3. 5. et 7. 83.  
 Refringere vim fluminis 7. 56.  
 Refugere instantes Afr. 69.  
 E regione turris 7. 25.  
 Regnum civitates deferre cui 5. 6.  
 Regredi retro Afr. 50.  
 Regulæ quadratae C. 2. 10.  
 Rejectæ tempestate naves 5. 5.  
 Rejicere equitatum 1. 24. hostem in oppidum 2. 33.  
 Relanguescant animi 2. 15.  
 Cum relativo repetitur nomen ipsum, ut: erant omnino itinera duo, quibus itineribus, 1. 6. et cætera ultra eum locum, quo in loco, 49. et clamor oriretur, quo clamore 5. 53.

- Religione mendacii obstrictus C. 1. 11.  
 Religiones sibi fingere ex loco, omnia mala, 6. 36.  
 Religionibus deditus 7. 16. impediti 5. 6.  
 Relinquere sibi tempus ad 5. 40.  
 Relinqui tempus munitioni voluit 5. 9.  
 Nihil reliqui sibi fecerunt ad celeritatem 2. 26.  
 Si quos reliquos fecisset fortuna 8. 24.  
 Remedia dare malis C. 1. 81.  
 Remigrare in suos vicos 4. 4.  
 Remis incitare navigium 3. 14.  
 Remissiora frigora 5. 12.  
 Remissior ventus C. 3. 26.  
 Remissus, ac languidus animus C. 1. 21.  
 Remissus animo Afr. 1. C. 2. 14.  
 Remittere cui 7. 20. de celeritate 5. 49. memoriam 6. 13.  
 Remittitur virtus 2. 15.  
 Remollescunt homines 4. 2.  
 Remors detergere C. 1. 58.  
 Removere se a prospectu Afr. 62.  
 Remulco abstrahere navem C. 2. 23. ducere A. 11. C. 2. 23.  
 Remunerari præmio quem 1. 44.  
 Rhenones, animal 6. 19.  
 Rhenonum tegumenta 6. 21.  
 Rursus renovare animos Afr. 18.  
 Renovare bellum C. 3. 102. consilia 8. 3.  
 Renovato cursu Afr. 14.  
 Repelli a spe 5. 42.  
 Reperire, inquirendo cognoscere 1. 18.  
 Reperit ab aliis secreto, cognoscit 1. 18.  
 Replere exercitum frumento 7. 56.  
 Reportari navibus 4. 29.  
 Reposcere a quo rationem 5. 30.  
 Representare quid 1. 40. not.  
 Reprimere hostem oppido H. 16. vim hostium H. 12.  
 Repudiare gratiam 1. 40.  
 Repugnat unum rebus, quod 1. 19.  
 Repulsa dolor C. 1. 4.  
 Requirere a quo de H. 32.  
 Rescindere pontem 1. 7.  
 Rescribere ad equum 1. 42.  
 Reservare quid ad extremum consilium 3. 3.  
 Residet memoria virtutis in consilio 7. 77.  
 Resident mentes a bello 6. 64.  
 Resina H. 33. not.  
 Res occasionis, non prælii 7. 45.  
 Resplicere post terga Afr. 80.  
 Restagnat lacus C. 2. 24.  
 Restinguere 7. 24.  
 Restituere oppida 1. 28. prælium 1. 53. et 7. 87. quem in antiquum locum gratiæ, atque honoris 1. 18.  
 Retardare impetum Afr. 68.  
 Retinere ægre, quin C. 2. 15.  
 Non retineri, quin 1. 47.  
 Retorquere agmen C. 1. 69.  
 Retro regredi Afr. 50.

- Revellere scuta manibus 1. 52.  
 Reversus, particip. 6. 41.  
 Reversus est H. 18.  
 Revertuntur 7. 5. *Sic veteres libri, recentiores male revertunt.*  
 Revincere introrsus 7. 23.  
 Revinctus in contrariam partem 4. 17.  
 Revocare quem a labore 3. 17.  
 Rheda 1. 51.  
 Ripe altissimæ 2. 27.  
 Ex robore factæ naves 3. 13.  
 Ros nocturnus C. 3. 15.  
 Rostratæ naves C. 3. 101.  
 Rubis, sentibusque interjectis efficere, ut 2. 17.  
 Rudere teguntur aëdes A. 1.  
 Ruina turris concidit C. 2. 11.  
 Ruinis quid dejicere A. 1.  
 Rumores adferuntur ad quem 2. 1.  
 Rumoribus incertis servire 4. 5.  
**S**  
 Sacerdotium, auguratur 8. 50.  
 Sacerdotii petirio ibid.  
 Sacramenti redemptio A. 56.  
 Sacramento dicere C. 1. 86.  
     rogare 6. 1.  
 Sacramentum dicere *apud quem* C. 1. 23.  
 Sacrosanctus magistratus H. 42.  
 Sæpe, et sæpius H. ibid.  
 Sæpenumero 1. 33.  
 Saginatus cæde Afr. 46.  
 Sagulum 5. 42. purpureum Afr. 47.  
 Salinæ C. 2. 37.  
 Salinarum stagnum Afr. 80.  
 In salo naves flant Afr. 62.  
 Salo, nauseaque confectus 3. 28.  
 Salubritas locorum 8. 52.  
 Salutationem facere Afr. 85.  
 Ad salutem contendere 3. 3.  
 Salutis auxilium ponere in quo 5. 48.  
 Sanare consolatione timentes animos 8. 38. *[incommode] commodis* 7. 29. mentem cuius C. 1. 35.  
 Sanciri jurejurando, ac fide 7. 2.  
 Sanctius ærarium C. 1. 14.  
 Sanctum inviolatumque nomen 3. 9.  
 Sanctum legibus, *sancitum* 6. 19.  
 Sanctum quem habere, *inviolabilem* 6. 22.  
 Sanitas, *mentis* 1. 42.  
 Ad sanitatem perducere 8. 22.  
     et Afr. 4. reverti 1. 42. revocare A. 24.  
 Pro sano nihil facere 5. 7.  
 Sarcinæ militum 7. 18.  
 Sarcinaria jumenta C. 1. 81.  
 Sub sarcinis exercitum adorari 2. 17.  
 Sarcire detrimentum C. 3. 67.  
     infamiam C. 3. 74.  
 Sarmenta 3. 18.  
 Sata manu C. 3. 44.  
 Satis est causæ, quare 1. 19.  
 Satisfacere de injuriis 5. 2.  
 Satis habere, sequente infinito 5. 15. profectum ad utilitatem arbitratus 4. 19.  
 Sauciare quem plagis A. 52.  
 Saxa magni ponderis 2. 29.

- Scalæ admotis C. 3. 63.  
 Scandere manu vallum 5. 51.  
 Scandalæ 8. 42.  
 Scaphæ A. 17. Antonianæ C.  
     3. 24.  
 Scienter A. 17.  
 Scientia lingua 1. 47.  
 Scientiam summam rei habere  
     3. 23.  
 Scientius adverb. 7. 21.  
 Scindere vallum 3. 5. et 5. 51.  
     not.  
 Scopulis contineri 3. 13.  
 Scorpio machina bellica 7. 25.  
 Scrobes fodere 7. 73.  
 Scutati milites C. 1. 39.  
 Scutisque tegmenta 2. 21.  
 Scutulæ, phalangæ C. 3. 40.  
 Secessio populi C. 1. 7.  
 Nihilo secius 4. 17. et C. 3.  
     26.  
 Secreto colloqui cum quo C. 1.  
     19. agere de 1. 31.  
 Sectionem vendere 2. 33.  
 Secturæ ærariæ 3. 21.  
 Secunda in quem voluntas C.  
     2. 20.  
 Secundis rebus, et fortuna A.  
     43.  
 Secundiores res 1. 14.  
 Secundius prælium 2. 9.  
 Secundissimum prælium 7. 62.  
     et A. 11.  
 Secundum flumen. 2. 18.  
 Securibus subjecta, *Romanis*  
     parere 7. 77.  
 Seditiosa cuius natura A. 58.  
     oratio 1. 17.  
 Seditiosissima oratio Afr. 28.  
 Semel atque iterum 1. 31.  
 Sementes facere 1. 33.  
 Semestre imperium C. 1. 9.  
 Semifacta porta Afr. 83.  
 Semihora Afr. 38.  
 Semotus locus a C. 1. 84.  
 In sententiam eamdem loqui  
     C. 1. 1.  
 Sentinæ vitiis conflictari C. 3.  
     28.  
 Sentire de re ex 5. 32.  
 Senum pedum crassitudo C. 2.  
     15.  
 Seorsum positis castris Afr. 48.  
 Separatim dicere 1. 19.  
 Ad septentriones vergere 1. 1.  
 In septentriones spectare 1. 1.  
 Sepultura quem afficere Afr.  
     88.  
 Sequi quid admittere H. 30.  
 Serenitas diei, solisque H. 29.  
 Serissime adverb. C. 3. 75.  
 Sermone cuius nota res 8. pro-  
     œm.  
 Serpit latius ignis C. 3. 101.  
 Servare ordines rectis lineis 7.  
     23.  
 In servilem modum 6. 18.  
 Serviles tumultus 1. 40.  
 Servire auribus cuius C. 2. 27.  
     bello 7. 34. necessitatí tem-  
     poris A. 13.  
 Servitia agere A. 73.  
 Sesquipedalis 4. 17.  
 Sestertium cum adverb. C. 2.  
     18. sexages C. 1. 23.  
 Severitas imperii 7. 4.  
 Sevocare quem 5. 6.  
 Sexages sestertium C. 1. 23.  
 Sexies seni dies C. 3. 20.  
 Siccitas paludis 4. 38.  
 Siccitates 5. 24.  
 Sigillatim 3. 2. et 5. 4.  
     Tt 2

- Signa concinnunt C. 3. 92.  
 Signatæ literæ Afr. 4. tabellæ  
     Afr. 3.  
 Signifera 2. 25.  
 Significare voce 2. 13.  
 Significatio fit adventus 6. 28.  
 Significationem ignibus facere  
     2. 33.  
 Signum, *tessera* 2. 20.  
 Signo felicitatis dato Afr. 83.  
 Sileat, *verbum facere* H. 3.  
 Silentio audiri a quo C. 3. 19.  
     egredi 7. 11. et 7. 18. noctis  
     7. 26. et 7. 36.  
 Silva oritur 6. 24. flectit se ibi-  
     dem.  
 Silvestris collis 2. 18.  
 Simul, simulac C. 1. 30.  
 Simulatio itineris 6. 7.  
 Simultates summæ 5. 44.  
 Sincere pronuntiare 7. 20.  
 Singularis, *separatus* 4. 26.  
 Sub sinistra 5. 8.  
 Sinistrorsus 6. 24.  
 Si qua ex parte 7. 28.  
 Si quando quid Pompejus face-  
     ret C. 3. 82.  
 Situs oppidorum 3. 12.  
 Socletas consiliorum 8. 3.  
 Solis occasum 1. 50.  
 Sub solis occasum 2. 11.  
 Ad solis occasum jam esset  
     Afr. 70.  
 In solitudinem se abdere 4.  
     18.  
 Solitudines circum se habere  
     6. 22.  
 Sollicitare quem, ut 3. 8.  
 Sollicitari a quo 2. 1. metu, ac  
     tristitia Afr. 10.  
 Sollicitatus a quo pecunia 7. 37.  
 Solvere a terra C. 3. 101. naves  
     5. 8.  
 Solvit tertia vigilia, *incipit*  
     *navigare* 4. 23.  
 Solvum agri 1. 11.  
 Soror ex matre 1. 18.  
 Sors incommodi 8. 1. mali in-  
     cidit illi 8. 12.  
 Sortes, et vaticinationes 1. 50.  
 Sortibus de quo consulere 1.  
     53.  
 Nihil spatii cui dare ad 4. 13.  
 Spatio, ac tempore dato 8. 31.  
     æquo abesse a 1. 43. inter-  
     cluso H. 23.  
 A spatio magno instituere quid  
     2. 30.  
 Spatium annum C. 3. 3. conva-  
     lescendi dare Afr. 25. diei  
     2. 11. itineris longum C. 1.  
     24. magnum abesse 2. 17.  
     magnum confidere 3. 29. non  
     fuit tali tempore ad 7. 40.  
 Relinquere ad 7. 42. tridui 4.  
     11.  
 Specaria C. 3. 53.  
 Ad speciem re uti 1. 51.  
 Speciem theatri efficit Afr. 37.  
 Species nova, atque inusitata  
     2. 31.  
 Speciosa causa A. 49.  
 Speciosissime instruere Afr. 48.  
 Spectare in septentriones 1. 1.  
 Speculari eventum 8. 23.  
 Speculator 2. 11.  
 Speculatores, apparitoresque  
     Afr. 37.  
 Speculatoria navigia 4. 26.  
 Spe dejectus 1. 8.  
 A spe repellit 5. 42.  
 Spem inferre 2. 25.

- In spem magnam venire, fore 1.  
 42. summam venire rei obti-  
 nendæ 1. 18.
- Spes consistit in 2. 33. disces-  
 sit ei 2. 7. extrema salutis  
 2. 27. fecellit eum de 2. 10.  
 major proponitur C. 3. 49.
- Spiritus plur. *superbia* 1. 33.  
 accedit cui C. 1. 72. magnos  
 sibi sumere 2. 4.
- Sua sponte reperire A. 3.
- Stabilitas pedum 4. 33.
- Stant naves in salo Afr. 62.
- Stationes equitum 2. 18.
- Stativa castra C. 3. 30.
- Stare per eum, quominus C.  
 1. 41. et C. 2. 13.
- Statuere de quo 1. 19. gravius  
 in quem 1. 20.
- Statumina navium C. 1. 54.
- Statura alitur 6. 20.
- Staturæ tantulæ homines 2. 30.
- Ad statutum diem C. 2. 19.
- Stili cæci Afr. 31.
- Stimulis se inducere 7. 82.
- Stipendiariæ civitates 1. 30.
- Stipendiarii Æduorum 7. 10.
- Stipendiarios fieri 1. 36.
- Stipendiario liberatus, *tributo*  
 5. 27.
- Stipendio octavo functa legio  
 8. 8.
- Stipendum deponere 1. 44. im-  
 ponere victis ibid.
- Stirpem sceleratorum hominum  
 interficere 6. 33.
- Stirps civitatis tollitur 6. 33.
- Storix, *tegumenta* C. 2. 9.
- Stramenta 7. 45.
- Stramentitiae casæ H. 16.
- Stramentis tectæ casæ 5. 43.
- Strepitus rotarum 4. 33.
- Stricta folia ex arboribus C. 3.  
 18.
- Studere prædæ 7. 28.
- studio multitudinis impelli ad  
 7. 20.
- Studiose interficere feras 6. 27.
- Studiosissime permanere in la-  
 bore 8. 4.
- Studium cui accedit re 2. 7.
- Stupa C. 3. 101.
- Subactus inopia 7. 77.
- Subcoactus, gewalcht C. 3. 44.
- Sub discessum 8. 49.
- Sub ditione cuius esse A. 66.
- Subdola oratio 7. 31.
- Subducere naves C. 3. 23. vela  
 A. 45. se clam Afr. 93.
- Subductiones navium 5. 1.
- Subest hiems 3. 27. nox C. 3.  
 97.
- Subjicere navigationem hiemi  
 4. 36.
- Subire conditionem pacis 7. 78.  
 crimen 8. procem. deditio-  
 nem C. 1. 81. iniquum locum  
 2. 27. in locum A. 74.
- Subita, et repentina consilia  
 3. 8.
- Sublati prælio, *superbi* 1. 15.
- Sublatus victoria 5. 38.
- Sublicæ 4. 17.
- Sublicis in terram dimissis C.  
 3. 49.
- Sub lucem 7. 83.
- Subluit flumen montem C. 3.  
 97. radices collis 7. 69.
- Subministrare auxilia Afr. 19.  
 defatigatis integros Afr. 78.  
 frumentum 1. 40.
- Submissa oratio C. 3. 19.

- Submissior calamitate 8. 31.  
 Submittere auxilia Afr. 78. co-  
     pias auxilio 7. 81. subsidia  
     cui 4. 26.  
 Submotis hostibus 6. 31.  
 Submovere quem longius 6. 10.  
 Subaubila nox C. 3. 54.  
 Subruere arbores a radicibus 6.  
     26. murum 2. 6.  
 Subruta turris C. 2. 12.  
 Subrutos tenebris, aquaque Afr.  
     47.  
 Subsequi cum legionibus 2. 11.  
     quem 4. 26.  
 Subsidere in loco 6. 35.  
 Subsidit aqua A. 5.  
 Subsidiari 8. 13.  
 Subsidiaria acies Afr. 59.  
 Subsidiariæ cohortes C. 1. 83.  
     naves A. 14.  
 Subsidio ducere 2. 8. ire Afr.  
     15.  
 Subsidium mittere 2. 9. inopiaz  
     C. 1. 48. ponere sibi in re  
     2. 11.  
 Ad subsidium venire H. 31.  
 Subsistere in loco C. 1. 79.  
 Substructiones operis C. 2. 25.  
 Subtrahere agerem cuniculis  
     7. 22.  
 Subvectiones duræ 7. 10.  
 Subvehere quid flumine navi-  
     bus 1. 16.  
 Succedere portis 2. 6.  
 Succedit tempus melius C. 3.  
     49.  
 Succensa est turris 5. 43.  
 Succidere arbores 5. 9. frumen-  
     ta 4. 19.  
 Succumbere labori 7. 86.  
 Sudibus acutis munitus 5. 18.  
 Suffodere equos 4. 12.  
 Suffragari consilio C. 1. 61.  
 Suffragii rem permettere 7.  
     63.  
 De suggestu dicere Afr. 54.  
 Pro suggestu pronuntiare 6. 3.  
 Sumere oppidi partem ad obsi-  
     dendum 8. 37 sibi actorita-  
     tem 2. 4. supplicium de 6. 43.  
 Summæ copiæ 5. 17.  
 Summa belli 1. 41. exercitus 6.  
     33. et C. 1. 67. rerum 1. 29.  
     victoriæ 7. 11. et C. 1. 28.  
 Summam belli ad quem defer-  
     re 2. 4.  
 Ab summo præacutus 7. 73.  
 Sumptuosa funera 6. 18.  
 Suopte consilio A. 23.  
 Superare promontorium Afr.  
     62. vita 6. 18.  
 Superat sententia 5. 31.  
 Supercilium excelsum, eminen-  
     tia loci Afr. 53.  
 Superior equitatu 7. 65.  
 Superiora loca 3. 14.  
 Superiores numero 8. 12. pu-  
     gna 7. 80.  
 Supersedere prælio 2. 8. pugnæ  
     Afr. 75.  
 Quoad suppeteret vita Afr. 92.  
 Suppetias ire Afr. 39. occurre-  
     re suis Afr. 66. proficisci cui  
     Afr. 25.  
 Suppetit copia frumenti 1. 3.  
     pabuli 1. 16.  
 Supplementum adducere ex 7. 7.  
 Supplicatio xv. dies decreta est  
     2. 35. xx. dierum indicitur  
     7. 90.  
 Suppliciter loqui 1. 27. et C. 3.  
     19.

- Supplicium sumere de 1. 31.  
 Supprimere iter C. 1. 66.  
 Suspensiōe animo Afr. 48.  
 Suspicari certo Afr. 3.  
 Suspicatur, fore id, quod acci-  
     dit, ut C. 1. 40.  
 Suspicio interposita 4. 32. non  
     abest, quin 1. 4.  
 Sustentare impetum H. 17. op-  
     pidum, defendere 2. 6.  
 Sustentatur ægre dies 5. 39.  
 Sustinent agri conmeatum 2. 9.  
 Sustinere se diutius 2. 6.
- T
- Tabernacula statui C. 1. 81.  
 Tabulæ literis Græcis conte-  
     ctæ 1. 29. novæ C. 3. 21.  
 iv. tabulatorum turris 6. 28.  
 Tædio confectus A. 23.  
 Talea 7. 73.  
 Tantulæ staturæ homines 2.  
     30.  
 Tantularum rerum occupatio-  
     nes 4. 22.  
 Tantulum spatium 7. 19.  
 Tatūdēm patet, quantum 7.  
     72.  
 Tardare ab accessu H. 38. au-  
     xilia 6. 28. celeritatem inse-  
     quendi 8. 14. quem ad inse-  
     quendum 7. 26.  
 Tardari ad fugiendum H. 39.  
     frigore 7. 24.  
 Taxo se exanimare 6. 30.  
 Tegere quem a conspectu cu-  
     jus 8. 15.  
 Tegmenta scutorum 2. 21.  
 Tela conjicere in quem 1. 16.  
 A temeritate remota consilia  
     8. 8.
- Temo 4. 33.  
 Temperare ab injuria 1. 7. a  
     maleficio, ibid.  
 Non temperare sibi, quin 1. 33.  
 Temperatoria loca 5. 12.  
 Tempestates secutæ sunt 4. 3.  
 Tempestatibus naves detinen-  
     tur 3. 12.  
 In tempore Afr. 3.  
 Tempore omni 2. 14.  
 De tempore facere H. 33.  
 Tempus anni 1. 54.  
 In tempus reliquum 3. 16.  
 Tempus tam necessarium 1. 16.  
 Tendere, tentoria figere 6. 36.  
 Tendere ante signa Afr. 17.  
     cui manus 7. 48. sub yallum  
     6. 36.  
 Tenent cursum equites 4. 26.  
     naves 4. 28.  
 Tenere propositum C. 1. 83.  
 Non tenere se A. 11.  
 Teneri vento, quominus 4. 22.  
 Tenetur mons a 1. 22.  
 Tentare fortunam 7. 64. loca  
     prærupta ex adscensu 7. 86.  
     opera 7. 73.  
 Tentoriolum Afr. 47.  
 Tenuissima valetudo 5. 40..  
 Tenuiter 3. 13.  
 Teretes stipites 7. 73.  
 Terga vertere 1. 53. et 3. 19.  
 Tergiversatio Afr. 8.  
 Terrestres copiæ C. 3. 10.  
 Terreus tumulus 1. 43.  
 Territate 5. 54. metu 5. 6.  
 Terror incidit cui C. 3. 13.  
 Mentem capit A. 18.  
 Testamenta obsignare 1. 39.  
 Testatior poena 8. 44. virtus  
     8. 42.

- Testudinem facere. 2. 6.  
 Teter odor C. 3. 49.  
 Tetrarchæ C. 3. 3. et A. 78.  
     tigna transversa C. 2. 9.  
     transversaria C. 2. 15.  
 Timere de quo Afr. 11. loco  
     cuidam 7. 44. nihil de 3. 3.  
     rebus 4. 16. receptui C. 3.  
     69. sibi Afr. 25.  
 In timorem pervenire C. 1. 61.  
 Timor exercitum occupat 1.  
     39. mentes, animosque per-  
         turbat ibid. ortus est a 1. 39.  
 Tirocinium exercitus Afr. 31.  
 Tiro gladiator Afr. 71.  
 Tolerare longius parcendo 7.  
     71. vitam re 7. 77.  
 Tollere clamorem 7. 81. et 6. 7.  
 Tormenta bellica 2. 8.  
 Tormentis excruciatum interfici-  
     cere 6. 18.  
 Torri flamma 5. 43.  
 Totæ copiæ A. 76.  
 Tractare conditiones C. 3. 28.  
 Tragula, telum 1. 26. transji-  
     citur femur 5. 35.  
 Trahi mente, atque animo in  
     partem C. 1. 21.  
 Trajectus, locus ubi trajicitur,  
     fretum A. 56.  
 Transcendere in 3. 15. valles  
     C. 1. 68.  
 Transcurrentes remi C. 1. 58.  
 Tradere arma ex 2. 13. cui le-  
     giones 5. 25. quid juvenuti  
     6. 13. se 8. 43. se hostibus  
     7. 77.  
 Tradit initia operum Miner-  
     va 6. 16.  
 Traditur summa imperii 7.  
     57.  
 Transducere copias flumen 1.  
     12.  
 Transferre concilium 6. 3.  
 Transgredi flumen 2. 19.  
 Transiectus brevissimus in 4.  
     21. commodissimus in 5. 2.  
 Transjicere femur lancea 8. 48.  
     gladio A. 52. se, interficere  
     Afr. 88. se ad quem, transzi-  
     re C. 3. 112.  
 Transilire ad hostem H. 19.  
 Transit in alia senatus 8. 53.  
     tempus C. 3. 25.  
 Transitur flumen vado 7. 55.  
 Transmarina auxilia A. 3.  
 Transmarinæ res 6. 23.  
 Transmissus trajectus 5. 2.  
 Trasnare flumen A. 29. et 1. 53.  
 Transrhenani 4. 16.  
 Transtra 3. 13.  
 Transversa fossa 2. 8. et C. 1. 27.  
 Transversum vallum contra  
     mare C. 3. 63.  
 Trepidantius, timidiusque agere  
     quid C. 1. 19.  
 Trepidatio rei subita A. 75.  
 Trepidatus 6. 36.  
 Tribuere cui vitam H. 19. vir-  
     tuti suæ, quod 1. 13.  
 Tributa pendere 6. 13.  
 Trichilæ C. 3. 96. not.  
 Triclinia strata 8. 51. et C. 3.  
     96.  
 Trinunt præsidium Afr. 80.  
 Tripartito adire 6. 6. distri-  
     buere H. 40 divisus 7. 67.  
 Triquetra insula 5. 13.  
 Trucidare oppida Afr. 26.  
 Trunci arborum 4. 17.  
 Tueri mare ab hostibus Afr. 8.  
 Tum demum 1. 50.

- Tumultuari, tumultum fieri, Vaticinatio 1. 50.  
7. 61. Vectibus promovere saxa C. 2.
- Tumultuarii milites A. 34.
- Tumultuosius pervagari 7. 45.
- Tumulus manu factus A. 72. I.I.
- naturalis, ibid.
- Turbida tempestate C. 2. 22.
- Turbulentissimus homo C. 1. 5.
- Turmæ equitum 4. 33.
- Turmatiū 8. 18. et C. 3. 39.
- Turpitudinem delere 1. 27.
- Turres agere 3. 21. excitari 8. 9.
- Turris ambulatoria A. 2. 11.
- gnea C. 3. 9. tanti oneris 2. 30.
- Turriti elephanti Afr. 30.
- Tutari inopiam C. 1. 52.
- Tutum reddere a quo 2. 5.
- Tutus ab hostibus 2. 5.

## V

- Vacant agri 4. 3.
- Vacatio militiae 6. 13.
- Vacuum relinquere locum 7. 25.
- Vacuus a defensoribus 2. 12.
- Vada angusto transitu A. 14.
- Vadis fluminis perrumpere 1. 9.
- In vadis navis consistit 3. 13.
- Vado flumen transitur 1. 6.
- Vadosum mare C. 1. 25.
- Vadum fluminis 5. 58.
- Vadimonia teneri A. 49.
- Vagari late 1. 2.
- Valere bene exercitu A. 50.
- Valet auctoritas cuius apud 1.
- 17.
- Vallis in altitudinem de præda 8. 9.
- Vallum cæcum C. 1. 28. manu scindere 5. 51.
- Vassa conclamare C. 66.
- Vastare fines civibus 8. 24.
- Vectigalemi quem habere 3. 8.
- Vectigalem sibi facere populum 4. 3.
- Vectigales regis Afr. 8.
- Vectorium navigium 5. 8.
- Vectura frumenti C. 3. 42.
- Vehemens fuga 8. 48.
- Vehementissimus cursus 8. 15.
- Velis reguntur navis onera 3. 13.
- Velocitate mirabili prædictus Afr. 69.
- Velocitatis summæ homo 8. 36.
- Venæ fontis 8. 43.
- In venationibus esse 4. 1.
- Vendere sub corona 3. 36.
- Venditionem indicere Afr. 90.
- Dum veniatur ad C. 1. 87.
- Venire alicui in amicitiam 6.
5. in deditio[n]em 3. 99.
- Venisse postulatum 1. 31.
- Venit res ad contentionem H. 5.
- Ventitare 4. 3. ad quem 5. 27.
- Vento se dare 3. 13.
- Quo ventus fert 3. 15.
- Ventus sœvire cœpit 3. 13.
- Verba, arque orationem adversus quem habere C. 2. 18.
- Verberat fluctus Afr. 1.
- Vere primo 6. 2.
- Verisimile magis est quod 3. 13.
- Verisimilis causa 8. 1.
- Ventus ut sustinere non posset 5. 47. \* Ciaconii cod. ne sustinere non posset. Adf. Manut. in h. l.
- Vernacula legio A. 57.
- Vernaculi milites A. 53.

- Versari in cæde H. 24. in cul-  
 pa simili C. 3. 110. in pericu-  
 lo 2. 26. in prælio 1. 48. in-  
 ter aciem 1. 52.  
 Versat quem certamen 5. 44.  
 Vertere in bonum C. 3. 73. in  
 fugam hostem Afr. 17.  
 Vesperi in primo C. 2. 43.  
 Sub vesperum 7. 60.  
 Vestigia prælii 8. 20.  
 E vestigio temporis 7. 25.  
 In vestigio temporis ibid.  
 Vestire quid aggere 7. 23.  
 Veritus navibus 5. 9.  
 Verutum 5. 44.  
 Veteres causæ 1. 43.  
 Vetusto usu edocitus Afr. 27.  
 Via bidui 6. 6.  
 Viam tridui procedere 7. 38.  
 Viator, apparitor Afr. 57.  
 Viatores ὁδοιπόροι 4. 5.  
 Vicatim distribuit A. 5.  
 Vicinitas propinqua 8. 7.  
 Vicinitatibus nota loca 6. 33.  
 Victor exercitus 7. 20.  
 Victrices naves A. 11.  
 Vigilia noctis iv. Afr. 67. tertia  
     1. 12. et 4. 23. quarta C. 4.  
     22.  
 Vim, et contumeliam perferre 3.  
     13. facere 1. 8.  
 Viminibus contextum C. 2. 2.  
 Vim maximam habere ad 6. 16.  
 Per vim tentare quid 1. 14.  
 Vincit sententia C. 1. 67.  
 Vindicare in libertatem C. 1.  
     22. quos gravius 3. 16.  
 Vineæ, machinæ 2. 12. et 7. 27.  
 Vineas agere 2. 12.  
 Violare fines 6. 31.  
 Vires alere 4. 1.
- Virgulta 3. 18.  
 Virilitas A. 70.  
 Viritim A. 65. distribuere 7. 77.  
 Viritim A. 65. distribuere 7.  
     17.  
 Virtus animi 7. 59.  
 Vis fluminis 4. 15. magna ar-  
     maturæ Afr. 1.  
 Visus Cypri C. 1. 3.  
 Vitiis tempestatis C. 3. 28.  
 Vitium castrorum C. 1. 81.  
     commune naturæ C. 2. 4. fe-  
     cit turris ab imo usque H.  
     18.  
 Vivere piseibus, atque ovis 4.  
     10. lacte 4. 1. pecore 4. 1.  
 Ulcisci hostem pro injuriis 5.  
     38.  
 Ultra quem castra ponere 1. 48.  
 Ultro, citroque commeare Afr.  
     legatos mittere 1. 42.  
 Ululatu, et clamore 7. 80.  
 Ululatum tollere 5. 37.  
 Umbilici fine ingredi per mare  
     Afr. 85.  
 Uni Ubii 4. 16.  
 Vocare ad arma C. 1. 75.  
 Vocabat res necessario, ut H.  
     24.  
 Voce magna dicere 4. 56.  
 Voluntas in quem summa 1.  
     19.  
 Quid voluntatis suæ esset C.  
     3. 109.  
 Voraginosum solum H. 29.  
 Vota nuncupare C. 1. 6.  
 Urbanae res 7. 6.  
 Urbanus motus 7. 1.  
 Ad urbem esse 6. 1.  
 Urgere in oppidum Afr. 6.  
 Ex usu esset 1. 50.

- Usui magno esse 7. 41. Vulgo procedere C. 1. 74.  
Usum habere in re militari 1. Vulgus militum 2. 46.  
39. in castris ibid. Vulnera afficere H. 9.  
Usus venit 7. 80. Vulneribus confectus 2. 23.  
Usu temporum C. 51. Ne vultum quidem, atque aciem  
Ut de, ut et 1. 2. oculorum cuius ferre potuis-  
Ut pro quamvis vide not. 3. 9. se 1. 39.  
Utrumque pugnatum est 1. 50. Vultum fingere idem ibid,


ap. 2. Desiderando ergo  
admodum etiam in agro /  
et in locis ruris  
convenientibus sedis  
proposita sunt pectora  
et ad eam amplexum  
vixit usque ad mortem. V

Et quod deinceps omnes Iesu  
christi discipuli misericordia  
debet duci etenim aperte  
et non sordiditer utrum  
quod deinde in aliis  
eiusdem discipulis in eis

MCD 2022-L5



MCD 2022-L5



MCD 2022-L5